STATE LIBRARY OF PENNSYLVANIA
3 0144 00376626 8

SR
CLASS 878.4 BOOK L76

VOLUME 4

PENNSYLVANIA
STATE LIBRARY

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT.

14

VOL. IV.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
This project is made possible by a grant from the Institute of Museum and Library Services as administered by the Pennsylvania Department of Education through the Office of Commonwealth Libraries

https://archive.org/details/vol4liviipatavi00livy

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

EX EDITIONE G. A. RUPERTI

CUM SUPPLEMENTIS

NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

INDICE LOCUPLETISSIMO

ET

GLOSSARIO LIVIANO

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN QUARTUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1828.

SUPPLEMENTUM

LIBRI XX.

HISTORIARUM

T. LIVII PATAVINI.

1. Pacata rursum Italia, cum securitate et imperio etiam voluptates publicæ crevere. L. Livius Andronicus scenæ spectacula, quæ hactenus ultra Satiram non processerant, Comœdiam Tragœdiamque Græcorum imitatus, ad fabulas transduxit, C. Claudio Ap. F. C. N. Centhone, M. Sempronio C. F. M. N. Tuditano consulibus,[q] cum ludi Romani celebrarentur. Idem annus alii quoque generi ludorum initium attulit. A. D. IV. Kalendas Maias Floralia sunt instituta ex Sibyllinis libris, ad avertendam pestem frugum, aliorumque terra nascentium, quæ illa parte anni florere solent. Ludos edidere L. et M. Publicii Malleoli fratres, iidemque ædiles plebis, ex pecunia mulctaticia, condemnatis pecuariis, qui in publico paverant. Magistratus horum fratrum alio quoque nomine celebris est, quod clivum, qui exinde Publicius vocatus est, sternendum locaverunt, quo commodius in Aventinum iter vehiculis esset, cum antea rupes ibi difficilis et aspera fuisset: quodque ædem Floræ, juxta Circum maximum, construxere. Hæc domi acta.

A. Gell. XVII. 21. Liv. VII. 2. Cic. Bruto, c. 18. et Cat. c. 14. et Tuscul. I. 2. Cassiod. Chronic. Vellei. I. 14. Plin. XVIII. 29. Ovid. Fast. l. V.

Fest. in voc. 'Publicius Clivus.' Ovid. Varro de Ling. Lat. l. IV. Ovid. Tac. Ann. II. 49.

2. Foris fere quietæ res fuerunt, nisi quod in Gallis et Liguribus consilia belli agitari suspicio tenuit. Has igitur provincias consulibus fuisse, jamque tum bellari cum

[q] A. U. C. 512. A. C. 240.

17376

Gallis utique cœpisse, conjecturæ potius, quam historiæ est, nullis qui gesta ea satis accurate doceant ex vetustate reliquis scriptoribus. Id unum constat, in Umbria Spoletum coloniam Latinam esse deductam. De proximo quoque anno[r] proclivius est dicere, pacem non fuisse, quod Jani templum clausum non est, quam indicare quibus in locis, quave fortuna bellatum sit: neque ulla ferme re notior est C. Mamilii Q. F. Q. N. Turini, Q. Valerii Q. F. P. N. Faltonis consulatus, quam quod anno eo natus est Ennius, primus apud Romanos poëticarum elegantiarum conditor. Sed anno sequente,[s] cum Ti. Sempronius Ti. F. Cn. N. Gracchus, P. Valerius Q. F. P. N. Falto, consules essent, et Gallica bella recruduerunt, et novus hostis Ligures tum primum exercitu petiti sunt. Ti. Sempronio hæc obvenit provincia.

Liv.Ep.xx. Vellei.i.14. Cic. pro Balbo c.21. Cic.Bruto, c. 18. Liv.Ep.xx. Zonar.

3. P. Valerius Gallos aggressus primum improspere pugnavit, amissis militum tribus millibus quingentis. Repetita pugna illustrem victoriam dedit, qua Gallorum millia quatuordecim cæsa sunt, duo millia capta. Sed ob prioris prælii detrimenta, negatus est consuli triumphus: præsertim cum etiam alioqui res bene gesta non tam ad rationem consiliumque consulis, quam ad fortunam publicam referenda videretur. Ille enim, audito post primum certamen auxilia sibi ab urbe adduci, confirmavit 'se malle cum suis internecione deleri, quam aliena ope vincere:' atque hoc œstro instigatus, seque et exercitum populi Romani in discrimen dedit. Melior feliciorque Ti. Graccho in Liguribus administratio belli fuit: profligatis enim prælio hostibus, magnam Liguriæ partem victor populatus est. Ex Liguria deinde transmisit in Sardiniam et Corsicam, magnaque inde captivorum multitudine reportata, locum proverbio dedit, quo Sardi venales dicuntur, in fastidiosa rerum vilium copia.

Oros.iv.12. Zonar. Sinnius Capit. ap. Fest. in voc. 'Sardi venales.'

4. Ceterum, ut vera fateamur, occupandæ Sardiniæ Corsicæque bona magis occasio temporibus istis, quam justa causa affuit. Carthaginienses post pacem Siculam gravi bello cum mercenariis suis implicati, ad extrema pericula venerant. Unde sumtis animis conductitii eorum

Polyb.i.65. Polyb.i.79.

[r] A. U. C. 513. A. C. 239. [s] A. U. C. 514. A. C. 238.

alii, qui per Sardiniam in præsidiis erant, Bostarem Pœnorum ducem cum suis interfecere: Hannonem alium ducem ad vindicandum facinus Carthagine missum, pertracto in societatem rebellionis exercitu ejus, comprehensum in crucem egere: totaque passim insula Punici sanguinis hominibus interemtis ipsi munita loca obtinuerunt: donec, discordia inter ipsos et Sardos orta, pulsi ab his, in Italiam se recepere. Tum igitur perfecerunt, quod aliquanto prius, cum adhuc in Sardinia essent, nequiverant: nam eo quoque tempore Romanos ad insulæ dominium occupandum invitaverant. Sed præsentes, sive precibus, sive occasione crescendi apertius demonstrata, ut in Sardiniam navigatio susciperetur, obtinuere. Nec enim vulgatæ virtutis est, abstinere rebus alienis, quarum promta sit possessio: neque hic animus apud cupidos et ambitiosos aut bene, aut diu simulatur. Sed hæc paulo supra repeti non alienum videtur.

Polyb. I. 83.

Polyb. I. 88.

5. Nam Romani, ut humanitatis laudem consequerentur, ab initio belli istius magno animo Carthaginiensium causam foverant. Et copias quidem auxiliares, uti petiverant Pœni, nullas misere: sed neque Uticenses, neque quenquam ad se deficientium receperunt: mercatores suos ex Italia et Sicilia res necessarias ad Carthaginienses deferre jusserunt: cum hostibus Carthaginiensis populi commercium vetuerunt: militis ex Italia in istud saltem bellum conscribendi fecerunt potestatem: missis quin etiam legatis bellum componere, quanquam irrito conatu, studuerunt. Et inciderat quidem paulo ante controversia, quod homines Italicos forum rerum venalium ad hostem deportantes capiebant Pœni, carceribusque publicis includebant. Jamque ad quingentos ejus generis habebant in vinculis; neque pauci dicebantur occisi, et ad tegendam latrocinii famam in mare præcipitati esse; cum Romani, rem eam graviter ferentes, belli minas ostentare cœperunt. Sed Pœni legatis missis, qui omnes, quotquot detenti Carthagine fuerant, reducerent restituerentque, adeo placarunt populum Romanum, ut reliqui ex Siciliensi bello captivi Punici omnes sine pretio restituerentur.

Zonar. Polyb. I. 83. Corn. Nep. in Hamilc. Appian. ap. Fulv. Ursin. Zonar. Polyb. Appian. Zonar. Polyb. Appian. Libyc. et Iber. Polyb. III. 28. Zonar.

6. Sed postremo vicit ambitio, premendique populi

studium, quocum per annos quatuor et viginti ancipiti fortuna pugnatum meminerant, et, nisi in tempore occurreretur, etiam postea pugnandum sibi prospiciebant. Quare
Polyb. I. 88. cum Sardiniam inviti dimitterent Pœni, jamque bello contra mercenarios defuncti, arma defectionis auctoribus inferre meditarentur, arrepta hæc a Romanis est occasio, 'bellumque Pœnis' decretum, 'ni armis, quæ in speciem adversus rebelles suos, re autem vera contra Romanos sumsissent, abstineretur.' Ita Carthaginienses, alieno tempore bellum gravissimum suscipere nolentes, non modo
Zonar. cessere Sardinia, sed etiam, postulantibus Romanis, ad
Polyb. priorem summam adjecerunt argenti talenta mille ducen-
Polyb. III. 10. ta:[t] quæ maxime injuria ægros habuisse Carthaginien-
Liv. XXI. 1. sium animos, neque ulla magis causa bellum mox Hannibalicum exarsisse creditur. Hamilcaris enim perpetuum
Corn. Nep. in Hamilc. adversus Romanos odium, cui bellum Punicum secundum non inepte imputatur, non aliunde aut stimulum acriorem, aut fomentum certius habuit. Ceterum hæc postea evenerunt.

Zonar. 7. Tum vero novis consulibus L. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, Q. Fulvio M. F. Q. N. Flacco,[u] Galli
Vellei. I. 14. Cispadani provincia data. Coloniam hoc anno deductam esse Valentiam, quanquam a quibusdam traditur, haudquaquam constans opinio est: nisi alia Valentia præter
Liv. XXXV. 40. Vibonem fuit, quam annis post quinquaginta, L. Quintio Flaminino, Cn. Domitio Ænobarbo consulibus, colonis
Zonar. occupatam esse certioribus auctoribus credam. Ceterum consulibus in agro Gallico, donec conjunctas legiones habuere, tuta et prospera expeditio fuit: postquam cupidine plura vastandi diviserunt exercitum, Q. Fulvii castra noctu oppugnata, et ægre retenta sunt. Galli re infecta digressi, paulo post graviore cum terrore auctisque majorem in modum copiis ad bellum reverterunt. Boiorum enim duces,
Polyb. II. 21. clanculum inter se consiliis agitatis, ingentem Transalpinorum manum ad societatem armorum contra Romanos

[t] *Argenti talentä mille ducenta*] Si talenta illa Euboica fuere, qualia ea quæ in conditionibus pacis pendere jussi fuerant Pœni, fient ex illa quam supra statuimus in not. ad c. 60. l. XIX. æstimatione marcæ nostrates 75000. *Crev.*

[u] A. U. C. 515. A. C. 237.

exciverunt. Interea L. Lentulus consul, qui ad Ligusticos fines exercitum abduxerat, cum Liguribus prospere collatis signis dimicavit. Decretus igitur ei triumphus est, quem duxit Idibus Intercalaribus. Auctores habeo illos primum consules Romana signa trans Padum fluvium promovisse, diversisque præliis Ligurum et Gallorum Insubrium interfecta millia quatuor et viginti, capta quinque fuisse. Sed verius esse putem, tumultu Gallico, qui postea maximus secutus est, Padum transitum, Insubresque in suis sedibus bello tentatos primum fuisse.

Eutr. l. III. Fasti Capit. Eutrop. Sanctensis Ms. quem vidit Pigh.

8. Sub idem tempus ad Ptolemæum Ægypti regem legati missi auxilium obtulerunt cum Antiocho et Syris bellanti: gratias egit rex: ceterum in præsentia sibi opus auxilio esse negavit, quod pactionibus finitum jam bellum esset. Lætus deinde Romanis adventus Hieronis fuit, Syracusarum regis: exceptus omnibus honoribus, sicut regem amicum, et bene meritum, et maximæ victoriæ socium oportuit, populo Romano ducenta millia modium tritici[x] dono dedit. Venerat ad ludos spectandos, qui in sequentem annum[y] apparabantur. Nam ludi seculares tertii, secundum quosdam, P. Cornelio L. F. Ti. N. Lentulo Caudino, C. Licinio P. F. P. N. Varo consulibus,[5] celebrati sunt: ut supra quoque retulimus. Magistri procurandorum ludorum M'. Æmilius M'. F. M. Livius M. F. M. N. Salinator creati.

Eutr. l. III. Supra XIX. 31. Fasti Capit. ap. Pigh.

9. Boiorum interea principes, elati numerosis Transalpinorum auxiliis, ad consules misere, petitum, ut Ariminensis ager cum urbe, quæ haud ambigue Gallici juris essent, sibi restituerentur: ni fieret, bellum atrox et internecivum minabantur. Consules, qui nondum contractis copiis, neque casui paucitatem suorum objicere audebant, neque postulata Gallorum concedere poterant, si quid vellent, ad senatum mittendos esse legatos responderunt: placuit conditio Gallis, et, dum ire ac redire legati pos-

Zonar.

5 *Consulibus.* Hanc voc. quæ omissa est in prioribus edd. addidit Crevier.

[x] *Ducenta millia modium tritici*] *Crev.* Modios Parisienses 154166.

[y] A. U. C. 516. A. C. 236.

sent, utrimque dierum aliquot induciæ constitutæ. Et legati quidem Romam profecti adversum a senatu responsum accepere: simul majores contra hunc tumultum apparatus facti, quorum usus postea non fuit, cum formidabile bellum sine Romano sanguine fortuna confecisset.

Polyb. II. 21. 10. Dum enim legati redeunt, Boii cum Transalpinis auxiliis acie dimicavere his de causis. Ignara plebe Boiorum Transalpinus exercitus Ariminum processerat. Inde suspiciones ortæ, ne ad regionem istam sibi retinendam venissent: tantumque conflatum est odiorum, ut regibus suis Ate et Galato, tanquam ob proditionem interfectis, advenarum copias agro suo depellere vi conarentur. Ita magna cæde pugnatum: et valde imminutis utrimque viribus, Transalpini domos rediere. Boiis ademta pars agri pacem a Romanis dedit. Hoc bello tam celeriter confecto, consules in Liguriam abivere. Ibi P. Lentulus, profligatis qui occurrerant hostibus, de cetero per illorum regionem exercitum circumducens, castella quædam armis, alia deditione recepit.

Zonar.

11. C. Licinius in Corsicam transjecturus, cum ad universum exercitum una deportandum navigia deessent, M. Claudium Gliciam cum parte copiarum præmisit. Qui vanitate vecors, cum perterritos adventu suo Corsos vidisset, neque consulis, cujus auspiciis venerat, neque sui juris aut loci memor, certis conditionibus fœdus cum Corsis suo nomine pepigit, tanquam in se tracturus insulæ receptæ gloriam. At Varus, cum exercitu reliquo superveniens, frustra Claudianam pacem invocantes armis urgere non desiit, donec in potestatem redacti sunt. Senatus, ad liberandam perfidiæ nota rempublicam, fœdæ pacis auctorem Corsis dedendum censuit: deinde, quia receptus non erat, in publica custodia necari jussit. Censores is annus habuit L. Cornelium L. F. Ti. N. Lentulum Caudinum, Q. Lutatium C. F. C. N. Cerconem: qui lustrum non condiderunt, Q. Cercone in magistratu mortuo.

Dio ap. Vales.

Zonar.

Ammian. Marcell. XIV. 40.

Val. Max. VI. 3. 3.

FastiCapit.

12. Quanquam M. Claudius deditus Corsis, deinde supplicio affectus fuerat, non ideo persuaderi barbaris potuit, justo se postea bello petitos fuisse. Quare saucios eo dolore animos vicinæ Sardiniæ motus facile impulit, ut ad

Zonar.

arma resumenda prosilirent. Nam Sardos Pœnorum occulta promissa traxerant ad rebellionem cœptandam, proclivibus ad hoc barbaris, qui nec nimium odissent veteres dominos, nec amarent novos. Quæ Romæ audita metu et ira impleverunt urbem, non ob Sardiniam, quam tanti non faciebant, sed quia bellum Punicum videbatur renasci. Quod quia facilius futurum credebant, quanto citius inciperetur, invalidis adhuc a superiore bello Carthaginiensibus, quamprimum adornandum inferendumque Pœnis decreverunt.

13. At Pœnos, quidlibet potius eo tempore quam bellum Romanum pati certos, ea res nuntiata sic exterruit, ut legatis semel iterumque missis, postquam nihil mite responsum esset, decem ex principibus itidem iterato mitterent, infimis precibus, 'ut impetrata semel pace frui liceret,' obtestaturos. Ne sic quidem æqui quicquam obtineri potuit ab iratis et metuentibus: donec inter legatos ætate minimus Hanno, adolescens intrepidus, et linguæ ut mentis liberæ, 'Atqui,' inquit, 'si vobis sedet denegare pacem, Romani, quam non in unum aut alterum annum, sed perpetuam a vobis emimus; at pretium ejus Siciliam et Sardiniam reddite: ne privatis quidem contractibus viri boni est emtione rescissa recipere mercem, non restituere pecuniam.' Tunc vero pudore commoti Romani, ne injuste bellum inferre viderentur, meliore cum responso legatos dimisere. Sic alter consulum ejus anni[z] C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, qui magistratum hunc iterum gerebat, in Italia mansit: T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, cui Sardinia evenerat, profectus est.

Oros. IV. 12.

Dio ap. Fulv. Ursin.

14. Hic, multis locis cum hoste feliciter congressus, universam insulam pacavit, Sardosque subegit: et de iis ante diem sextum Idus Martias triumphavit. His rebus perfectis, cum, nullo jam usquam hoste, Romana arma quiescerent, insolitum bellatrici urbi spectaculum, Jani ædes clausa est: quod indicium pacis, post Numæ tempora, per annos ferme quadringentos quadraginta, visum non fuerat. Quo nomine miseram fuisse civitatem Ro-

Liv. XXIII. 34. Vellei. II. 38. Fasti Capit. Flor. II. 3. Vellei. II. 38. Liv. I. 19. Oros. IV. 12.

[z] A. U. C. 517. A. C. 235.

manam arbitror, quod perpetuis conflictata laboribus præmia laborum assequi non potuit: cum enim nemo sapiens bellum, nisi pacis ergo, gerat; hæc urbs, tot maximis bellis prospere confectis, nec impetrare tamen pacem sæpe, nec retinere diu didicit. Nam tunc quoque, post menses non ita multos, novi terrores nuntiati lætitiam
Zonar. otii vix adhuc animis perceptam cito discusserunt: nam et Sardi, recens subacti, jugum excutiebant; et Corsorum
Flor. II. 3. erumpebant consilia; et in ipsa Italia Ligures tumultum moverant.

15. Ergo L. Postumio A. F. A. N. Albino, Sp. Carvilio Sp. F. C. N. Maximo consulibus[a] negotium datum
Zonar. ut exercitus conscriberent: quibus trifariam divisis, ut hostes ab ope mutuo ferenda distringerentur, L. Postumius Ligures adortus est, Sp. Carvilius Corsos, in Sardiniam P. Cornelius ivit. Hujus insulæ cœlum insalubre morbis et pestilentia tentavit exercitum: multique ex eo mortales cum ipso prætore absumti. Unde elatos animo Sardos consulis Sp. Carvilii adventus ingenti prælio coër-
Liv. Epit. XX. cuit. Corsi quoque ab eodem sunt subacti. Ob eas res
Fasti Capit. triumphus ipsi decretus est, quem A. D. Kalendas Apriles
Zonar. duxit. In Liguribus etiam ab altero consule et exercitu consulari res bene gestæ.

Liv. Ep. XX. 16. At Romæ Tuccia virgo Vestalis incesti damnata,
Marian. Scot. eo majore probro, quod consuetudinem stupri cum servo
Fasti Capit. habuerat, sua se manu interemit. Censores deinde C. Atilius A. F. A. N. Bulbus, A. Postumius A. F. L. N. Albinus lustrum quadragesimum fecere. Hoc quoque lustro pauciores quam superioribus fuisse censos (numerum enim non reperio traditum) argumentum est, quod ad
A. Gell. IV. 3. augendam hominibus civitatem censores jurare singulos
A. Gell. coëgerunt, 'uxorem se liberorum quærendorum gratia
XVII. 21. habituros.' Hoc anno Cn. Nævius Campanus, qui bello Punico stipendia fecerat, fabulas primum scenæ dedit.

Zonar. 17. Interea Ligures et Sardi denuo rebellantes consulibus novis provinciæ decretæ.[b] Q. Fabio Q. F. Q. N. Maximo Verrucoso Ligusticum bellum, M'. Pomponio

[a] A. U. C. 518. A. C. 234. [b] A. U. C. 519. A. C. 233.

M'. F. M'. N. Mathoni Sardoum obvenit. Cum horum motuum causa penes Carthaginienses esse diceretur, qui barbaros ad defectionem secretis nuntiis allicerent, legati missi sunt Carthaginem cum asperis mandatis, qui stipendium exigerent,[6] atque insulis ad Romanos pertinentibus abstineri juberent, belli minis additis, ni imperata fecissent. Jam ex priori calamitate vires et animum receperant Pœni, Hamilcaris maxime industria non modo pacatis Africæ populis, qui a Carthaginiensibus desciverant, sed etiam latius promota ditione, magnoque jam in Hispania imperio per eundem ducem parto. Itaque tum ad cetera ferociter legatis responsum est, tum etiam, cum illi, quemadmodum in mandatis habebant, hastam caduceumque proposuissent, data Pœnis optione, utrum mallent eligendi; 'neutrum se legere' succlamatum est, 'sed utrum mallent ipsi legati relinquerent, æquo animo accepturis.' Inde flagrare denuo cœperunt inter duos populos odia: sed neutro bellum adhuc incipere volente, species amicitiæ, magis quia non bellabatur, quam quod fida pax esset, interea tenuit.

Diod. ap. Vales. et Ecl. l. xxv. Polyb. fin. l. i. Corn. Nep. in Hamilc. Zonar.

18. Ambo deinde consules ad urbem reversi, cum de rebus a se gestis disseruissent, triumphum impetraverunt. Q. Fabius multos Ligurum in prælio occiderat, coëgeratque reliquos in Alpestribus locis se continere, tutumque ab illorum latrociniis vicinum Italiæ latus reddiderat. Hic ante diem[7] Kalendas Februarias triumphavit de Liguribus. Idibus deinde Martiis M'. Pomponius triumphum duxit de Sardis, quos vicerat. Neque tamen destitere bello Sardi, sed irritati potius damnis suis quam fracti, majori mole rebellionem instaurarunt. Ambo igitur consules M. Æmilius M. F. M. N. Lepidus, M. Publicius L. F. L. N. Malleolus[c] in Sardiniam missi, magnam ex ea insula prædam coëgere: quam deinde, cum in Corsicam transmisissent, ereptam a Corsis amiserunt.

Plut. Fab. c. 3. Fasti Capit. Auct. de vir. illust. Fasti Capit. Zonar. Zonar.

19. Domi quoque vehementer eo tempore turbatum,

Polyb. ii. 21.

6 Edd. ante Crev. *quo stipendium exigerent.*
7 Edd. ante Crev. *Sic ante diem.*

[c] A. U. C. 520. A. C. 232.

Cic. in Bruto, c. 14. et Acad. Qu. IV. 5. Val. Max. V. 4. 5.

agrariam legem ferente tribuno plebis C. Flaminio, 'ut Picenus atque Gallicus ager, qui Senonum Gallorum fuerat, populo viritim divideretur.' Resistebat huic actioni senatus, neque precibus apud tribunum, neque minis abstinens, postremo dato magistratibus negotio, ut exercitum conscriberent, quo rempublicam tutarentur: neque dimoveri a sententia C. Flaminius potuit, adversum vim contumax, et precibus inexorabilis. Monuerat eum pater quoque 'ut voluntati senatus cederet, neque seditionis auctor audire vellet:' sed ille persistens in sententia, vocata concione, recitare legem instituit. Tum vero pater Flaminius dolore ardens accessit ad Rostra, correptumque manu filium detraxit: mirumque est exemplum editum sive pietatis, sive venerationis, qua tum homines jus patriæ potestatis prosequebantur: qui enim universi senatus indignationem minasque atroces contemserat, in maximo calore perficiendi operis, inspectante plebe Romana, apud quam gratiosissima erat ferendæ legis mentio, unius senis manu de superiore loco detrahi passus est. Nec omittenda concionis in hoc negotio modestia: quæ licet abitu tribuni spes suas destrui videret, ne minimo quidem murmure factum illius improbavit. Dilata tamen hoc modo potius quam evitata lex est, C. Carvilio tribuno plebis collegam adjuvante:[d] quod quidem initium fuit, et corrumpendæ plebis, et Gallici belli, quod octavo post divisionem agri Gallici anno gravissimum exortum est.

Cic. de Invent. II. 17.

Val. Max.

Cic. citatus ap. Sosipatr. Charis. l. II. de Adverb. p. 198.

Polyb. II. 21.

Polyb. II. 23. Zonar.

20. Tum vero M. Pomponius M'. F. M'. N. Matho,

[d] *C. Carvilio tribuno plebis collegam adjuvante*] Hoc nititur sola fide Charisii Grammatici, qui locum Ciceronis e Dial. de Senect. c. 4. aliter citat, quam nunc a nobis apud ipsum Ciceronem legitur. Utrum autem hujus Grammatici potior habenda sit auctoritas, quam Ciceronis exemplarium quæ ad nos pervenere, dubitari potest. Pighius quidem, in Annalibus, et post eum Freinshemius Charisio crediderunt. Nos observabimus, 1°. ab illo Grammatico in Ciceronis verba inferciri nomen Q. Fabii, quod illo loco nec fuit unquam, nec esse potuit: *quoad potuit Fabius Maximus restitit:* unde et in ceteris suspecta est citantis diligentia. 2°. hunc quem *C.* Carvilium Pighius et Freinshemius, quasi ex Charisio, appellant, apud ipsum Charisium, quemadmodum et in Ciceronis exemplaribus, *Sp.* Carvilium nominari. Saltem hoc prænomen nobis occurrit in optima illa et accuratissima editione Charisii et ceterorum Grammaticorum, quam adornavit Helias Putschius, Hanoviæ, anno 1605. *Crev.*

C. Papirius C. F. L. N. Maso, cum magistratum inivissent,[e] provincias M. Pomponius Sardiniam, C. Papirius Corsicam obtinuere. Utrobique cessit hostis, et in sylvas montesque arduos refugiens, locorum potius quam armorum munitionibus se tutatus est. Ergo M. Pomponius, cum laboriosius esse videret invenire barbaros, quam vincere, canes sagaces ex Italia curavit advehendos, quorum indicio homines more ferarum in cubilibus suis latentes deprehenderet. C. Papirius Corsos campis pulsos ad montana loca secutus est. Ibi labor ingens cum periculo fuit: multique militum siti, aut subito barbarorum incursu periere: donec inventis aquis refectoque exercitu Corsi, de exitu rei timentes, consuli ad deditionem hortanti paruerunt.

21. Dum his rebus gerendis attinentur consules, comitia per dictatorem ad hoc creatum sunt habita. C. Duilius fuit M. F. M. N. is magistrum equitum dixit C. Aurelium L. F. C. N. Cottam. Censores etiam tum fuere T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus: sed vitio facti abdicarunt. Novi moris originem huic anno scriptores assignant, non indignam quæ referatur. Divortium ab urbe condita nullam fuerat. Primus Sp. Carvilius Ruga sterilem uxorem dimisit, jurejurando a censoribus obstrictus, 'se liberorum quærendorum causa conjugem habiturum.' Displicuit populo non magis novitas, quam atrocitas rei, quod ad perpetuam vitæ societatem junctas uxores quacumque de causa repudiari sævum et iniquum putabat: et Sp. Carvilium semper deinceps odio habuit, quanquam necessitate coactus, de amicorum sententia, uxorem bene convenientem, morumque gratia carissimam dimiserat. Ex eo tempore plus in jure nexuum, plus apud prætorem litium fuit, tum primum cautionibus rei uxoriæ repertis, quarum, nullis antea divortiis, supervacanea fuerat calliditas.

Fasti Capit. Plut. Num. c. 48. A. Gell. IV. 3. Val. Max. II. 1. 4. Dionys. II. 26. A. Gell. XVII. 21. A. Gell. IV. 3.

22. Eodem anno alia quoque nova consuetudo in honoribus imperatorum cœpit. Sub finem consulatus sui C. Papirius de Corsis in monte Albano triumphavit, A. D.

Fasti Capit.

[e] A. U. C. 521. A. C. 231.

III. Nonas Martias. Causa ejus consilii fuerat, quod ipse sibi res triumpho dignas gessisse videbatur, pacata tandem Corsica: neque ab senatu honorem eum impetrabat. Idque deinceps exemplum multis ad imitationem placuit, ut negato sibi triumpho in Albano monte triumpharent. Spectavit deinde ludos myrto coronatus, delecta hac corona ob memoriam rei gestæ, quod in campis myrteis Corsos superaverat.

Val. Max. III. 6. 5.

Plin. XV. 29. Fest. in voc. 'Myrtea.'

Zonar.

23. Sardiniæ Corsicæque motibus compositis, Ligures restabant, adversus quos missi consules M. Æmilius L. F. Q. N. Barbula, M. Junius D. F. D. N. Pera,[f] inter proficiscendum comperto Gallos rebus novis studere, fines illorum cum exercitu intraverunt. Irritatis enim lege Flaminia Gallorum animis, natus erat metus Romæ, ne quid molirentur homines læti bello, et ad iram præcipites: quare nuper edictum fuerat a magistratibus, ne quis homini Gallo aurum vel argentum daret. Boii enim ceterique Galli, tum ex aliarum rerum, tum mancipiorum venditione ingentem pecuniam cogebant: incesseratque suspicio, ne ista ad bellum Romanum uterentur. Quare magis etiam incitati, cognito consulibus Ligusticum bellum esse decretum, occultis consiliis hoc agere dicebantur, ut exercitibus Romanis expeditione longinqua detentis, ipsi urbem aggrederentur. Ceterum adventu consulum territi, cum ad vim faciendam imparati essent, Romanos in pacis amicitiæque speciem simulatis obsequiis excepere. Consules quoque, bellum oppressisse contenti, causam cur eo venissent finxere, 'ut per Gallicum agrum commodius exercitum in Liguriam ducerent.' Superiore anno censores vitio facti abdicaverant: itaque his demum consulibus Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucosus, M. Sempronius C. F. M. N. Tuditanus, lustrum primum et quadragesimum condidere.

Polyb. II. 13. Zonar.

Fasti Capit.

24. Dum hæc in Italia et urbe geruntur, novi cum Illyriis belli causæ talibus initiis extiterunt. Illyrii, ferox et avidum prædæ genus, piraticam faciendo, multos Italicorum negotiatorum, Brundisino portu egressos, ceperant; nonnullos quoque trucidaverant. Et primo qui-

Polyb. II. 8.

Dio ap. Fulv. Ursin. Polyb.

[f] A. U. C. 522. A. C. 230.

dem delatas ob ea querimonias senatus inter alias curas negligentius auscultaverat: postremo tamen cum prædonum audacia impunitate cresceret, crebrioresque jam querelæ pervenirent, visum est legatos mitti ad res repetendas; simul ut Issæorum, qui nuper in fidem Romanorum concesserant, causam tuerentur. Hos enim Ionii maris insulam habitantes, quod a se defecerant, gravibus odiis damnisque Illyrii prosequebantur. Dio. Zonar.

25. Missi sunt C. et L. Coruncanii. Hi dum in itinere sunt, Illyriorum qui Ardyæi vocantur rex Agron Pleurati filius, ad quem ibant, morbo decessit, filio adhuc impubere (cui nomen fuit Pinneus) relicto: regnumque noverca pueri Teuta consiliis amicorum administrabat. Hæc impotens animi, et rebus prosperis elata, legatis Romanorum contemtim auditis, respondit, 'curæ sibi futurum ne Romani ab Illyriis publice læderentur: vetare vero ne quis suorum privatim lucrum quod posset ex mari captaret, id regibus Illyriorum nequaquam in more positum esse.' Non tenuit ad hæc iram minor Coruncanius, et intempestiva potius quam injusta libertate usus, 'At Romanis,' inquit, 'in more positum est, Teuta, privatim factas injurias publice exequi, læsisque consulere. Conabimur autem Diis bene juvantibus te ad instituta regia cupide et celeriter emendanda cogere.' Quibus verbis supra modum offensa mulier, sed animo interim utcumque dissimulato, legatis jam profectis latrones immisit, a quibus minor Coruncanius cum parte comitum interfectus est; ceteris in vincula conjectis, præfectisque navium igne combustis. Legatus etiam Issæorum Calemporus nomine ab iisdem prædonibus occisus est. Iis rebus Romæ cognitis T. Coruncanio et P. Junio[g] honoris causa tripedaneæ statuæ in foro sunt positæ: Teutæ vero et Illyriis bellum indictum.

Polyb. Appian. Illyr. Liv. XXII. 33. Polyb. II. 4. Polyb. II. 8. Zonar. Flor. II. 5. Appian. Plin. XXXIV. 6. Liv. Epit. XX.

g *T. Coruncanio et P. Junio*] Hæc non satis conveniunt cum iis quæ initio hujus cap. narrantur. Illic legati dicuntur missi C. et L. Coruncanii; hic statuæ positæ esse T. Coruncanio et P. Junio; et cum unum ex legatis minorem Coruncanium interfectum fuisse memoratum sit, duobus honor habetur. Sed nimirum priore loco Polybium auctorem, hic Plinium sequitur Freinshemius, nec satis attendit illos inter se discrepare. *Crev.*

26. Teuta rudis imperandi, et muliebris ingenii vitia neque ratione, neque usu domare docta, sicut ad irritanda odia præcipitem, sic ad toleranda timidam se gerebat. Itaque comperto bellum adversus se parari, 'redditurum Romanis vivos' pollicita est: 'interfectos reddere non posse, quos injussu suo prædones peremissent.' Hæc legatio quanquam pro magnitudine delicti parum satisfaceret, tamen quia spem præbebat controversias Illyricas citra bellum componi posse, inhiberi vim placuit, petique ad pœnam eos a quibus interfecti legati dicebantur. Mulier arma quæ timuerat differri videns, vicissim ex metu ad priorem insolentiam rapiente animi levitate, neque dedituram se quenquam dixit; et ut factis quoque ferociam ostenderet, quam verbis prætulerat, continuo copias ad Issam obsidendam misit.

Zonar. Dio et Zonar. Polyb. II. 11.

27. Non ergo diutius cunctari visum, quin ambo consules (L. Postumius A. F. A. N. Albinus iterum, Cn. Fulvius Cn. F. Cn. N. Centumalus[h] jam iniverant) cum navalibus pedestribusque copiis proficiscerentur. Cn. Fulvius classem ducebat navium ducentarum, L. Postumius legiones. Tum iterum territa Teuta Demetrium Pharium ad consules pacem petitum misit. Atque illi[8] pepigerunt inducias, si Corcyra, quam nuper occupaverant, Illyrii decederent. Profectis ad recipiendam Corcyram Romanis, tanquam longissime metus omnis abscessisset, ad priora consilia relabitur Teuta, præfectosque suos ad Dyrrhachium et Apolloniam obsidendas mittit. Alii, non voluntate Teutæ deditam Corcyram, sed Demetrii privato consilio, tradunt, qui criminibus se apud Teutam peti gnarus, adversus illius iracundiam proditione præsidii cui præerat apud Romanos perfugium sibi quæsiverit. Præsidio Illyriorum tradito, Corcyrenses publico consilio Romanis se permisere, nullam sibi reliquam salutis viam esse rati, nisi potentia tam claræ civitatis adversus Illyriorum injurias protegerentur.

Zonar. Polyb. II. 10. Zonar. Polyb. II. 11. Dio ap. Fulv. Ursin. Polyb.

28. A Corcyra consul Apolloniam cum classe petiit:

8 Edd. ante Crev. *Atqui illi.*

[h] A. U. C. 523. A. C. 229.

venitque eodem L. Postumius, qui Brundisio transjecerat, cum pedestribus copiis: peditum ad viginti millia erant, equitum duo. Romanos Apolloniatæ cupide recepere, seque fidei illorum tradidere. Ab hac liberata statim ad Dyrrhachium itum. Id quoque Romanorum extemplo factum, ad famam advenientis exercitus dilapsis pavore Illyriis, qui obsidere urbem cœperant. Eodem impetu gens Ardyæorum ad deditionem coacta est: veneruntque ab ulteriore Illyrico legati variarum nationum, imperata facturos suos polliciti, si in amicitiam recipiantur: ex quibus Parthini fuerunt, et Atintanes. Plurimus ad hæc usus Demetrii Pharii fuit, qui a consulibus circumductus, robur et fidem Romanorum extollendo, Teutæque incusando temeritatem et inconstantiam, alios rationibus et consilio, alios auctoritate sua ad societatem Romanorum adducebat. Appian. Illyr. Zonar. et Polyb.

29. Post hæc ad Issam cursus institutus: et inter navigandum multis locis exscensione facta, pleraque oppida levi negotio capta sunt. Nutria strenue ab Illyriis defensa est, multoque sanguine constitit victoria, tribunis etiam quibusdam, et quæstore desideratis. Cujus rei leviorem dolorem fecerunt lembi viginti, quos cum præda et pecunia ex Peloponneso venientes Romani excepere. Dio. Jam ad Issam ventum erat. Ibi, perinde ut ad Dyrrhachium acciderat, adventu Romanæ classis obsidio soluta est, diversa in loca diffugientibus barbaris, præter Pharios, qui in gratiam Demetrii, quod ex eadem insula ortus, eique sub Agrone præfectus fuerat, corporibus rebusque salvis in fidem accepti sunt. Hæc audita instabilem Teutæ animum varie moverunt, alternantibus timoris et fiduciæ causis. Nam sicut amissa et deleta oppida, vastatæ maritimæ regiones, ubivis fugatæ Illyriorum copiæ, metum ei maximum incusserant; ita vicissim spem dabat Nutrinorum audacia, et hybernum jam mare, cujus formidine rebatur Romanos cito repetituros domum esse. Itaque Rhizonem oppidum cognomini fluvio impositum cum paucis se contulit, expectatura remedium quod tempus offerret. Alebant vanam opinionem acta consulum, qui, pleraque parte regionum quas occupave- Polybius. Oros. IV. 13. Dio. Polyb.

rant Demetrio tradita, Dyrrhachium et classem et exercitum reduxere. Sed postquam L. Postumius, cum quadraginta navibus relictus, exercitum ex finitimarum urbium delectu fecit, Ardyæis, et qui præterea Illyriorum ad societatem Romanam accesserant, præsidio futurus; tum vero desperatis rebus suis Teuta de pace quibuslibet conditionibus redimenda cogitavit.

30. Ideo sub initium veris legatione Romam missa, quæ præterita essent tanquam Agronis imperio facta excusavit, cujus acta tueri necessum sibi fuisset. Romani non illi, cujus ea propria potestas non esset, et quæ de Romanis nihil tale meruisset, verum Agronis filio Pinneo pacem dederunt his legibus: 'ut stipendia imperata penderet. Illyrico omni, paucis exceptis locis, decederet:[i] neque ultra Lissum pluribus quam binis lembis, et his inermibus, navigaret.' Corcyra, Pharus, Issa, Dyrrhachium, et Atintanes hac pace Romanis cesserunt: cetera, quæ sub Agronis imperio fuerant, Pinneo relicta. Teuta sive pudore et metu, sive jubentibus Romanis, administratione regni abiit, quam tutorio nomine suscepit Demetrius Pharius.

Appian. Polyb. Appian. Dio. Zonaras.

31. Sic finita cum Illyriis contentione, finibusque imperii jam ad limites Græciæ promotis, ab alia parte parum secura respublica erat: meditantibus bellum Gallis, et maximis in Hispania incrementis rei Punicæ, quam sine periculo Romanæ confirmari posse nemo credebat. Hasdrubal, gener et successor Hamilcaris, vindicata soceri morte,[k] multas præterea nationes partim armis, plerumque consilio et facundia, qua mire pollebat, Carthaginiensium imperio subdidit: etiam altera Carthagine, quæ Nova ap-

Polyb. II. 13. Diod. Eclog. l. XXV.

[i] *Illyrico omni, paucis exceptis locis, decederet*] Ita Polybius: a quo dissentire videntur ea quæ mox desumta ex Appiano subjunguntur, *Corcyram* tantum, *Pharum, Issam, Dyrrhachium, et Atintanas hac pace Romanis cessisse.* Et sane hæc propiora vero videntur. Polybius hic præter morem ambitiosior. *Crev.*

[k] *Vindicata soceri morte*] Hamilcar in prælio quodam adversus ferocissimos Hispaniæ populos, Vettones, fortissime dimicans occubuit, testibus Polybio et Cornelio Nepote. Diodorus Eclog. l. XXV. eum fugientem fluminis, in quod ingredi coactus fuerat, vorticibus summersum fuisse narrat. Vid. et Zonaram, et Liv. lib. XXIV. c. 41. *Crev.*

pellata est, in sinu maris juxta portum amplissimum et satis commodum condita. Sed propior a Gallis metus durius aliquod contra Pœnos consilium inire vetuit: quod reliquum erat, fœderibus pactisque cursum fortunæ eorum sistere studuerunt. Legatis ergo Carthaginem missis,[l] aliisque ad Hasdrubalem, pepigerunt, 'ut trans Iberum amnem se continerent Pœni, Saguntinis suæ leges et libertas servaretur.' Hæc in annum inciderunt, quo Sp. Carvilius Sp. F. C. N.[9] Maximus, Q. Fabius Q. F. Q. N. Maximus Verrucosus, uterque iterum, consules fuere.[m]

Liv. XXVI. 42. Polyb. Appian. Iber. Polyb. Flor. II. 6.

32. Sub idem tempus L. Postumius proconsule, qui in Illyrico hybernaverat, legatos ad Ætolorum Achæorumque populos Corcyra misit, ad exponendum rei gestæ ordinem, quibus causis bellum istud susceptum, qua fortuna gestum, quibusque conditionibus finitum esset. Comiter excepti studioseque auditi sunt, quod eæ nationes ceterique Græci vehementer exosum habebant Illyriorum nomen, ob continua latrocinia, quæ sub Agrone Teutaque exercuerant. Hæc ubi domum nuntiata sunt, senatus rite atque ordine a proconsule facta esse censuit, aliamque statim legationem decrevit, quæ publico nomine Corinthios et Athenienses adiret, populique Romani studium erga Græcos, et æquitatem erga omnes commendaret.

Polyb. II. 12.

33. Ea res magnam in iis terris nomini Romano benevolentiam peperit, confestimque decreto Corinthiorum honor hic populo Romano est habitus, ut Isthmiorum (qui ludi inter quatuor celeberrimos sunt Græciæ) participes haberentur. Maxime movit eos, præter Apolloniam et alias Græci generis civitates, Corcyra libertati reddita, quæ colonia Corinthiorum fuerat. Athenienses quoque societatem Romanam amplexi decreverunt, ut Romanis

Zonar. Polyb. Appian. Illyr. Thucyd. VII. 10. Zonar.

9 Ita Crevier. ex Fastis Capit. Edd. priores *Cn. N.*

[l] *Legatis ergo Carthaginem missis*] Hoc ab Appiano quidem traditum est. Sed aliter sensere Livius et Polybius, qui hoc fœdus cum Asdrubale solo, insciis et inconsultis senatu et populo Carthaginiensi, ictum esse memoraverunt. Atque eorum potior habenda videtur fides. Vid. Polyb. l. II. c. 13. et III. 21. 27. 29. et Livium, lib. XXI. capp. 2. 18. et 19. *Crev.*

[m] A. U. C. 524. A. C. 228.

jus civitatis Atticæ, Initiorumque Eleusiniorum esset.
FastiCapit. Interea Cn. Fulvius proconsule triumphum navalem ex
Florus II. 5. Illyriis egit A. D. Kalendas Quintiles: et principes Il-
Eutr. l. III. lyrios in triumpho ductos securi percussit. Hic primus
de Illyriis triumphus fuit. Anno sequente[n] P. Valerio
Liv. Epit. XX. L. F. M. N. Flacco, M. Atilio M. F. M. N. Regulo
L. II. ff. 32. de O. J. consulatum gerentibus, prætorum duplicatus est numerus,
Solin. c. 11. quaternosque creari visum, ut essent qui in Siciliam Sar-
Sex. Rufus. diniamque provincias cum imperio mitterentur: ex his M.
Solin. Valerius Sardiniam, attributamque huic Corsicam, C.
Flaminius Siciliam sortiti sunt.

Zonar. 34. Ingens eo tempore fuit metus Gallici belli, de quo
Polyb. II. 22. Boii Insubresque non inter se modo, sed etiam cum Trans-
alpinis populis agitare, magnasque Gæsatarum Gallorum
copias stipendio conduxisse ferebantur. Ergo non solita
modo remedia quæsita sunt, sed etiam iis rationibus malo
quod timebatur occursum, quas apud severos judices,
præter amorem patriæ, et in ejus gratiam quandoque con-
cessa quæ alias negarentur, nihil excusaret. Cum enim
præter alios ex Diis hominibusque terrores, etiam in Sibyl-
Plut. Marc. linis libris repertum esset, 'Gallos et Græcos urbem Ro-
Zonar. manam occupaturos,' ad prædictionis ejus minas calliditate avertendas, M. Valerio M'. F. M. N. Messalla, L.
Liv. XXII. 57. Apustio L. F. C. N. Fullone consulibus,[o] ex auctoritate
Oros. IV. 13. pontificum homines quatuor, Gallum et Gallam, similiter-
que Græcum et Græcam, in medio foro Boario vivos
defoderunt, ut ita quasi partem aliquam urbis tenentes
implevisse fata viderentur.

35. Ceterum hic annus inter res alias non magnas ap-
paratu maxime Gallici belli, quod jam instabat, consum-
Plin. III. 20. tus est. Descriptæ sunt ad id bellum equitum peditumque
Eutr. l. III. copiæ, incredibili numero, tota pro Romanis Italia con-
sentiente. Q. Fabius historicus, qui rebus gerendis in-
Diod. Ecl. l. XXV. terfuit, effecta fuisse scribit armatorum octingenta millia:
Oros. IV. 13. Romanorum quidem Campanorumque numero peditum
Liv. Epit. XX. explente ducenta quadraginta octo millia ducentos, equi-
Polyb. II. 24. tum viginti sex millia sexcentos: cetera multitudo reli-
quorum Italiæ populorum fuit. Etiam Veneti ac Ceno-

[n] A. U. C. 525. A. C. 227. [o] A. U. C. 526. A. C. 226.

mani auxilia dederunt Romanis, hominum millia viginti, qui jussi sunt finitimos Boios metu et damnis ad patriam tuendam cogere, ne cum ceteris hostium copiis conjungi possent: quando a bellandi consilio legationis Romanæ studiis avocari nequiverant. Venetis enim et Cenomanis ad instaurandam cum populo Romano amicitiam persuasis, Insubres Boiique in hostili animo propositoque perstitere. Minutæ tamen vires eorum sunt, non ausis omnem armatorum multitudinem educere regibus, coactisque partem juventutis ad fines defendendos relinquere. Ita reliquis cum copiis (peditum quinquaginta millia, equitum viginti numerabantur) iter per Etruriam tentare cœperunt.

Strabo, l. v. p. 216. Polyb. II. 23.

36. Interea L. Æmilius Q. F. Cn. N. Papus, C. Atilius M. F. M. N. Regulus[10] consules[p] Sardiniam et Ariminum cum vicina Gallia provincias obtinuere. Sardi enim gravati perpetuam Romani prætoris præsentiam, fascesque non ante conspectos, iterum tumultuati fuerant: sed hos C. Atilius consul haud magno negotio coërcuit. Major moles L. Æmilio cum Gallis fuit, perrupta Etruria Romam tendentibus. Eos prætor, cui Etruria provincia decreta fuerat, cum arcere transitu nequivisset, circa Clusium consecutus, præcipiti in occasum die, castra non procul ab hostilibus posuit. Galli, quo Romanos ad pugnam elicerent, meditato dolo, cum omni peditatu ad oppidum Fæsulas nocturno itinere perveniunt: relictis equitibus, quibus imperatum fuerat, ut orto die conspiciendos se tantum præberent hostibus, deinde statim ad pedites se referrent, castra ad recipiendum equitatum hostesque ex improviso turbandos apto loco habituros.

Zonar. Polyb. II. 23. et 27. Polyb. II. 25. Polyb. II. 23. Polyb. II. 25.

37. Ea fraus Romanis imposuit, ut quasi fugientes avide sequerentur: ita circa Fæsulas a recentibus et paratis excepti sunt, fessi cursu, et consilio, ut in re nec opinata, destituti. Quod unum supererat, pugnando tueri salutem, aut vindicare sanguinem statuere: sed præter alia numero quoque vincentibus Gallis, plures sex millibus in

10 Ita Crev. ex Fast. Capit. Edd. priores *C. Atilius M. F. M. N. consules.*

p A. U. C. 527. A. C. 225.

loco pugnæ concisi sunt, ceteri fugerunt. Galli munitum quendam collem, quo pleraque fugientium turba concesserat, capere conati, postquam nocturno itinere diurnaque pugna vires exhaustas sensere, ad corpora curanda abiverunt: relicta parte equitum, quæ tumulum obsideret, postridie vi aut deditione haud dubie in potestatem redigendum. In hoc articulo rerum L. Æmilius consul optabili potius quam sperato casu supervenit. Nam ad famam adventantium Gallorum Ariminum missus, defensurus Adriatici littoris oram, postquam urbem audivit peti, magnis itineribus Arimino profectus, ad ea loca bona quadam fortuna pervenerat, et parvo ab hostibus intervallo castra metatus fuerat.

Polyb. II. 23.

Polyb. II. 26.

38. Obsessi ex ignibus ab ea parte conspectis, id quod erat, Romanum exercitum venisse conjicientes, quosdam suorum miserunt sine armis, quo facilius hostium excubias fallerent. Ex his cognito rerum statu consul, citra longiorem deliberationem, quam neque res, neque tempus ferebat, statim orta luce cum equitatu præcessit ad tumulum, tribunis militum cum legionario milite sequi jussis. Gallos jam iidem ignes admonuerant de adventu Romanorum, et ad consilium de præsentibus coëgerant. Ibi rex Aneroëstus suasit, 'ne agmen locupletissima præda onustum objicerent hosti: sed domum digressi, deposita præda, si bellandum ultra videretur, expediti redirent.' Probato ab omnibus consilio ante noctem disceditur, itinere per Etruriam juxta littus maris instituto. L. Æmilius receptis qui in tumulum confugerant, et Gallorum profectione cognita, cum his quidem collatis signis pugnare nolebat: sed insequi tamen statuit, occasione quam tempus obtulisset usurus.

39. In hoc articulo rerum rursus aliquid ex improviso molita fortuna est. Alter consul C. Atilius ex Sardinia cum legionibus Pisas appulerat, atque ibi militibus expositis pedestri itinere petebat Romam, per eandem Etrusci maris oram incedens qua Galli veniebant. Circa portum Etruriæ Telamonem primum obviam sibi facti sunt præcursores utriusque exercitus: captivisque nonnullis ad consulem adductis, ubi de itinere Gallorum, et insequentis

Cluver. Ital. Antiq. II. 2.

Polyb. II. 26.

eos collegæ instituto cognovit, miratus casum, et spe impulsus, quod medius inter duos consulares exercitus hostis teneretur, tribunis præcepit, ut acie instructa, quantum locorum natura pateretur, quadratum agmen gradu militari ducerent. Ipse animadverso colle opportune itineri, qua venire Gallos necessum erat, imminente, ad præoccupandum eum cum equitatu contendit. Festinabat enim cum hoste quamprimum decernere, certus, si urgeretur, collegam venturum subsidio; et, si inceptum successisset, potiorem bene gestæ rei laudem penes se futuram esse.

40. Galli viso in superioribus locis hostium agmine, noctu circummissos ab L. Æmilio equites rati, suum et ipsi equitatum emittunt, adjuncta levis armaturæ parte, ad iter aperiendum. Deinde captivorum indicio consulis alterius adventus cognitus peditatum continuo instruere coëgit ancipiti acie, quæ ante et retro in hostem versa, interius oppositis invicem tergis cohæreret. Nam videbant a fronte C. Atilium instare: a tergo sequi L. Æmilium noverant. Huic igitur ex Transalpino genere mercede conductos, qui ab armorum nomine Gæsatæ[1] vocantur, opposuerunt in prima acie; post hos in subsidiis Insubres: at Taurisci Boiique adversus Atilianas copias locati sunt: essedis deinde carrisque cornu utrumque vallarunt: præda cum idoneo præsidio vicinum in collem seposita est. Jam pugnari ad tumulum ab C. Atilio occupatum cœperat, et ex eo conjiciebat L. Æmilius adesse collegam, cujus de itinere nihil habebat compertum, præterquam quod appulisse Pisas audiverat. Igitur ex tempore consilio capto, equites suos et ipse ad collem ubi pugnabatur jussit accurrere. Certatum ibi est equestri prælio acerrimo, in quo et C. Atilius consul occisus est, ejusque caput ad reges Gallorum relatum: ad extremum tamen connisi totis viribus Romani, loco retento, hostem repulere.

Liv. XXVI. 6. Oros. IV. 13. Polyb.

Diod. Ecl. l. XXV. Polyb.

41. Decreta hunc ad modum equestri pugna, pedites concurrere. Ibi vero certamen vidisses cum numero atque robore virorum, tum ipsa dispositione acierum terribile: cum inter duos Romanos exercitus Gallorum intercepta multitudo simul in utrosque obversa dimicaret,

[1] *Gæsatæ*] Vid. Voss. de Vit. Sermonis, I. 2. *Crev.*

ambiguo judicio, plusne prodesset eis ista prælii forma, quod cum divisis hostium copiis pugnantes, terga sibi invicem tuta præstabant, etiam amissa spe fugæ ad fortitudinem stimulati; an vero noceret, quod inter duos consulares exercitus conclusi tenebantur. Ceterum Romanos partim aspectus virorum terrebat, qui eximia specie et magnitudine corporum primis in ordinibus stabant; partim ad pugnandum incitabat, non modo laudis, sed etiam spoliorum dulcedo, quod inter Gallorum antesignanos erat nemo quin maniacis[r] armillisque aureis fulgeret.

42. Conserto igitur prælio, immissi primum velites maximam hostium edidere cædem, præsertim ubi Gæsatæ pugnabant, qui per ferociam et barbaram ostentationem, abjectis vestibus, nudi ante prima signa constiterant. Cum enim scutum Gallicum prælongum et angustum non possit corpus obtegere, tanquam exposita jaculatoribus signa, certis ictibus petebantur: cadebantque inulti, quod neque ferire hostem eminus poterant, neque conserta manu pugnari secum levis armatura patiebatur: qua desperatione pars temere in hostem ruentes, priusquam ad manus venirent, missilibus confossi sternebantur: ceteri sensim referentes gradum, suorum perturbabant ordines. Ita Gæsatarum acie per velites disjecta, gravis armaturæ miles Boios Insubresque ac Tauriscos undiquaque adortus, multos interfecit.

43. Stabant tamen offirmatis animis, neque ulla re inferiores, nisi quod armorum genere vincebantur, neque ad muniendum corpus apte instructi, neque ad hostem percutiendum: gladius enim Gallicus tantum ad rem cæsim gerendam accommodatus, mucronem idoneum non habet: præterea ad primum ictum incurvatur, sequentesque parum efficaces habet, nisi pede pressus iterum dirigatur. Eventum prælii, cum in meliore spe Romani essent, haud dubium fecit equitum reditus, qui, Gallico equitatu in fugam compulso, ex colle decurrentes, in latus hostium impressionem fecerunt, tanto minus tolerabilem, quod ex

Polyb. II. 33.

Polyb. II. 30.

[r] *Maniacis*] Ornamenti aurei genus est, quod circa collum et manus Galli gestabant. Ita exponit Polybius ipse, II. 31. *Crev.*

superiore loco ingruebat. Hoc maxime modo cum Gallis in Etruria pugnatum Polybius tradidit: a quo parum probabiliter alii dissentiunt: quis enim temere credat ita potius rem gestam esse, ut Gallos noctu orta tempestas fugere coëgerit, tanquam Deorum iram timentes, postremosque eorum aggressus C. Atilius occubuerit; deinde post aliquot dies, cum interea suo quilibet in colle se continuisset, L. Æmilius cum exercitu Gallico prospere pugnaverit? Neque plus merentur fidei, qui pugnæ locum ex littorali regione in agrum Arretinum transtulerunt. Zonar. Oros. IV. 13.

44. Cecidisse tum Gallorum millia quadraginta non ambigitur: capta sunt haud minus millia decem cum uno regum Concolitano: alius, Aneroëstus, qui plurimum opinione virtutis et potentia valuerat, paucis comitantibus elapsus, in fuga necessarios suos seque ipsum secta gula interemit. Recepta est præda ingens, quam consul reddendam iis curavit, quibus ademta fuerat, suas unoquoque res agnoscentibus dominis. Inde cum suo et Atiliano exercitu juxta fines Ligurum in Boicum agrum profectus, ut operæ navatæ mercedem haberet miles, diripiendam ei regionem dedit, paucisque diebus satiatas præda copias in urbem reduxit: tanto majore omnium lætitia, quanto acrior istius belli metus fuerat. Eutr. l. III. Polyb. Diod. Ecl. l. XXV. Polyb. Diod. Zonar. Polyb. Diod. Polyb.

45. Ergo vix cujusquam triumphus faventium vocibus tam celebratus est: insignis alioquin, et rerum gestarum gloria, et captivorum spoliorumque prælatorum numero pretioque. Multa inter hæc signa militaria fuere, plurimique torques aurei armillæque, virorum fortium apud Gallos ornamenta. Sed maxime adverterunt oculos hominum Britomarus, aliique principes Gallorum quos L. Æmilius per ludibrium accinctos in Capitolium duxit, tanquam voti sui religionem servaturos, quod 'non prius soluturos se baltea, quam Capitolium ascendissent,' juraverant. A. D. III. Nonas Martias L. Æmilius consul de Gallis triumphavit. Eodem anno lustrum alterum atque quadragesimum[s] conditum esse reperio a censoribus Flor. II. 4. et Zonar. FastiCapit.

[s] *Lustrum alterum atque quadragesimum*] Intelligit Freinshemius lustrum secundum et quadragesimum, ut constat ex c.

C. Claudio[11] Ap. F. C. N. Centhone, M. Junio D. F. D. N. Pera.

46. Depositus jam belli Gallici metus, nondum vindictæ cupiditas erat: ambobusque proximi anni[t] consulibus ea provincia data. T. Manlius T. F. T. N. Torquatus, Q. Fulvius M. F. Q. N. Flaccus erant, uterque iterum. His exercitus, et quæ ad bellum instruendum
Polyb. II. 31. gerendumque pertinebant alacriter decreta: spes enim erat, post tantam victoriam, toto circa Padum agro depelli Gallos posse, si nervi intenderentur. Consules cum copiis
Zonar. profecti primo statim terrore Boios ad deditionem com-
Polyb. pulere: segnior deinde expeditio fuit, ob pestilentiam et
Oros. IV. 13. continuos imbres. Alii tradunt hos consules Pado transito collatis signis vicisse Insubres, hominum occidisse tria et viginti millia, cepisse quinque: sed nobis Polybii potior est in his rebus auctoritas. Interea quia consules e longinquis regionibus, sive rebus gerendis, sive tempestatibus impediti, ad comitia occurrere non potuerant, ejus rei
Fasti Capit. gratia dictator creatus est L. Cæcilius L. F. C. N. Metellus: isque N. Fabium M. F. M. N. Buteonem magistrum equitum dixit. Comitiis habitis consules facti sunt C. Flaminius C. F. L. N. P. Furius Sp. F. M. N. Philus.[u]

Liv. Epit. XX. 47. Hi primi Romanorum, ut existimo, Padum transi-
Polyb. II. 32. vere cum exercitu, qua fluvius Addua Pado committitur,[x]
Zonar. in regionem Insubrum irruptione facta. Multo labore,
Polyb. neque nullo sanguine, hæc audacia constitit: nam et in transitu fluminis, et dum castra ponuntur, acriter incurrentes hostes Romanorum haud paucos occiderunt. Ex harum rerum nuntiis ortam solicitudinem immensum auxere prodigia, quod in Piceno flumen manasse sanguine,
Zonar.

11 Ita Crev. ex Fastis Capit. Edd. priores *Q. Claudio.*

23. supra. Sed dubitamus an proprietatem Latini sermonis servaverit. *Crev.*

[t] A. U. C. 528. A. C. 224.

[u] A. U. C. 529. A. C. 223.

[x] *Qua fluvius Addua Pado committitur*] Insignem hinc errorem sustulimus. Freinshemius in fraudem inductus ab interprete Polybii, dederat *qua fluvius Padusa.* Sed *Padusa* unum est ex ostiis Padi, procul ab Insubrum regione. Polybius habet Ἀδδα. et sic postulat locorum situs.

in Etruria cœlum ardere visum, Arimini noctu luxisse, tresque lunas eodem tempore apparuisse nuntiabatur, et quod Romæ in foro vultur per dies complures sederat: nam sub idem forte tempus Caria motu terræ concussa, et collapsus Rhodi colossus nihil tum ad rem Romanam pertinere credebantur. Ceterorum causa consulti augures, 'consules vitio creatos videri,' responderunt, secutæque sunt senatus ad eos literæ, quibus in urbem revocabantur. Illi inter hæc per inducias Insubrum agro excesserant, deinde in Cenomanorum finibus sociorum ascitis auxiliis, iterum campos Alpibus subjacentes infestare cœperant: permotique ira Insubres, etiam aureis signis ex æde Minervæ depromtis, quæ immobilia vocabantur, quod nisi ob extremam necessitatem moveri fas non esset, cum exercitu quinquaginta millium occurrerant, acie dimicaturi.

Oros. Plut. in Marc. c. 4. Zonar. Marian. Scot. Oros. Plin. xxxiv. 7. Zonar. Polyb. Strabo, l. v. p. 216. Polyb.

48. Hoc ad tempus literæ senatus venere. C. Flaminius, sive conjectura earum argumentum assecutus, sive literis amicorum præmonitus, collegæ persuasit, ne ante pugnam commissam aperirentur. Sic obstinato ad dimicandum animo, de auxiliis Gallorum deliberabant, ne forte neglecta causam nocendi haberent; adhibita, occasionem: levitas enim gentis timebatur, præsertim adversus cognatum hostem suscipiendo prælio. Tandem hoc consilium placuit. Gallos in ulteriorem ripam miserunt: deinde ruperunt pontes: ita neque lædi ab iis Romanus poterat, et, copia fugæ penitus ablata, omnia in virtute erat habiturus. Post acre prælium, victoria Romanis cessit; majori tribunorum laude, quam consulum. Nam C. Flaminius aciem ita ripæ fluminis admoverat, ut nihil ad receptum cohortium relinqueret spatii: haud dubie totum exercitum perditurus, si urgentibus hostibus vel minimum recedere coactus fuisset. Tribuni vero, prioribus præliis experti, Gallorum vim omnem in primo impetu esse, hunc acerrimum, sed brevem, si quis sustinuisset, nihil postea metuendum habere, primis ordinibus hastas triariorum dividunt, quibus hostium excipiant ictus, deinde abjectis his gladium stringant.

Liv. xxi. 63. Zonar. Polyb.

49. Ubi ventum ad certamen est, hastarum objectu Gallici gladii statim ad primum ictum hebetati curvatique

sunt: quos donec dirigere student, suggressus stricto mucrone Romanus omnem armorum usum iis ademit. Nam et hoc habent enses Gallici, quia cæsim tantummodo iis pugnari potest, ut ad feriendum aliquantum requirant spatii, quod si quis abstulerit, omnino fiunt inutiles. Romani vero etiam punctim ferire ex minimo intervallo poterant, eoque modo ad corpus hostis appressi faciem ejus atque pectus impune cædebant. Interfecta dicuntur millia Gallorum novem: quasi duplum ejus numeri captum esse. Post victoriam ager hostium longe lateque vastatus est, multumque prædæ partum.

Oros. IV. 13.

Plut. in Marc. c. 4. Zonar.

50. Tum demum literas senatus legi placuit: quibus cum pariturus P. Philus esset, C. Flaminius 'invidiam hanc Patrum esse' testatus, 'nullis auspiciorum vitiis, cujus rei nullum argumentum certius ipsa illa quam obtinuissent victoria adduci posset,' negavit 'se, nisi finito vel bello, vel magistratus tempore, decessurum esse.' Quin etiam addidit, 'effecturum, ut populus Romanus auguriorum aliarumque talium rerum inepta observatione falli desinat.' Ceterum in sententia persistente P. Furio, Flaminianus exercitus, metuens ut digresso illo satis in hostili regione tutus esset, exoravit eum, ut per dies aliquot remaneret: nihil tamen rerum postea gerere voluit: C. Flaminio interim castella quædam, urbemque non incelebrem illis gentibus recipiente, concessaque militi præda ad instans cum senatu certamen sibi conciliante animos. Tanta enim exorta fuerat in urbe indignatio, ut redeuntibus consulibus neque obviam ex more iretur, triumphusque non C. Flaminio modo, sed in ejus odium etiam P. Philo negaretur. Ad extremum C. Flaminii magnus apud plebem favor vicit: isque triumphans urbem ingressus est, A. D. VI. Idus Martias. Multa in eo triumpho translata sunt spolia, magna vis armorum, torques itidem aurei permulti, ex quibus tropæum Jovi C. Flaminius in Capitolio posuit, inverso Gallorum voto, qui de spoliis Romanorum Marti suo torquem promiserant. Alter mox consul de Gallis et Liguribus triumphum egit A. D. IV. Idus Martias.

Liv. XXII. 6. Zonar.

Plut. Zonar.

Fasti Capit.

Liv. XXIII. 14. Flor. II. 4.

Fasti Capit.

51. Sic magis accensa quam victa senatus odia non

quievere, donec consules statim secundum triumphum abdicare sunt coacti. Pari severitate sub idem fere tempus viri clarissimi duo sacerdotii honore caruerunt: M. Cornelius Cethegus, extis non rite porrectis; Q. Sulpicius, quod inter sacrificandum apex ei de capite defluxerat. Cum magistratu consules abivissent, comitia per interregem sunt habita, quibus consul factus M. Claudius M. F. M. N. Marcellus,[y] qui magistratu inito collegam ascivit Cn. Cornelium L. F. L. N. Scipionem Calvum. Hi pacem petentibus Insubribus restitere, M. Marcello potissimum cupiditate provinciæ triumphique conditiones omnes aspernante: sed et ipsi Galli belli potius quam otii consilia tractare videbantur, cum de integro mercede conducta Gæsatarum triginta millia superatis Alpibus longe majorem Insubrium multitudinem concivissent.

Plut. Val. Max. I. 1. 4. Plut. Polyb. II. 34. Plut. Polyb. Plut.

52. Bello sic exorto, profecti primo vere consules, Acerras (oppidum est inter Padum et Alpes) circumsederunt. Cujus obsidione cum depellere Romanos difficile videretur, Britomarus assumta decem millium Gæsatarum manu, Circumpadanam regionem vastare instituit: quo comperto consules ita inter se partiti sunt copias, ut Cn. Cornelius cum exercitu reliquo urgeret obsidionem; M. Marcellus duas partes equitum et delectos ex levi armatura ducens, sociis succurreret. Delegit expeditissimum quemque, non ultra sexcentos: cum his et equitibus suis, non die, non nocte intermisso itinere, contendit ad hostes: quos circa Clastidium adeptus, priusquam reficere suos quiete posset, adortus est, non voluntate sua, sed ferocia Gæsatarum, qui numero potiores et equestris militiæ principatum sibi vindicantes, audito paucos adduci pedites a consule, protinus ad obterendum eum, omissa Clastidii obsidione, proruperunt.

Polyb. Plut. Zonar. Plut. Polyb. Plut.

53. M. Marcellus acie in longum porrecta, ne circumveniretur ab hostium multitudine, Gallis processit obviam: neque longe aberant invicem acies, cum jam impetum facere molientem equus clamore cantuque Gallorum exterritus abripuit, et retrorsum tulit. Ibi consul veritus

Front. IV. 5.

[y] A. U. C. 530. A. C. 222.

ne in omen tractus ille casus animum suis minueret, equum
Plut. circumagendo Solem adoravit,[z] tanquam ea de causa convertisset; ex veteri more, quo Deos adoraturi se circumagebant. Ferunt eum ante primum congressum pulcherrima hostilium armorum Jovi Feretrio vovisse: mox conspecto Britomaro, qui suorum agmen præcedebat arma ferens auro argentoque et coloribus eximie perornata, hæc judicavisse arma esse debere, quæ vovisset. Jam ipse quoque rex, viso Romanorum duce, provectus longe ante suos, voce et gestu eum ad pugnam provocabat. Neque cunctatus M. Marcellus, perfosso regis thorace, vulneravit
Oros. IV. 13. Plut. eum hasta, et equi adacti impetu dejectum humi semel iterumque repetitis ictibus occidit. Tum desiliens ex equo, manibusque arma tenens, suspexit in cœlum, 'Jupiter,' inquiens, 'Feretri, qui fortium ducum in præliis facta præclara aspicis, en ego te teste tertius Romanorum, cæso hostium imperatore imperator, opima tibi spolia consecro. Tu vero ad reliqua etiam belli res nostras prospera fortuna pergere sinito!'

54. Repetente post hæc equum M. Marcello, totis viribus confligi cœptum, fortissime pugnantibus Romanis, quos consulis audacia et fortuna non minus ardore pugnandi, quam spe victoriæ impleverat. Itaque non eques Gallus, non pedes, quanquam et ille suis subsidio venerat,
Val. Max. III. 2. 5. Zonar. sustinere vim tantam potuit: raroque exemplo paucissimi de numeroso exercitu pulcherrimam victoriam retulere. Lectis deinde spoliis ad collegam revertit consul, qui
Polyb. II. 34. Plut. Acerris occupatis, ubi magnam annonæ copiam reperit, circa Mediolanum caput Insubrium Gallorum adversus
Oros. IV. 13. hostes ægre se tutabatur: nam illi validissimæ frequentissimæque urbis obsidione implicatum vicissim quasi obsi-
Plut. debant. Sed adventu M. Marcelli cito commutatus est rerum status: nam et Gæsatæ audito regis fine disces-
Eutrop. I. III. Zonar. et Oros. serunt: et ab his relicti Mediolanenses defendere urbem non potuere. Sic ingentibus Insubrum copiis cæsis, captaque Mediolano, et subinde Como, ceteræ deinceps

[z] *Equum circumagendo Solem adoravit*] Non recte hic in margine appellatur a Freinshemio Frontinus, qui alio prorsus modo rem narrat. *Crev.*

urbes, et Insubrum tota natio, pecunia et agrorum parte mulctati, de cetero satis æqua pace impetrata, in deditionem venere. Plut. Liv. Epit. xx.

55. M. Marcellus provincia confecta celeberrimum triumphum de Gallis Insubribus et Germanis duxit Kalendis Martiis. Hæc prima Germanorum in historia Romana mentio, qui ex Transrhenanis gentibus mercede conducti Virdomaro duce[a] in Italiam venerant. Ex his Gallisque captivi, forma staturaque corporis ingenti, currum victoris inter spolia maximi pretii antecedebant. Sequebatur ipse consul rarissimo spectaculo cæsi ducis arma Jovi Feretrio ferens: quem prosecutus a tergo exercitus, splendidis ornatus armis, militari acclamatione cantuque celebrabat. Hoc ordine cum ad ædem Feretrii perventum esset, descendens curru M. Marcellus, opima spolia post Romulum regem et A. Cornelium Cossum tertius, neque post illum alius suspendit. Hæc arma populus Romanus majori cum voluptate spectavit, quod Romanorum militum arma hostes Vulcano vovisse dicebantur: tantaque victoriæ ejus lætitia fuit, ut senatus populusque Romanus ex manubiis donum Apollini Delphico cratera aureum, et circum amicas sociasque civitates arma de spoliis Gallicis mitteret: ad Hieronem Syracusanum præter spolia, missum etiam frumenti pretium est, quo inter bella Gallica rem Romanam juverat. Fasti Capit. Propert. iv. 11. Plut. Virg. Æn. vi. 856. et Flor. ii. 4. Plut. Liv. i. 10. et iv. 20. Plut. Flor. Plut. Liv. xxiv. 21. Diod. Ecl. l. xxv.

56. Novi deinceps hostes Istri exorti, qui piratico scelere maria infestantes, Romanorum aliquot naves frumentarias diripuerant. Adversus hos ambo consules,[b] P. Cornelius, M. Minucius Rufus missi, multos populos vi aut deditione subegerunt. Triumphatum tamen ab his non reperio, credo, quia multo etiam Romano sanguine victoria constiterat. Hoc anno infaustum multis gentibus urbibusque sidus in Hispania exortum est Hasdrubalis suc- Oros. iv. 13. Eutr. l. iii. Zonar. Oros.

[a] *Virdomaro duce*] Hic idem est quem hactenus Freinshemius Britomarum nominavit: immo idem utrumque nomen est, variante tantum scriptura. Sed et Germanos, de quibus triumphasse Marcellum indicant Capitolina marmora, non alios fuisse quam Gæsatas ipsos, tum ipsa re probabile est, tum innuit non obscure Propertius, lib. iv. Eleg. 11. 'Genus hic' (Virdomarus) 'Rheno ducebat ab ipso, Nobilis erectis fundere gæsa rotis.' *Crev.*

[b] A. U. C. 531. A. C. 221.

cessor Hannibal, de cujus initiis gestisque multa deinceps majori spiritu dicenda erunt. Interea novi consules L. Veturius, C. Lutatius cum exercitu ad Alpes progressi sunt:[c] sed conditionibus magis, quam armis usi, multos eorum locorum populos voluntate ipsorum ad amicitiam Romanam adduxerunt.

Zonar.

57. Bellum hoc tempore cum Illyriis instauratum est improbitate Demetrii Pharii, adversus quem, sub amicitiæ Romanæ prætextu vicinas civitates arbitrio suo vexantem, omnibus ex partibus querelæ venerunt. Nam fretus potentia, quam a Teuta deficienti Romani circumdederant, tutelaque regis Pinnei, cujus matrem Triteutam connubio sibi junxerat, regem et ipse se ferens, popularibus juxta finitimisque gravis et intolerandus incumbebat. Et Illyrici quidem populos, Romanorum socios et amicos, suæ dominationi studebat subjicere: Cycladas autem insulas, contra fœdus cum lembis armatis quinquaginta ultra Lissum provectus, alias depopulabatur, ab aliis extorquebat pecunias: jamque et Istrorum partem, quotquot a recenti bello Romanos oderant, et Atintanes vi coactos in partes suas traxerat: neque Romanos reverebatur, quibus Gallico bello implicitis, deinde Punicum metuentibus, neque vires, neque otium ad vindicandas sociorum injurias fore censebat: et a Philippo Macedonum rege quidlibet sperabat, quod bello Cleomenico dux Illyricorum auxiliorum Macedonicas opes adjuvisset. Igitur decretum adversus eum bellum est, apparatusque facti.

Liv. Epit. xx. Zonar. Appian. Illyr. Dio ap. Vales. Just. xxix. 2. Polyb. iii. 16. Polyb. iv. 16. Appian. Polyb. iii. 16.

58. Lustrum interea tertium et quadragesimum L. Æmilius, C. Flaminius censores condiderunt. Censa sunt civium capita ducenta septuaginta millia ducenta tredecim. Libertinorum promiscua multitudo per omnes tribus sparsa multum hactenus turbarum dederat: eam imitatione Q. Fabii Maximi censores in quatuor tribus, Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinamque redegerunt. C. Flaminius in eadem censura viam Ariminum usque munivit, et Circum exstruxit: utrique operi nomen ab auctore est impositum, Circusque Flaminius, et via Flaminia vocata. Iidem

Liv. xxiii. 22. Liv. Epit. xx. Liv. ix. 46. Liv. Epit. xx. Cassiod. Chron. Fest. in voc. 'Circus Flaminius.' Plin. xxxv. 17.

[c] A. U. C. 532. A. C. 220.

censores Legem Metiliam de fullonibus ad populum ferendam dedere: ne minorum quidem rerum curam tanti magistratus fastigium dedecere rati.

59. Per idem tempus Illyriorum rebellio senatum movit, ut M. Livio M. F. M. N. Salinatori, L. Æmilio M. F. Paullo consulibus[d] provinciam illam mandaret. Contra Demetrius bellum et ipse haud segniter comparare instituit, valido præsidio Dimalum misso, provisisque omnibus, quorum ad longam sustinendam obsidionem usus est. Quibusdam locis interficiendos curavit principes, de quorum fide dubitabat, aliisque sibi addictis regimen urbium tradidit: ex omni vero regno delectum robur, sex millia virorum, secum ad præsidium Phari retinuit. Dum hæc aguntur, L. Paulus consul primo vere profectus, in Illyricum venit: intellectoque magnam esse hostibus spem in munitionibus Dimali, quem locum inexpugnabilem putabant, ratus plurimum inde terroris oriturum, si hunc expugnasset, tanta sua militumque alacritate est aggressus, ut septimo quam oppugnari[12] cœpta esset die vi caperetur. Neque falsus fuit animo consul, sparsaque per vicinam regionem fama, confestim ex omnibus urbibus oratores venere, se suaque omnia Romanis dedituri.

Polyb. III. 18.

Polyb. III. 16.

Polyb. III. 18.

60. Quibus in fidem receptis Pharum insulam, ubi Demetrii regia erat, petiit. Quam ubi copiarum omni genere refertam, fortissimorumque virorum præsidio, tum situ operibusque, adhæc præsentia tyranni munitam esse dididicisset; moram obsidionis veritus, astum excogitavit accelerandæ victoriæ non inutilem. Partem enim majorem exercitus, noctu trajectis copiis, in sylvosis quibusdam callibus occuluit: ipse cum navibus viginti luce clara proximum urbi portum petens, elicuit Pharios, inter quos ipse Demetrius ad prohibendam hostium exscensionem accucurrit. Conserto certamine plures subinde, ut fit, suis auxilio venientes, ad extremum omni fere præsidio militarium virorum urbem nudavere. Interea Romani qui noctu exscenderant, itinere per tecta loca facto, collem

12 Edd. ante Crev. *oppugnare*.

[d] A. U. C. 533. A. C. 219.

inter oppidum portumque medio ferme spatio situm occupavere : quo facto iis, qui urbe fuerant egressi, reditus ad eam occludebatur.

61. Demetrius, animadverso quid fieret, consilium cepit, ut in tam ancipiti periculo, non spernendum. Omisso enim præsenti certamine, revocatisque suis, ‘ Viri fortes,’ inquit, ‘ apparet, virtutem nostram hostibus formidabilem esse : nam ad dolos conversi fatentur se viribus armisque diffidere. Furto noctis usi hanc in terram irrepsere : unde, si bene vos novi, retinebunt nihil nisi quod corporibus tegent, anima emtum. Vos modo, Pharii mei, vosque omni ex Illyrico delecta juventus, vel patriæ, vel gloriæ vestræ memores, ostendite Romanis, neque suæ fortitudinis, neque nostræ imbecillitatis fuisse, quod semel de Illyriis Romæ triumphatum est. Non Fulvius eo tempore, aut Postumius Illyrios consiliis et armis, sed impotentia, sed temeritate sua Teuta vicit. Neque ignoratis, ut de aliis taceam, non ita proclivem illi futuram fuisse victoriam, si me defensorem potius quam inimicum habere Teuta maluisset. Verum enimvero, et quia vobis præclare confido, et quia facta potius quam verba tempus postulat, abrumpo. Habetis animos, habetis arma : videtis necessitatem, quæ timidissimum quemque posset acuere ; vobis pariter urbique discrimen extremum imminet, nisi virtute vestra discusseritis. Eamus igitur, et fortuna bene juvante istos e latibulis suis paulo ante progressos petamus, securi de his, qui exscensionem faciunt : nam illos si ceciderimus, hi majori cum studio naves repetent, quam reliquerunt.’

62. Ita suos pro tempore cohortatus, instructis ordinibus ad eos invadendos qui collem tenebant ducit : qui et ipsi non segnius congressi sustinuerunt hostem, donec advenientes qui exscensionem interea fecerant, et a tergo eum adorti, magno cum terrore detrimentoque disjecere : paucos in oppidum retulit fuga : ceteri passim per invios calles dilapsi. Demetrius, qui solis quibusdam locis paratos lembos in omnem casum habebat, uno eorum conscenso ad Philippum Macedoniæ regem profugit, cujus in amicitiam receptus, mores adolescentis antea laudatos

Polyb. IV. 66.
Polyb. ap. Vales. l. VII.

adulatione et tyrannicis consiliis corrupit, bellique Romani, et multarum præterea calamitatum, suasor et auctor ei extitit. Post hanc pugnam Pharus ex itinere capta, jussuque imperatoris direpta et diruta est. Illyrici deinde rebus ex sententia ordinatis, ad triumphum petendum, affecta jam æstate, consul Romam rediit.

Polyb. III. 19. Appian. Illyr. Liv. Epit. XX.

63. In hujus quoque belli narratione Polybium sequi malui, non ignarus apud alios auctores ambobus consulibus ejus perfecti gloriam communiter tribui, qui evocatum ad se Demetrium, quia non parebat, aggressi primum in Issa insula, quibus dixi artibus vicerint; deinde Pharo proditione capta, Demetrium expulerint. De cujus fine quoque dissentanea Polybio tradunt, istis et annis et locis proximo, quæ aliud in tempus egressa prætermitto. Ceterum Illyriis in regis Pinnei gratiam, quem innocentem ætate et proposito fuisse constabat, pepercit senatus, fœdusque cum eo, adjectis tamen conditionibus quibusdam, renovavit. Interea L. Æmilius consul splendidissimum de his populis triumphum duxit: sed et M. Livium ex eo bello triumphasse reperio: plures tamen scriptores hunc prætereunt: credo quod majores L. Paulli res fuerunt, quibus collegæ famam gloriamque potuerit obscurare. Sed nobilius ejusdem M. Livii paulo post judicium et condemnatio fuit. Per invidiam ipse ac L. Paullus accusati,[e] quod prædam militibus non æqualiter divisissent, quodque ex ea multa avertissent, judicium populi subiverunt. L. Paullus ambustus vix evasit: M. Livium omnes tribus excepta Mæcia damnaverunt. Isque contumeliam istam tam indigne tulit, ut, urbe relicta, cœtus omnes fugeret, donec eum ad instituta vitæ prioris resumenda reipublicæ tempora retraxere.

Polyb. Zonar. Dio ap. Vales. Zonar. Appian. Polyb. IV. 66. Auct. de vir. illustr. Justin. XXIX. 2. Front. Strat. IV. 1. Auct. de vir. Illustr. Liv. XXII. 35. Liv. XXIX. 37. Liv. XXVII. 34.

64. Sed hæc in P. Cornelii Scipionis, Ti. Sempronii Longi consulatum inciderunt. Anno autem, quo M. Livius et L. Paullus adhuc consules erant, Archagathus qui-

Plin. XXIX. 1.

[e] *Ipse ac L. Paullus accusati*] Ex hac societate periculi et criminis, testata a T. Livio, constare videtur ambos quoque communiter rem gessisse in Illyrico: et Polybium, licet auctorem gravissimum, hic minus diligentem fuisse, quam illos longe levioris auctoritatis scriptores, Zonaram et Auctorem de vir illustr. *Crev.*

dam Lysaniæ filius ex Peloponneso Romam venit, qui medicinam professus, jure Quiritium donatus est, eique taberna in compito Acilio emta publice: res ad memoriam minime celebris, nisi tum primum artis medicæ nomen auditum Romæ agnitumque esset, hactenus ad sanitatem tuendam sufficiente temperantia et inemtis remediis.

Liv. Epit. XX. Eisdem consulibus coloniæ deductæ sunt in agro Gallico, Placentia et Cremona, non postrema causa irarum, quibus commoti Boii Insubresque respicere Hannibalem cœpere, qui tum Saguntinam urbem summis viribus oppugnans, per ruinas ejus iter ad Romana bella muniebat. Sed hi ceterique motus, qui magno numero, neque minori mole continuo ingruerunt, ab altiore paulo principio sunt repetendi.

Liv. XXI. 25.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXI.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Bellum Punicum II. maxime omnium memorabile, quod parat Hannibal, a patre olim jure jurando adactus, et jam ante Hamilcar meditatus erat. 2. In Hispania Hamilcar perit, et Hasdrubal, gener ejus, imperium obtinet. Is fœdus renovat cum Romanis, et a barbaro quodam obtruncatur. 3. Ei succedit Hannibal, militum, plebis, et Barcinæ factionis favore adjutus, nequicquam refragrante Hannone. 4. Hannibalis ingenium, virtutes, et vitia. 5. Hannibal Olcades, Vaccæos, Carpetanos, omnesque trans Iberum populos præter Saguntinos, Romanorum socios, vincit. 6. Certamina serit inter Saguntinos et Turdetanos. Hi ab eo juvantur; illi auxilium orant Romanorum, qui legatos ad Hannibalem atque inde Carthaginem mittunt. 7. 8. Saguntus jam summa vi tum oppugnatur tum obsistit, et ipse Pœnorum dux vulneratur. 9. Legati Rom. non admittuntur, et Carthaginem eunt. 10. Ibi Hanno unus causam fœderis et Romanorum agit. 11. Senatus Carthag. prope omnis Hannibali favet. Saguntini in ipsa urbe cum hostibus fortiter pugnant, sed jam laborant inopia omnium. Oretani Carpetanique opprimuntur. 12. Arx Sagunti oppugnatur, et exigua pacis spes tentatur per Alconem et Alorcum. 13. Ille manet apud hostem: hic duras pacis conditiones affert et suadet. 14. Quibus auditis multi se suaque in ignem conjiciunt. Mox expugnatur urbs, omnesque puberes interficiuntur. 15. Capta Saguntus cum ingenti præda octavo mense. 16. Romanorum mœror, misericordia sociorum, pudor non lati iis auxilii, ira in Pœnos et metus de summa rerum.

17. Bellum a Romanis paratur, et copiæ scriptæ dividuntur inter P. Cornelium Scipionem et Ti. Sempronium Longum consules. 18. Legati mittun-

tur Carthaginem, et bellum indicunt. 19. Perversa Pœnorum disceptatio de fœderum jure et violatione. Legati Rom. ab Carthagine in Hispaniam trajiciunt, multosque trans Iberum populos in societatem perliciunt; sed a Volcianis aliisque haud benigne excipiuntur. 20. Iidem animos Gallorum, ab Hannibale jam præoccupatos, frustra solicitant, nec nisi a Massiliensibus grata ferunt responsa. 21. Hannibal, Carthagine nova hybernans, Hispani generis militibus commeatum dat, et Gades profectus tum vota exsolvit Herculi, tum novis se obligat. Inde supplementum exercitus ex Africa petit, eodemque mittit Hispanorum ferme XVI. millia. 17. Hasdrubali fratri Hispaniam provinciam, et tam copias, maxime Africas, quam classem dat. Tum ex hybernis movet, et in quiete videt juvenem divina specie, qui se ab Jove dicit ducem ipsi in Italiam missum. 23. Hoc visu lætus exercitum (90. millia peditum et 12. m. equitum) Iberum traducit, et, subactis Ilergetibus, Bargusiis, Ausetanis, Lacetanisque, Hispaniæ cis Iberum præficit Hannonem; multos vero Hispanos, quos militia sentit gravari, domos remittit. 24. Pyrenæum transgreditur, donisque capit regulos Gallorum. 25. Ejus ope freti Boii et Insubres agros Placentiæ Cremonæque, coloniarum Rom. infestant, et Mutinam obsident. Adversus eos male rem gerit L. Manlius prætor; 26. cui C. Atilius prætor Roma auxilio mittitur. Scipio consul Massiliam pervenit, vixdum satis credens, Hannibalem superasse Pyrenæos montes. Is vero, jam in Volcarum progressus agrum et ad ripam Rhodani, naves undique contrahendas fabricandasque curat. 27. Præmittit Hannonem cum parte exercitus insciis Gallis, qui adversam obtinebant ripam, et mox ipse reliquas copias 28. atque elephantos Rhodanum trajicit. 29. Interim 500. Numidæ, ad castra Romana missi, occurrunt 300. equitibus Rom. ad exploranda omnia a Scipione præmissis, et ab his pugna atroci vincuntur. Hannibal, incertus, utrum revertatur an ire pergat, ad cœptum in Italiam iter continuandum inclinatur consiliis et pollicitationibus legatorum Boiorum regulique Magali. 30. Itaque varie militum versat animos castigando adhortandoque. 31. Tum mediterranea Galliæ petit, et ab Allobrogibus, postquam certamina eorum, arbiter regni factus, sedavit, copia rerum omnium, maxime vestium, adjuvatur. Inde per Tricastinorum Vocontiorumque agros tendit in Tricorios, et Druentiam trajicit, qui omnium Galliæ amnium difficillimus transitu est.

32. Scipio, desperans, se hostes tantum prægressos assecuturum, Cn. fratrem cum maxima copiarum parte in Hispaniam mittit adversus Hasdrubalem, et cum exigua manu Genuam repetit, eo, qui circa Padum erat, exercitu Atilii et Manlii Italiam defensurus, occursurusque Pœno ab Alpibus descendenti. Hannibal pervenit ad Alpes, et Gallos ad visenda loca præmittit. 33. 34. Erigit agmen in primos montis clivos, conflictans cum montanis et iniquitate locorum. 35. 36. Nono die in jugum ejus evadit, et degreditur in vias præcipites, angustas, lubricas, præalta nive et levi infra glacie obtectas. 37. Inde rupem, per quam unam via est, torridam incendio, infusoque aceto putrefactam, pandit ferro, et tandem ad planum descendit. 38. In Taurinis degreditur in Italiam, ingenti numero hominum jumentorumque amisso. 39. Scipio, cum Pisas navibus venisset,

exercitumque accepisset a Manlio et Atilio tironem, occupat Padum trajicere, et ad Ticinum amnem movet castra, ubi exercitus Pœnorum Romanorumque jam in conspectu sunt. 40. 41. Adhortatur milites suos. 42-44. Idem facit Hannibal, edito prius certamine captivorum montanorum.

45. Scipio Ticinum ponte trajicit, et non longe a Victumulis considet in agro Insubrium, ubi Hannibal castra habet, et præmia suis juratus pronuntiat. 46. Prodigia in castris Rom. et pugna equestris ad Ticinum, in qua superior est Hannibal, et Scipio vulneratus intercursu tum primum pubescentis filii servatur. 47. Romani cis Padum regrediuntur, et perveniunt Placentiam; quo et Pœni contendunt. 48. Galli auxiliares Romanorum ad Pœnos transfugiunt, et Scipio, Trebiam transgressus, locum, qui prope flumen tutissimus stativis est visus, delectum communit, collegæ adventum opperiens. Nec procul inde Hannibal considet, et proditione capit Clastidium vicum, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani.

49. 50. Interim Sempronius consul, ab Hierone rege adjutus, circa Siciliam res prospere gerit, et Pœnos mari vincit ad Lilybæum. 51. Tum Melitam capit: sed mox, literis senatus in Italiam revocatus, Sex Pomponio legato et M. Æmilio prætori Siciliam maritimamque Italiæ oram classibus tuendam attribuit; et ipse cum exercitu suo navibus Ariminum, indeque terra ad Trebiam flumen venit. 52. Ibi opem poscentibus Gallis, quorum agros inter Padum et Trebiam Pœni populantur, auxilio mittit equitatum suum, qui prælio cum hostibus commisso superior excedit. 53. Hinc ferocior factus Sempronius, stimulatusque tum propinquo comitiorum tempore, tum spe in se unum vertendæ gloriæ, dum æger esset collega, eo nequicquam dissentiente, pugnam conserere non minus, quam Hannibal, gestit. 54. Mago locum insidiis aptum insidet; Numidæ vero, transgressi Trebiam, obequitando Romanorum castris eos inde eliciunt, ceduntque insequentibus, quibus flumen transeuntibus corpora, non ante curata et gelu rigentia torpent. 55. Pugna ad Trebiam editur. 56. Vincuntur Romani, et duo exercitus consulares Placentiam Cremonamque confugiunt.

57. Romæ trepidatur, creanturque consules C. Flaminius Nepos II. et Cn. Servilius Geminus. Hybernæ expeditiones Hannibalis. 58. Is ad prima veris signa in Etruriam proficiscitur; sed transiturus Apenninum atroci cum tempestate conflictatur, qua ingens hominum, jumentorum, elephantorumque multitudo absumitur. 59. Itaque retro ad Placentiam castra movet, iterumque cum Sempronio confligit et æquo Marte. Tum hic Lucam concedit, et ille in Ligures, qui ei nobiles aliquot Romanos per insidias interceptos tradunt.

60. Dum hæc in Italia geruntur, Cn. Cornelius Scipio in Hispania, orsus a Lacetanis, omnem oram usque ad Iberum fl. Romanæ facit ditionis; Hannonem vincit, vivumque capit cum aliquot principibus; et Scissim expugnat. 61. Hasdrubal non audet ei obviam ire; sed loca, ab illo relicta, Iberum aliquoties transgressus, vastat, et navales Romanorum socios, haud procul Tarracone vagantes, opprimit. Scipio Ilergetes Ausetanos-

que, qui ad Pœnos defecerant, subigit, devincitque Lacetanos, auxilium his ferentes.

62. Multa prodigia Romæ aut circa urbem ea hyeme facta et procurata.

63. Flaminius, consul designatus, memor veterum cum Patribus certaminum, priorisque consulatus, quo ob ficta auspicia se abdicare coactus erat, privatus clam in provinciam abit, neque morem gerit senatui, eum revocanti; sed mox Arimini, licet tristi cum omine, magistratum init, acceptisque duabus a Sempronio legionibus totidemque a C. Atilio prætore, eas in Etruriam ducit per Apennini tramites.

1. In parte operis mei licet mihi præfari, quod in principio summæ totius professi plerique sunt rerum scriptores, bellum maxime omnium memorabile,[1] quæ unquam gesta sint, me scripturum; quod, Hannibale duce, Carthaginienses[a] cum populo Romano gessere. Nam neque validiores opibus ullæ inter se civitates gentesque contulerunt arma, neque his ipsis tantum unquam virium aut roboris fuit: et haud ignotas belli artes inter se, sed expertas primo Punico conferebant[2] bello.[b] Et adeo varia belli fortuna ancepsque Mars fuit, ut propius periculum[3] fuerint, qui vicerunt. Odiis etiam prope majoribus certarunt, quam

1 *Memorabile omnium* Gronov. Doujat. Crevier.—2 ' Ita Ms. Harl. et quædam edd. Plerique libri *conserebant*, quod Bauer in Ind. exponit: adversas opponebant, per eas concertabant, *sie versuchten gegen einander*. Sed nemo, quod sciam, ita locutus est, et nostra lectio firmatur verbis præc. ' inter se contulerunt arma.' Sic *conserere pugnam et ex propinquo vires* suas cum hostium viribus *conferre*, periculum virium facere cum iis, (*sich mit iknen messen*,) inf.

NOTÆ

[a] *Carthaginienses*] De Carthagine, a qua Carthaginenses vel Carthaginienses, vide supra, lib. I. c. 27.

[b] *Primo Punico bello*] Inchoatum est hoc bellum anno U. C. 489. Coss. Claudio, qui Caudex cognominatus, Cæci fratre, et M. Fulvio Flacco: desiit anno 512. Coss. Q. Lutatio, A. Manlio Torquato iterum: quo tempore pax cum Pœnis facta est. Duravit itaque bellum Punicum primum annos XXIII. Dictum autem Punicum a Carthaginiensibus, qui Tyro Phœniciæ urbe oriundi, Phœnicum seu Pœnorum, aut patria lingua Punicorum, nomen retinuere: nam et hodie Phœnicia vulgo *Founiki* appellatur. Est autem literæ F, sive Ph, aspiratæ in tenuem P (præsertim apud Orientales) facilis mutatio, et hæc Arabibus ignota. Sic Palæstini Latinis Græcisque, qui in Sacris Literis sunt Philistini.

viribus: Romanis indignantibus, quod victoribus victi ultro inferrent arma: Pœnis, quod superbe avareque crederent imperitatum victis esse. Fama etiam est, Hannibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Hamilcari,[c] ut duceretur in Hispaniam, cum, perfecto Africo bello,[d] exercitum eo trajecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris[e] jure jurando adactum, se, cum primum posset, hostem fore populo Romano. Angebant ingentis spiritus virum[f] Sicilia Sardiniaque amissæ:[g] nam et Siciliam nimis celeri desperatione rerum[4] concessam, et Sardiniam inter motum Africæ[a] fraude Romanorum,[h] stipendio etiam insuper imposito,[5] interceptam.

[a] *Eo tempore quo Africa in motu erat, et bello agitabatur.*

cap. 50. pr.' *Rupert.*—3 *Periculo* Gronov. Doujat. Crevier.—4 Vet. lib. apud Sigon. *rerum desperatione.*—5 *Superimposito* Gronov. Doujat. Crevier.

NOTÆ

[c] *Patri Hamilcari*] Hic Hannibalis pater, Magonis (qui, post captas Syracusas præter arcem, Timoleontis adventu pulsus Sicilia, ob res minus prospere gestas, manus sibi consciverat) filius, neposve, et frater Hasdrubalis fuit natu minor, cognomento Barcas. Ipse Hamilcar bello Punico primo oram Italiæ vastaverat, remque in Sicilia gesserat: sed ad Ægates insulas victus navali prælio a Lutatio Catulo, ad pacem cum Romanis satis iniquam compulsus est. Gesta ejus habes apud Cornel. Nepotem.

[d] *Perfecto Africo bello*] Carthaginenses, pace cum Romanis composita, externo bello liberati, interno in ipsa Africa laborarunt, a mercenariis militibus, quorum opera usi fuerant, per quinquennium vexati, ex Polyb.

[e] *Tactis sacris*] Aris nimirum. Hic enim vetus mos sacrificantium et jurantium.

[f] *Ingentis spiritus virum*] Hamilcarem.

[g] *Sicilia Sardiniaque amissæ*] Conditionibus quidem pacis abstinere Sardinia Pœni jubebantur: non tamen, nisi triennio post, eam Romanis cesserunt; idque metu belli, nondum satis firmatis opibus, renovandi; cum negotiatores Romanos mari populati esse incusarentur, auctore Zonara. Sed cum nihilominus Sardi anno U. C. 518. defecissent, auctoribus Pœnis, mox subacti sunt ductu T. Manlii: eaque insula prima populi Romani provincia facta est, atque eodem anno clausum, sed brevi postea patefactum, Jani templum. Sicilia universa, nonnisi captis a Marcello Syracusis, redacta est in provinciæ formam.

[h] *Fraude Romanorum*] Videri posset Hamilcaris hæc querela eo niti colore, quasi pacis legibus comprehensum quidem esset, ut insulis abstine-

2. His anxius curis ita se Africo bello, quod fuit sub recentem Romanam pacem, per quinque[6] annos, ita deinde novem annis in Hispania augendo Punico imperio gessit, ut appareret, majus eum,[7] quam quod gereret, agitare in animo bellum, et, si diutius vixisset, Hamilcare duce Pœnos arma Italiæ illaturos fuisse, quæ Hannibalis ductu intulerunt. Mors Hamilcaris peropportuna et pueritia Hannibalis distulerunt bellum. Medius Hasdrubal inter patrem et filium octo ferme annos imperium obtinuit, flore ætatis (uti ferunt) primo Hamilcari conciliatus; gener inde ob altam indolem provecto annis[8] ascitus, et, quia gener erat, factionis Barcinæ[k] opibus, quæ apud milites plebemque plus quam modicæ erant, haud sane voluntate principum, imperio potitus.[9] Is, plura consilio, quam vi, gerens, hospitiis[10] regulorum[l] magis, conciliandisque per

6 Malit Sigon. *quatuor*.—7 Vet. lib. ap. Sigon. *ut appareret omnibus majus eum*.—8 ' Ita ex emend. Lips. *profecto, profectu*, et *profectus* in Mss. et edd. antt. *provectus* vel *provectior annis* (Hasdrubal, scil. cum flos ætatis, quo Hamilcari conciliatus fuerat exoletus, procedentibus annis jam defloruisset) conj. Klock. et Duk.' *Rupert.* ' *Provecto annis ascitus.* Ita dedi cum Gronov. et Drak. e conjectura Lipsii: at in Mss. est *profecto* vel *profectu animi;* in nonnullis vero *profecto annis;* et in edd. *profectus animi*, ita ut constanter teneatur τὸ *f*. Quare in *profecto* latere aliud puto, et forsan duas voces.'

NOTÆ

rent Pœni, non ut Romani eas sibi haberent. Verum queri potius videtur, quod datis a Lutatio Romano duce conditionibus non stetissent Romani, sed Siciliæ alias addidissent insulas, inque his Sardiniam.

[i] *Stipendio etiam insuper imposito* [*superimposito*] Flor. *insuper imposito*, id est, imposito ultra summam quam stipulatus fuerat Lutatius, præsentium mille talentorum Euboicorum; deinde, in annos viginti, duorum millium ducentorum annuorum, quibus adhuc adjecta a populo Romano mille talenta. Talentum autem Euboicum, sex millium drachmarum, qualium usus in Eubœa insula, tertia parte minus erat talento Attico, nec nisi quatermillenis drachmis Atticis æstimabatur; unde libras Francicas mille sexcentas non multum ex calculo nostro superabat. Mille igitur ejus generis talenta decies sexies centenis librarum Francicarum millibus ferme responderent: *un million six cens mille livres.*

[k] *Factionis Barcinæ*] Ut Romæ perpetua fere inter plebeios et patricios dissidia erant, ita res Carthaginiensis in duas factiones divisa erat, primatum et plebis, quarum hæc Barcina dicebatur, ab hoc, ni fallor, Hamilcare, cognomine Barca.

[l] *Hospitiis regulorum*] Ita Colbert. cod. melior, ut conjiciebat Turneb. Hospitium sane apud Veteres sanctissimæ atque arctissimæ necessitu-

amicitiam principum novis gentibus, quam bello aut armis, rem Carthaginiensem auxit. Ceterum nihilo ei[11] pax tutior[m] fuit. Barbarus eum quidam palam, ob iram interfecti ab eo domini, obtruncavit; comprehensusque ab circumstantibus haud alio, quam si evasisset, vultu, tormentis quoque cum laceraretur, eo fuit habitu oris, ut, superante lætitia dolores, ridentis etiam speciem præbuerit. Cum hoc Hasdrubale, quia miræ artis in solicitandis gentibus imperioque jungendis suo fuerat, fœdus renovaverat populus Romanus, ut finis utriusque imperii esset amnis Iberus,[n] Saguntinisque mediis inter imperia duorum populorum libertas servaretur.

3. In Hasdrubalis locum haud dubia res fuit, quin prærogativam militarem,[b] qua extemplo juvenis Hannibal in prætorium[12] delatus, imperatorque ingenti omnium clamore atque assensu appellatus erat, favor etiam plebis sequeretur. Hunc vixdum puberem[o] Hasdrubal literis ad

[b] *Militum præjudicium, sive suffragium, quo exercitus populo præiverat.*

Stroth.—9 Al. *imperio positus.*—10 In plerisque Mss. est *auspiciis.*—11 'Τὸ *ei* non videtur esse Livii, quia id facile intelligendum omiserat.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

dinis genus fuit. Vulgo legebatur *auspiciis;* quod idem esse posset ac auctoritate.

[m] *Nihilo ei pax tutior*] Displicet Gronovio τὸ *ei:* non caret tamen emphasi; ostendit enim pacem publicam ipsi Hasdrubali tutam non fuisse.

[n] *Amnis Iberus*] Inter Hispaniæ fluvios nobilissimus habitus est Iberus, a quo Græci universam Hispaniam Iberiam appellavere; sive ab Ibero rege fluvius nomen acceperit, sive ab urbe Ibera; quæ, non procul ejus ostio sita, nunc aliis *Flix*, aliis *Tortosa* esse creditur; vulgo *Ebro* vocatur. Oritur in Cantabrorum occidentali tractu, ex Idubeda monte, duobus fontibus, quorum dexter in saltu Aucensi, (*montes d'Oca,*) sinister ad oppidum quod ex re nomen habet, vulgo *Fuentibre:* inde Juliobrigam alluit, et pluribus sensim amnibus crescens, per agrum Calaguritanum Cæsaraugustam petit, et Celsam; unde in Austrum, et mox versus Euronotum fluens, Dertusam præterlabitur, ac mari Mediterraneo infunditur duobus ostiis, facta insula quam Alfaciam vocant, tanta vi ut ad quinquaginta passus medio in mari (quod ab eo mare Ibericum dicitur) dulcis hauriatur. Augetur amnibus ad dextram quidem Salone, ad lævam Agra, Gallico, et Sicori, quem paulo supra auget Cinga.

[o] *Vixdum puberem*] Probat Sigonius ex Cornelio Nepote, in Hanni-

se arcessierat: actaque res etiam in senatu fuerat, Barcinis nitentibus, ut assuesceret militiæ Hannibal, atque in paternas succresceret opes.[13] Hanno, alterius factionis princeps, 'Et æquum postulare videtur,' inquit, 'Hasdrubal; et ego [14] tamen non censeo, quod petit, tribuendum.' Cum admiratione tam ancipitis sententiæ in se omnes convertisset, 'Florem ætatis,' inquit, 'Hasdrubal, quem ipse patri Hannibalis fruendum præbuit, justo jure eum a filio repeti censet. Nos tamen minime decet, juventutem nostram pro militari rudimento assuefacere libidini prætorum. An hoc timemus, ne Hamilcaris filius nimis sero imperia immodica et regni paterni speciem videat?[15p] et, cujus regis genero hæreditarii sint relicti[16] exercitus nostri, ejus filio parum mature serviamus? Ego, istum juvenem domi tenendum, sub legibus, sub magistratibus docendum vivere æquo jure cum ceteris, censeo: ne quandoque parvus hic ignis incendium ingens exsuscitet.'

4. Pauci ac ferme optimus quisque Hannoni assentiebantur: sed (ut plerumque fit) major pars meliorem vicit. Missus Hannibal in Hispaniam[q] primo statim adventu

12 Olim legebatur *intra prætorium*.—13 '*In paternas succresceret opes;* id aliis legi pro vulg. *succederet*, notatum in marg. Ms. Flor. idque etiam probarunt Gron. et Bauer. Is jam bene monuit, nondum *succedere* Hannibalem patri debuisse, sed *crescere* atque educari in spem paternæ potentiæ, non potestatis et muneris, sed *opum* auctoritatisque.' *Rupert.*—14 '*Et æquum... et ego.* Nisi *et* primo loco sit, *ex una parte;* et secundo, *ex altera parte;* vim geminatæ particulæ *et et* me non assequi in hoc loco ingenue fateor. Deest vocula *et* ante *æquum*, teste Drakenborchio, in Rec. eamque delendam esse ascriptis notis indicat librarius Lov. 2. Sed delendum fortasse *et* ante *ego*, et locus sic constituendus: *Etsi æquum... ego tamen....* vel *at ego* pro *et ego* legendum, ita ut *et* ante *æquum* jam sit, profecto, ac sane; in qua significatione τὸ *et* ab initio enuntiationis nonnunquam poni solet.' *Doering.*—15 Legit Tan. Faber *induat.*—16 Scribendum monet J. F. Gronov. *sunt relicti.*

NOTÆ

balis vita, et ex numero annorum, qui colliguntur ab Hamilcaris in Hispaniam transitu, Hannibalem duos et viginti annos natum fuisse, cum primum in eam regionem venit.

p *Regni paterni speciem videat*] An igitur rex Hamilcar? immo dux tantum belli, et imperator exercitus: sed horum tanta potestas est, ut non abs re Hanno, cui ejusmodi imperia vocare ad invidiam animus erat, regni et regis nominibus abutatur.

q *In Hispaniam*] Extrema Occidentem versus Europæ regio Hispania

omnem exercitum in se convertit. Hamilcarem juvenem[17] redditum sibi veteres milites credere; eundem vigorem in vultu, vimque in oculis, habitum oris lineamentaque intueri. Dein brevi effecit, ut pater[18] in se minimum momentum ad favorem conciliandum esset.[c] Nunquam ingenium idem ad res diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit. Itaque haud facile discerneres,[19] utrum imperatori, an exercitui, carior esset: neque Hasdrubal alium quenquam præficere malle,[r] ubi quid fortiter ac strenue agendum esset: neque milites alio duce plus confidere,[d] aut audere. Plurimum audaciæ ad pericula capessenda, plurimum consilii inter ipsa pericula erat. Nullo labore aut corpus fatigari, aut animus vinci poterat. Caloris ac frigoris patientia par: cibi potionisque desiderio naturali, non voluptate, modus finitus.[e] Vigiliarum somnique nec die, nec nocte discriminata tempora. Id, quod gerendis rebus superesset, quieti datum: ea neque molli strato, neque silentio arcessita. Multi sæpe militari sagulo opertum, humi

[c] *Intra breve tempus conciliata per seipsum exercitus benevolentia, consecutus est ut ea in re parum deinde haberet ponderis memoria patris.*

[d] *Nec plus confidentiæ habebant sub alio ductore.*

[e] *Cibo et potui mensuram ponebat, non ex epulandi voluptate, sed ex sola necessitate satisfaciendi naturæ.*

17 *Viventem* Edd. ante Drak.—18 ‘ *Patri* quidam pro *pater*. Neutrum sat bonum: hoc tamen magis placet. Sed aut *faceret* pro *esset* Latinum erat, aut *minimi momenti*.’ Bauer.—19 ‘ Rectius, opinor, ex emend. Gronov. et

NOTÆ

Pyrenæis montibus dividitur a Gallia: reliqua latera mare tum externum, tum internum alluit. Eo tempore Ibero flumine in duas partes dividebatur, quarum citerior Romanis, ulterior Carthaginiensibus addicta. Sic tamen ut Saguntini, qui ultra Iberum, liberi ac sui juris essent, ob Romanorum societatem. Postquam, victis Carthaginiensibus, tota fere regio in Romanorum ditionem cessit; citerior, sub unius Provinciæ Tarraconensis nomine, longe ultra Iberum prolatis finibus, ad Galleciam usque et Oceanum Atlanticum porrecta est; ulteriore, quæ initio longe amplior, angustioribus finibus coarctata, licet in duas Provincias, Bæticam et Lusitaniam, divisa. Nomen hodieque servat Gall, *Espagne:* paretque maxima ex parte Regi Catholico; extrema, ad occasum et partim ad meridiem, Portugalliæ regi subjecta sunt.

[r] *Præficere malle*] Intellige, militaribus expeditionibus.

jacentem inter custodias stationesque militum, conspexerunt. Vestitus nihil inter æquales excellens: arma atque equi conspiciebantur.[f] Equitum peditumque idem longe primus erat. Princeps in prælium ibat;[20] ultimus conserto prælio[1] excedebat. Has tantas viri virtutes ingentia vitia æquabant; inhumana crudelitas, perfidia plus quam Punica,[s] nihil veri, nihil sancti, nullus Deum metus, nullum jus jurandum, nulla religio. Cum hac indole virtutum atque vitiorum triennio sub Hasdrubale imperatore meruit, nulla re, quæ agenda videndaque[2] magno futuro duci esset, prætermissa.

5. Ceterum ex quo die dux est declaratus, velut Italia ei provincia decreta, bellumque Romanum mandatum esset, nihil prolatandum ratus, ne se quoque, ut patrem Hamilcarem, deinde Hasdrubalem, cunctantem casus aliquis opprimeret, Saguntinis inferre bellum statuit. Quibus oppugnandis quia haud dubie Romana arma movebantur,[g] in Olcadum fines[t] prius (ultra Iberum ea gens in parte magis, quam in ditione, Carthaginiensium erat) induxit exercitum, ut non petisse Saguntinos, sed rerum serie,[u] finitimis domitis gentibus, jungendoque,[3][x] tractus ad id bellum videri

[f] *Conspicui erant.*
[g] *Quia Saguntinos aggrediendo provocabat sine dubio arma Romanorum.*

Drak. *decerneres.*' Rupert.—20 Al. *Princeps prælium inibat.*—1 Vet. lib. apud Sigon. *confecto prælio.*—2 In quibusdam legitur, *audendaque.*
3 *Jungendisque* malebat Sigon. e vet. lib. *vincendoque* J. F. Gronov. *jun-*

NOTÆ

[s] *Perfidia plus quam Punica*] 'Fides Punica' in proverbium apud Romanos abierat, a quibus fracti sæpius fœderis arguebantur Pœni. Ei confirmandæ opinioni sufficiunt exempla Xanthippi Lacedæmonii, apud Appian. et Zon. itemque militum mercenariorum qui male ab illis habiti, apud Livium XXVIII. 12.

[t] *In Olcadum fines*] Hos Hispaniæ populos Livius, post Polybium lib. III. ad fretum Gaditanum ponit, ubi postea Bastuli Pœni ex parte; apud hos enim fuit Carteia, olim Tartessus; nunc *Algezira*, in Andaluzia Australi.

[u] *Rerum serie*] An hunc colorem Hannibal quæsiverit, viderint quibus notum intercedens inter Carteiam et Saguntum terrarum spatium. Si quis hic conjecturæ locus, id nunc quæsivisse potius Hannibalem suspicarer, ut fauces Mediterranei maris occuparet.

posset. Carteiam,[4] urbem opulentam, caput gentis ejus, expugnat diripitque. Quo metu perculsæ minores civitates, stipendio imposito, imperium accepere. Victor exercitus opulentusque præda Carthaginem novam[y] in hyberna est deductus. Ibi large partiendo prædam, stipendio præterito[5] cum fide exsolvendo, cunctis civium sociorumque[6] animis in se firmatis, vere primo in Vaccæos[z] promotum bellum. Hermandica[a] et Arbocala,[b] Carteiorum urbes,[7] vi captæ. Arbocala et virtute et multitudine oppidanorum

gendo, tractus Franc. Sanctius; *quandoque* Tan. Faber.—4 Pro *Carteiam Althæam* legendum censent viri docti.—5 Olim legebatur *stipendia præterita.* Ms. Flor. *stipendioque præterito.*—6 Ed. vet. apud Sigon. *civium suorum, sociorumque.*—7 ' *Hermandica et Arbocala* (al. *Arbacala*) *Carteiorum urbes:* ex Polyb. III. 14. reponendum: *Elmantica* s. *Helmantica et Arbucala, Vaccæorum,*

NOTÆ

[x] *Jungendoque*] Aut subintelligendum est, proxima quæque; aut cum Sigonio legendum *vincendoque:* quasi nimirum ipso victoriarum cursu, et velut invitante fortuna, ad id fuerit impulsus.

[y] *Carthaginem novam*] Duæ fuere in Hispania urbes Carthaginis nomine, a Pœnis conditæ: altera vetus in finibus Ilercaonum, ad confluentes fere Sicoris et Iberi, ubi nunc *Mequinença,* vel, ut alii censent, *Cantaveia;* (qui duo sunt vici non admodum inter se dissiti, in Aragoniæ et Cataloniæ confinio;) altera portu nobilis, ab Hasdrubale condita, ad sinum Virgitanum, in Contestanorum finibus. Hæc Carthago Nova et Spartaria dicta est, a sparto, cujus magna copia in vicina regione; quæ metallis quoque abundabat. Primaria fuit Carthaginiensium in Hispania sedes, ut Romanorum Tarraco, Scipionum opus: hodie *Cartagena* vocatur, in regno Murciæ.

[z] *In Vaccæos*] Procul a Carteia, nec multo propius a Sagunto, positi fuere Vaccæi populi, Hispaniæ tunc quidem ulterioris, (utpote longe ultra Iberum,) postea tamen Tarraconensi contributi, et conventui Cluniensi: ad utramque fuere Durii fluminis ripam, ubi nunc pars regni Legionensis, et Castellæ veteris ea regio quam Campestrem vocant.

[a] *Hermandica*] Hoc oppidi Hispanici nomen descripsit ex Polybio Noster. Ubi illud fuerit, divinationis res est. Errorem hic suspicor intervenisse, quod in propriis nominibus facile contingit: legendum forte *Sentica,* quod solum ex Vaccæorum oppidis nonnullam habere videtur cum Hermandica affinitatem; crediturque fuisse ubi nunc *Alba de Tormes.* Turneb. XIII. legit *Helmandica,* et Salmanticam interpretatur, studiis nobilem: cui facile adhæserim, nisi hæc Vectonibus tribueretur a Ptol. non Vaccæis.

[b] *Arbocala*] Non multo magis notus est hujus Vaccæorum urbis situs. Sanso post alios conjicit eandem fuisse cum hodierna *Avila:* paulo tamen magis ad vocabulum accedit *Arevalo,* in veteri Castella.

diu defensa. Ab Hermandica profugi, exulibus Olcadum, priore æstate domitæ gentis, cum se junxissent, concitant Carpetanos:[c] adortique Hannibalem, regressum ex Vaccæis, haud procul Tago flumine[d] agmen grave præda turbavere. Hannibal prælio abstinuit; castrisque super ripam positis, cum prima quies silentiumque ab hostibus fuit, amnem[8] vado trajecit: valloque ita producto, ut locum ad transgrediendum hostes haberent, invadere eos transeuntes statuit. Equitibus præcepit, ut, cum ingressos aquam viderent, adorirentur. Peditum agmen in ripa, elephantos ante quadraginta disposuit.[9] Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vaccæorumque centum millia fuere; invicta acies, si æquo dimicaretur campo. Itaque et ingenio feroces, et multitudine freti, et, quod metu cessisse credebant hostem, id morari victoriam rati, quod interesset amnis, clamore sublato, passim sine ullius imperio, qua cuique proximum est, in amnem ruunt. Et ex parte altera ripæ vis ingens equitum in flumen immissa, medioque alveo haudquaquam pari certamine concursum, quippe ubi pedes instabilis, ac vix vado fidens, vel ab[10] inermi equite, equo temere acto, perverti posset; eques, corpore armisque li-

vel *horum* s. *eorum urbes.*' Rupert.—8 Al. *agmen.*—9 ' *Elephantos ante* (sc. pedites) *XL. disposuit:* in plerisque Mss. *autem* pro *ante*, et in Flor. *elephantos* (*XL. autem erant*) *disponit*, prob. Gron. *ad XL.* conj. Sigon. Ita et Polyb. III. 14. qui omnino ad totum hoc caput conferendus est.' *Rupert.* Vid. Not.

NOTÆ

[c] *Concitant Carpetanos*] In Meditullio ferme Hispaniæ fuerunt Carpetani, ad utramque Tagi ripam; quorum caput Toletum, a Romanis deinde Tarraconensi Provinciæ, ac, post hujus tripertitam divisionem, Carthaginensi contributi: pars hodie Castellæ novæ, quæ vulgo *reyno de Toledo.*

[d] *Haud procul Tago flumine*] Nobilissimus Hispaniæ post Iberum fluvius est Tagus, qui ex Idubeda monte, quem eo tractu vocant hodie *Sierra de Albarazin*, non procul fontibus Sucronis ac Duriæ, oritur; et salutatis Toleto atque inde Augustobriga, et Norba Cæsarea, Vettonum oppido, mediam fere Lusitaniam secat, ubi Scalabim alluit, ac sub Olysippone in Oceanum Atlanticum effunditur inter duo promontoria, Magnum, sive Lunæ, et Barbarium. Dicitur aureas arenas volvere, et equas circa ripam suam alere pernicissimas, quas ideo vento gravidas fieri volunt. Castellanis vulgo *Taio*, Portugallis *Teio*, nobis *le Tage.*

ber, equo vel per medios gurgites stabili, cominus eminusque rem gereret. Pars magna flumine absumta: quidam, vorticoso amni delati in hostes, ab elephantis obtriti sunt: postremi, quibus[11] regressus in suam ripam tutior fuit, ex varia trepidatione cum in unum colligerentur, priusquam ex tanto pavore reciperent animos, Hannibal, agmine quadrato amnem ingressus, fugam ex ripa fecit; vastatisque agris, intra[12] paucos dies Carpetanos quoque in deditionem accepit. Et jam omnia trans Iberum, præter Saguntinos, Carthaginiensium erant.

6. Cum Saguntinis[e] bellum nondum erat. Ceterum jam belli causa certamina cum finitimis serebantur, maxime Turdetanis.[f] Quibus cum adesset idem, qui litis erat sator,[h 13] nec certamen juris, sed vim quæri appareret; legati a Saguntinis Romam missi, auxilium ad bellum jam haud dubie imminens orantes. Consules tunc Romæ erant P. Cornelius Scipio et Ti. Sempronius Longus:* qui cum, legatis in senatum introductis, de re publica retulissent, placuissetque mitti legatos in Hispaniam, ad res sociorum inspiciendas, quibus si videretur digna causa, et Hannibali denuntiarent, ut ab Saguntinis, sociis populi Romani, abstineret, et Carthaginem in Africam trajicerent, ac sociorum

[h] *Cum Turdetanis faveret idem Hannibal, qui inter eos et Saguntinos dissidium serebat.*

Var.—10 *Ab* del. Gronov. Doujat.—11 Vet. lib. apud Sigon. *postremis, quibus.*—12 Voss. *inter.*

NOTÆ

[e] *Cum Saguntinis*] Saguntum, sive Saguntus, urbs fuit maritima in finibus Edetanorum, non procul sinu Sucronensi, Valentiæ ad Septemtrionem vicina: putatur a Zacynthi insulæ incolis ortum ac nomen sumsissse. Ejus muri ex cæmentis calce duratis ac luto interlitis erant, ex Strab. quod antiquæ structuræ genus fuit; unde loco hodie nomen *Morvedre*, a muris veteribus.

[f] *Maxime Turdetanis*] Turdetani, quorum caput Hispalis ad Bætim, non satis video quomodo finitimi dici possint Saguntinis, qui ultra Duriam, in extremis ad ortum finibus Edetanorum, habitabant, ut diximus: cum inter utrosque essent Turduli, Bastitani, pars item Contestanorum et Edetanorum, id est, tota regna Granatense ac Murcianum, cum majori parte regni Valentini; interque hæc angulus Castellæ novæ, ubi Villenæ Marchionatus.

* A. U. C. 535.

populi Romani querimonias deferrent: hac[14] legatione decreta, necdum missa, omnium spe celerius Saguntum oppugnari allatum est. Tunc relata ex integro[15] res ad senatum. Alii, provincias consulibus Hispaniam atque Africam decernentes, terra marique rem gerendam censebant: alii totum in Hispaniam Hannibalemque intendebant bellum. Erant, qui non temere movendam rem tantam, expectandosque ex Hispania legatos censerent. Hæc sententia, quæ tutissima videbatur, vicit: legatique eo maturius missi,[g] P. Valerius Flaccus et Q. Bæbius Tamphilus,[16] Saguntum ad Hannibalem, atque inde Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

7. Dum ea Romani parant consultantque, jam Saguntum summa vi oppugnabatur.[h] Civitas ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum quidam generis. Ceterum in tantas brevi creverant opes, seu maritimis, seu terrestribus fructibus, seu

13 Olim legebatur *quos cum adisset idem, q. l. e. s.*—14 ' *Deferrent; hac* cett. Cum verba sequentia, *hac legatione decreta* cett. aperte respondeant antecedentibus, *qui cum...retulissent placuissetque* cett. interpunctionem majorem post *deferrent*, quæ omnes adhuc, quas vidi, editiones obsidet, delendum censui.' *Doering*.—15 ' Al. *de integro*, non male, ut cap. 8. 18. 21. 59. al. sed perperam *delata*.' Rupert.—16 Al. *Pamphilus*.

NOTÆ

g *Legatique eo maturius missi*] Polybius l. VIII. c. 4. missos Roma Legatos refert ante Sagunti obsidionem; aitque respondisse Hannibalem quasi amicum Saguntinorum, et Romanos increpuisse, quod, orta inter Saguntinos dissensione, cum rogati essent legatos ad res componendas Saguntum mittere, quosdam e Principibus civitatis per injuriam interfecissent; quos se ulcisci velle professus sit.

h *Saguntum summa vi oppugnabatur*] Causas hujus oppugnationis has affert Polybius. 1. ut, hac urbe expugnata, gerendi in Hispania belli spes Romanis adimeretur. 2. ut eo terrore Hispanos, jam subactos, in obsequio retineret; liberos in partes traheret. 3. ut hostili post se loco nullo relicto tutius in Italiam transgredi posset. 4. ut ex præda urbis opulentæ et sibi pecuniam ad perficienda incepta necessariam compararet, et parte militibus concessa, eos ad reliqua redderet alacriores, et missis Carthaginem muneribus, animos civium sibi magis ac magis conciliaret.

multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Hannibal, infesto exercitu ingressus fines, pervastatis passim agris, urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cetera circa, vallem vergens. Adversus eum vineas agere[i] instituit, per quas aries mœnibus admoveri posset. Sed ut locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit; ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum operis ventum est, cœptis succedebat. Et turris ingens imminebat: et murus, ut in suspecto loco, supra ceteræ modum altitudinis emunitus erat:[i] et juventus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris[17] ostendebatur, ibi vi majore obsistebant.[18] Ac primo missilibus summovere hostem, nec quicquam satis tutum munientibus pati.[k] Deinde jam non pro mœnibus modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat:[l] quibus tumultuariis certaminibus haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Pœni. Ut vero Hannibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur[m] tragula[k] graviter ictus cecidit; tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset, quin opera ac vineæ desererentur.

8. Obsidio deinde per paucos dies magis, quam oppugnatio, fuit, dum vulnus ducis curaretur. Per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac mu-

[i] *Admodum munitus.*
[k] *Et Saguntini nihil relinquebant tutum hostibus qui munitiones adversus muros struebant.*
[l] *Nec tantum jacula e muris vibrabantur, sed audebant Saguntini, &c.*
[m] *In parte femoris anteriore.*

17 'In quatuor scriptis reperisse memini: *ac timoris.* Et sic Aldina: sic quoque Flor. et Gudianus.' *J. F. Gronov.*—18 Vet. lib. apud Sigon. *obsistebat.*

NOTÆ

[i] *Vineas agere*] Gall. *Faire des galeries pour approcher a couvert, ou autres ouvrages semblables.*

[k] *Tragula*] Genus fuit teli, sive a trajiciendo, sive a trahendo dictum. Fuerunt autem duo tragularum genera: aliæ manu, aliæ tormentis mittebantur, et hæ atrocius sauciabant, et plerumque scutum aut corpus transverberabant.

nitionum nihil cessatum. Itaque acrius de integro obortum[19] est bellum, pluribusque partibus, vix accipientibus quibusdam opera locis,† vineæ cœptæ agi admoverique aries.[1] Abundabat multitudine hominum Pœnus; ad centum enim quinquaginta[20] millia habuisse in armis satis creditur.[1] Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multifariam[2] distineri cœpti sunt. Et non sufficiebant (jam enim feriebantur arietibus) muri, quassatæque multæ[3] partes erant. Una continentibus ruinis nudaverat urbem: tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant: captumque oppidum ea ruina crediderant Pœni; qua, velut si pariter utrosque murus texisset, ita utrimque in pugnam procur-

† *Cum natura locorum nonnisi ægre pateretur, ut munitores opus facerent.*

19 Flor. et Gud. *coortum.*—20 Vet. lib. apud Sigon. *ad centum enim et quinquaginta.*—1 '*Satis creditur,* satis certo, non temere. Voc. *satis* admitterem, si *constat,* non *creditur,* sequeretur: sed et vix unus liber habet.' *Bauer.* 'Habet Ms. Flor. et optimus Crev. illudque *satis* Livio in deliciis fuisse, docent Duk. ad h. l. et Drak. ad XXVI. 51.' *Rupert.*—2 *Multimoda arte* Edd. ante Drak. —3 'In Edd. ante Drak. legitur: *et non sufficiebant: jam e. f. a. muri. Quassatæ quoque multæ* cet. 'Cum præcedat *distineri cœpti sunt,* ego verba *et non sufficiebant* pro glossemate dudum habui. Gron. per parenth. legit. Ineptum sane videtur; nec enim dixeris, muri sufficiebant; nec, si ariete quassati sunt, statim non suffecere. *Sufficere,* si rectum, ad homines utique referendum, qui sane non *sufficiebant,* si non armis tantum pugnabatur, sed et muri quatiebantur. Opponitur ei, quod ante est, *abundabat multitudine.*' Bauer. 'Vulgata distinctio placebat etiam Duk. qui monet, verbum *sufficere* etiam simpl. sic dici, et h. l. spectare ad præc. *ad omnia tuenda atque obeunda.*' Rupert.

NOTÆ

[1] *Admoverique aries*] Nihil aliud fuit aries Veterum quam trabs prægrandis, quæ malum navis assimilabat: solidabatur in capite gravi ferro in arietis formam; unde et nomen. Originem hujus muralis machinæ Plinius ad Græcos et equum Trojanum, Vitruvius ad Tyrios seu Carthaginienses referunt. Fuit autem triplicis generis aries: alius rudis, qualem Vitruvius describit, qui scilicet manibus et lacertis validorum hominum sustinebatur et agebatur: compositus alius, qui ex altera trabe funibus veluti trutina suspensus, majore vi, conatu leviore vibrabatur in muros, multorum manibus: quod exterminatorium instrumentum, ut vocat Paulus Diaconus, vineis plerumque tectum et superne corio munitum erat, ad militum illud impellentium machinæque ipsius tutelam: tertium genus fuit, quod testudinem arietariam vocabant, cum scilicet testudine, quæ rotis agebatur, suspensus ac tectus, illius tanta vis erat, ut nec turres, nec mœnia ulla diu adversus ejus machinæ impetum stare possent.

sum est. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius[n] conseri[4] solent: sed justæ acies, velut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo constiterant. Hinc spes, hinc desperatio animos irritat: Pœno cepisse jam se urbem, si paululum annitatur, credente; Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus, nec ullo pedem referente, ne in relictum a se locum[5] hostem immitteret. Itaque quo acrius et conferti[6] magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur, nullo inter arma corporaque vano intercidente telo. Falarica erat[m] Saguntinis, missile telum hastili abiegno[7][n] et cetera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat. Id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant liniebantque[8] pice. Ferrum autem tres longum[9] habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime, etiamsi hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat, quod, cum medium accensum[o] mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem

[n] *Cum occasio rei gerendæ aut obsessoribus, aut obsessis se offert.*
[o] *Accensum in medio.*

Vid. Not. Var.—4 Sic editi vetusti: quidam *censeri:* Mss. *consciri.*—5 *Relicto a se loco* Edd. ante Drak.—6 *Confertim* iidem.—7 ' *Hastili abiegno* e Ms. Cantabr. recepit Drak. suadente Jac. Gron. In plerisque Mss. et edd. antt. *abligneo,* in aliis *alligato, abligno, ligneo, ligno,* et *iligneo;* (quod placebat Mureto et J. F. Gron. sed displicebat Jac. Gron. quia ligni ejus gravitas inepta missili telo;) in ed. Mogunt. et al. *oblongo,* non inprobb. Lips. et Bauero, si *oblongum* sit prælongum, quia formam describere, haud materiam, videatur Livius, et postea memoret *ferrum tres longum pedes.*' Rupert.—8 *Linebantque* Gronov. Doujat. Crevier. Stroth.—9 ' *In longum* Gronov. all. quam lectionem ab iis profectam bene notavit Jac. Gronov. qui *ferrum* pro nominandi casu acciperent, cum sit accusandi casus, et verbum *habebat* a *Falarica* pendeat.' *Stroth.*

NOTÆ

[m] *Falarica erat*] Dicta est falarica a falis. Sic Veteres loca edita vocarunt, turresque e quibus ferme mitti solitum hoc telum. Species erat hastæ parum a pilo Romanorum abhorrens, nisi quod ea parte, qua ferrum hastili inhærebat, stuppa circumligabatur, et pice ac sulfure oblinebatur, ut cum vulnere incendium spargeret.

[n] *Hastili abiegno* [*oblongo*] In melioribus libris notat Lipsius esse *hastili abiegno.* Longum quidem hic a Livio describitur hoc missile: longitudo tamen non omnibus eadem: nam apud Isidorum falarica cubitalis tantum fuisse dicitur.

ferret, arma omitti cogebat,[o] nudumque militem ad insequentes ictus præbebat.

9. Cum[10] diu anceps fuisset certamen, et Saguntinis, quia præter spem resisterent, crevissent animi, Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset; clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt;[p] inde impeditum trepidantemque exturbant; postremo fusum fugatumque in castra redigunt. Interim ab Roma legatos venisse nuntiatum est. Quibus obviam ad mare missi ab Hannibale, qui dicerent, nec tuto eos adituros inter tot tam efferatarum[11] gentium arma: nec Hannibali, in[12] tanto discrimine rerum, operæ esse legationes audire.[p] Apparebat, non admissos protenus Carthaginem ituros. Literas igitur nuntiosque ad principes factionis Barcinæ præmittit, ut præpararent suorum animos, ne quid pars altera gratificari pro Romanis[13 q] posset.

10. Itaque, præterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Hanno unus adverso senatu causam fœderis,[14] magno silentio propter auctoritatem suam, non assensum audientium,[15 r] egit. ‘Per Deos,

[p] *Non esse operæ pretium, sive non vacare Hannibali.*

10 Add. *ergo* Edd. ante Drak.—11 Conj. Bauer. *inter tot et tam. Effrenatarum* Edd. plerique ante Drak.—12 *In* del. Gronov. Doujat. Crevier.—13 ‘Forte *P. Rom.* h. e. populo Romano, quod conj. Periz. prob. Drak.’ *Rupert.*

14 Olim legebatur *causam fœderis rupti.*—15 ‘*Magno silentio* (cum magnum silentium esset) *propter auctoritatem suam, non* propter *assensum audientium:* ita e conj. Ruben. Elect. I. 18. pro *cum assensu.* Possis et legere *non assensu.*’

NOTÆ

[o] *Arma omitti cogebat*] Pro, adigebat ad abjicienda arma. Vulgaris loquendi forma vocem activam desiderare potius videtur, *omittere cogebat.*

[p] *In ruinas muri expellunt*] Gallice, *Ils repoussèrent les ennemis premièrement jusques sur la brêche, et les en chasserent bientôt dans l'embarras et le désordre où ils étoient.*

[q] *Gratificari pro Romanis*] Gratificari aliquid alicui, Cicero aliique auctores dicunt, pro, ejus gratia aliquid facere: at, gratificari pro aliquo, non alibi me legere memini: nisi subintelligas Saguntinis gratificari, ut *pro Romanis* idem sit ac Romanorum causa.

[r] *Non assensum audientium*] Repete *propter;* vult enim Hannonem magno silentio auditum, non quod astantes,

fœderum arbitros ac testes, monuisse, prædixisse se, ne Hamilcaris[16] progeniem ad exercitum mitterent. Non manes, non stirpem ejus conquiescere viri: nec unquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quietura Romana fœdera.[q] Juvenem flagrantem cupidine regni, viamque unam ad id cernentem, si ex bellis bella serendo succinctus armis legionibusque vivat, velut materiam igni præbentes, ad exercitus misistis. Aluistis ergo hoc incendium, quo nunc ardetis. Saguntum vestri circumsident exercitus, unde arcentur fœdere: mox Carthaginem circumsidebunt Romanæ legiones, ducibus iisdem Diis, per quos priore bello rupta fœdera sunt ulti. Utrum hostem, an vos, an fortunam utriusque populi, ignoratis? Legatos, ab sociis et pro sociis venientes, bonus imperator vester in castra non admisit, jus gentium sustulit. Hi tamen, unde ne hostium quidem legati arcentur, pulsi ad vos veniunt, res ex fœdere repetunt, publica fraus absit,[17] [s] auctorem culpæ et reum criminis deposcunt. Quo lenius agunt, segnius incipiunt; eo, cum cœperint, vereor, ne perseverantius sæviant. Ægates insulas[t] Erycemque[u] ante oculos

[q] *Stabile futurum fœdus Carthaginiensium cum Romanis.*

Rupert. *Non assensu* dat Kreyssigius.—16 ' Vossianus: *ac testis: oratio Hannonis suadentis senatum: obtestantis ne Romanum cum Saguntino suscitarent bellum: monuisse.* Ubi partem esse insiticiam manifestum est. De reliquo ambigo, quia in Florent. legitur: *egit: per Deos fœderum arbitros ac testes obtestans, ne Romanum cum Saguntino suscitarent bellum: monuisse, prædixisse se, ne Hamilcaris, &c.* Vix est, ut hoc non sit Livii.' *J. F. Gronov.*—17 ' Vulgo minor distinctio ponitur post *absit*, et Drak. subplet *si*, Doer. autem *ut*, hoc sensu: ut toti populo parcatur, ne pœna illatæ Romanis injuriæ a toto populo exigatur, unum Hannibalem *deposcunt* ad pœnam ab eo sumendam. Male Ern. non accusetur, nulla ejus mentio fiat. Forte leg. *res ex fœdere repetunt, ac jure poscunt*, (vel *postulant* vel *expectant*,) *ut publica fraus absit.* Hæc vel similia excidisse, probabile fit ex Mss. qui habent *repetunt* vel *repetuntur, de re queruntur*, vel *repuntur* vel *repetuntur, publica f. a.*' Rupert. Vid.

NOTÆ

sive senatores sive plebeii, ei assentirentur, (erant enim plerique factioni Barcinæ addicti,) sed propter ipsius auctoritatem.

[s] *Publica fraus absit*] Deposcunt scilicet legati, ut nihil consilio publico fiat adversus fœdus.

[t] *Ægates insulas*] Ægates, vel potius *Ægades*, tres sunt insulæ contra Lilybæum, Siciliæ promontorium, ac

proponite; quæ terra marique per quatuor et viginti annos passi sitis. Nec puer hic dux erat, sed pater ipse Hamilcar, Mars alter, ut isti volunt. Sed tunc Tarento,[x] id est, Italia,[18] non abstinueramus ex fœdere; sicut nunc Sagunto non abstinemus. Vicerunt ergo Dii hominesque; et, id de quo verbis ambigebatur, uter populus fœdus rupisset, eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit. Carthagini nunc Hannibal vineas turresque admovet: Carthaginis mœnia quatit ariete. Sagunti ruinæ (falsus utinam vates sim) nostris capitibus incident: susceptumque cum Saguntinis bellum habendum cum Romanis est. Dedemus ergo Hannibalem? dicet aliquis. Scio, meam levem esse in eo auctoritatem propter paternas inimicitias. Sed et Hamilcarem eo perisse lætatus sum, quod, si ille viveret, bellum jam cum Romanis haberemus; et hunc juvenem, tanquam furiam facemque hujus belli, odi

Not. Var.—18 ' Sic Mss. plurimos optimosque secuti dedimus. Edd. vett. Gron. et Crev. cum Mss. nonnullis *Sed Tarento tum in Italia.* Drakenb. cum paucis Mss. *Sed Tarento, id est Italia.* Erat enim in fœdere, ut Carthagi-

NOTÆ

Drepanum, ejusdem insulæ urbem maritimam, quarum quæ Lilybæo proxima Ægusa sive Capraria dicebatur, nunc *Favignana:* quæ ex adverso Drepani Phorbantia seu Bucinna, hodie *Levenzo:* quæ his meridionalior et occidentalior, Hiera sive Sacra, ac post Maritima, et hodie *Maretamo.* Inter Hieram et Ægusam commisso navali prælio Lutatius consul Romanus classem Pœnorum vicit, fugato Hannone duce, demersis Pœnorum quinquaginta navibus, captis septuaginta, et cum iis amplius decem millibus hominum, ut Polyb. et Zon. referunt: nam Orosius numerum ab illis proditum auget: atque hoc prælio impositus primo bello Punico finis fuerat: coactusque Hamilcar, antea Pœnorum dux, Sicilia excedere, gravesque pacis leges accipere, anno U. C. 512.

u *Erycemque*] Hoc nomine mons et oppidum fuere in Sicilia: hoc tribus circiter supra Drepanum milliaribus in vertice montis, qui altitudine nulli in tota Sicilia præterquam Ætnæ cedit: ibi fuit opulentissimum templum Veneris Erycinæ, de quo Noster lib. VII. cap. 3. Hunc locum L. Junius consul, quamvis amissa naufragio classe, occupavit duplici præsidio, altero ad radices montis collocato, altero vero in vertice: atque urbs munitissima et situ inexpugnabilis, paulo post Lutatii victoriam, in Romanorum venit potestatem. Mons hodie dicitur, *Monte di Santo Giuliano;* urbs vero *Trapani del Monte.*

x *Tarento*] V. Epit. lib. XIV. et Oros. IV. 3.

ac detestor. Nec dedendum solum id piaculum[19] rupti fœderis; sed, si nemo deposcat, devehendum in ultimas maris terrarumque oras, ablegandumque eo,[20] unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere, neque solicitare quietæ civitatis statum possit. Ego ita censeo, legatos extemplo Romam mittendos, qui senatui satis faciant: alios, qui Hannibali nuntient, ut exercitum ab Sagunto abducat, ipsumque Hannibalem ex fœdere Romanis dedant. Tertiam legationem ad res Saguntinis reddendas decerno.'

11. Cum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit. Adeo prope omnis senatus Hannibalis erat; infestiusque locutum arguebant Hannonem, quam Flaccum Valerium, legatum Romanum. Responsum inde legatis Romanis est, 'Bellum ortum ab Saguntinis, non ab Hannibale esse. Populum Romanum injuste facere, si Saguntinos vetustissimæ Carthaginiensium societati præponat.' Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Hannibal, quia fessum militem præliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, stationibus ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. Interim animos eorum nunc ira in hostes stimulando,[1] nunc spe præmiorum accendit. Ut vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut, si extemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur posse. Saguntini ut a præliis quietem habuerant, nec lacessentes, nec lacessiti per aliquot dies; ita non nocte, non die unquam cessaverant ab opere, ut novum[2] murum ab ea parte, qua patefactum oppidum

nienses Italia abstineant.' *Stroth.*—19 Al. *ad piaculum.* Vid. Not. Var.—20 '*Ablegandumque eo:* oblitus est Liv. addere *censeo;* nisi supplere malis *est:* quod tamen non placet, ac nimis præfracte dictum sit a senatore censente pro virili parte; Bauer. Forte leg. *ablegandumque eo, unde ... possit, equidem censeo; et legatos* cet. ... *unde nec ad nos nomen famaque ejus accedere posset.*' Rupert. 'Alludere videtur ad veteris poëtæ illud sæpius a Cicerone in se accommodatum: 'pervenire aliquo cupio, ubi non Pelopidarum nomen famamque audiam.'' *Stroth.* 'Melius forte *accidere,* quasi aura ventoque allatum auribus accidere: sed et *accedere* pro pervenire, perferri, probetur.' *Bauer.* *Accidere* malebat J. F. Gron.

1 Conj. J. F. Gronov. *stimulanda,* prob. Bauer.—2 'Forte *novum* del.'

ruinis erat, reficerent.[y] Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante, adorta est:[z] nec, qua primum aut potissimum parte ferrent opem, (cum omnia variis clamoribus streperent,) satis scire poterant. Ipse Hannibal, qua turris mobilis,[a] omnia munimenta urbis superans altitudine, agebatur, hortator aderat. Quæ cum admota, catapultis[b] ballistisque[c] per omnia tabulata dispositis, muros defensoribus nudasset; tum Hannibal, occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum[d] ab imo murum mittit. Nec erat difficile opus, quod cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Itaque latius, quam cæderetur, ruebat:[3] perque patentia ruinis agmina armatorum in urbem vadebant. Locum quoque editum capiunt: collatisque eo catapultis ballistisque, ut castellum in ipsa urbe velut arcem imminentem haberent, muro circumdant: et Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt. Utrim-

Rupert.—3 Olim legebatur *Itaque antequam cæderetur, ruebat.*

NOTÆ

[y] *Novum murum . . . reficerent*] Gall. *Ils firent un nouveau retranchement derrière la brêche.*

[z] *Oppugnatio eos aliquanto atrocior . . adorta est*] Hypallage, pro hostes adorti sunt eos atrociori oppugnatione.

[a] *Turris mobilis*] Turres hæ ligneæ ambulatoriæ fiebant subditis arte mechanica rotis, quatuor ut minimum, aut sex, vel etiam pluribus, ut earum lapsu magnitudo tam alta moveretur. Erant autem rotæ latentes et internæ, ne hostium telis exponerentur, qui eas turres propellebant, ac funibus trahebant, aut applicitis etiam jumentis. Quædam adeo altæ ut viginti haberent tabulata sive contignationes, *vingt étages*, et cubitos 120. altitudine sua æquarent: minima altitudo erat sexaginta cubitorum, ac decem tabulata continebant, ex Vitruvio.

[b] *Catapultis*] Catapulta Græcum nomen, derivatum ἀπὸ τῆς πέλτης, quæ vox hastam et jaculum significat. Machina fuit, qua tela et grandiores sagittæ in hostes mittebantur: post Cæsaris tempora etiam pro ballista sumi hoc nomen cœpit.

[c] *Ballistisque*] Differunt a catapultis ballistæ, quod hæ non tela, sed ingentes lapides et saxa jacularentur: a re nomen habent; est enim Græcis βάλλεσθαι idem quod jacere, projicere.

[d] *Cum dolabris ad subruendum, &c.*] Gallice, *Il commanda environ cinq cens Africains, pour aller avec des haches sapper la muraille par le bas; ce qui n'étoit pas fort difficile, parce que le mur n'étoit bâti que de simple moilon enduit de terre au lieu de chaux.*

que summa vi et muniunt, et pugnant: sed, interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt. Simul crescit inopia omnium longa obsidione, et minuitur expectatio externæ opis; cum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent. Paulisper tamen affectos animos recreavit repentina profectio Hannibalis in Oretanos[e] Carpetanosque. Qui duo populi, delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus,[r] metum defectionis cum præbuissent, oppressi celeritate Hannibalis, omiserunt mota arma.

12. Nec Sagunti oppugnatio segnior erat, Maharbale, Himilconis filio, (eum[4] præfecerat Hannibal,) ita impigre rem agente, ut ducem abesse nec cives, nec hostes sentirent. Is et prælia aliquot secunda fecit, et tribus arietibus aliquantulum muri discussit;[5] strataque omnia recentibus ruinis advenienti Hannibali ostendit.[s] Itaque ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus, atroxque prælium cum multorum utrimque cæde initum, et pars arcis capta est. Tentata deinde per duos est exigua pacis spes, Alconem Saguntinum et Alorcum Hispanum. Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, cum ad Hannibalem noctu transisset, postquam nihil lacrymæ movebant conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit; moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Postula-

[r] *Cum eos, qui delectum apud eos agebant; et milites conscribebant, retinuissent.*
[s] *Et ostendit Hannibali reduci illam omnem muri partem, quæ prostrata et dejecta fuerat.*

4 *Quem* Gronov. Doujat. Crevier. all. signis parentheseos omissis.—5 *Aliquantum* Crevier. Froben. all. [t] *Arietibus aliquantulum muri discussit,* ut *decussit* XXXII. 17. XXXIII. 17. XXXVII. 6. XLII. 20. quod et h. l. placuit Drak. non

NOTÆ

[e] *Oretanos*] Ab Oreto oppido ad Anam fluvium, (hodie Morali *Calatrava*, Sansoni, *nuestra Señora del Oreto*,) dicti sunt Oretani populi Hispaniæ, quæ post Tarraconensis dicta, finitimi Lusitaniæ et Bæticæ; Argentario monte, qui nunc *Sierra de Alcaras:* divisa a Bastitanis, in meridionali Castellæ novæ parte, ubi hodie tractus quos vulgo *La Mancha,* (ubi *Ciudad real*) *Campo de Calatrava,* et *Campo de Montiel* vocant.

batur autem, redderent res Turdetanis,[f] traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis ibi habitarent, ubi Pœnus jussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus, vinci animos, ubi alia[6] vincantur,[g] affirmans, se pacis ejus interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Hannibalis; ceterum publice Saguntinis amicus atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium, transgressus munimenta, ad prætorem Saguntinum (et ipse ita jubebat)[h] est deductus. Quo cum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus; summota cetera multitudine, senatus Alorco datus est: cujus talis oratio fuit:

13. 'Si civis vester Alcon, sicut ad pacem petendam ad Hannibalem venit, ita pacis conditiones ab Hannibale ad vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter, quo nec orator Hannibalis, nec transfuga ad[7] vos venissem. Cum ille, aut vestra, aut sua culpa, manserit apud hostem, (si metum simulavit, sua; vestra, si periculum est apud vos vera referentibus,) ego, ne ignoraretis,[8] esse aliquas et salutis et pacis vobis conditiones, pro vetusto hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra autem causa

vero Dukero ad XXXII. 17.' *Rupert.*—6 Conj. J. F. Gronov. *arma.*

7 'Præstans ille Cantabr. *nec transfugasset ad.* Apparet fuisse, *nec transfuga sic ad vos venissem.* Deinde Mss. *Cum ille,* non *Cum vero ille.* Itaque adversativam delevimus, sed præeunte patris manu.' *Jac. Gronov.*—8 Al. *ne*

NOTÆ

[f] *Turdetanis*] Nisi Saguntini Turdetanos mari dicantur aggressi, atque in eos piraticam exercuisse; non facile video qua ratione res eorum rapere potuerint in tanto regionum intervallo, interjectis scilicet cum Turdulorum parte Bastitanis et majori parte Edetanorum. Vel dicendum est his temporibus ad Bætis fontes, et circa montem Argentarium (ubi a Ptolemæo Bastitani describuntur, id est, ubi nunc est Castellæ novæ pars australis cum parte regni Murciæ) habitasse Turdetanos; inde, tractu temporis, ad occidentem, et Bætis ostia migrasse.

[g] *Ubi alia vincantur*] Quærit hic Gronovius, quæ alia? Responsio non longe arcessenda videtur, nempe muri, munimenta, arces; quæ ubi in hostium potestate sunt, franguntur haud dubie defensorum animi. Non igitur opus pro voce *alia* scribi nomen *arma*, quæ nec facile vinci quis dixerit, sed armatos.

[h] *Et ipse ita jubebat*] Dux nempe Saguntinorum.

me, nec ullius alterius, loqui, quæ loquor apud vos, vel ea fides sit,[t] quod, neque dum vestris viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis sperastis, pacis unquam apud vos mentionem feci. Postquam nec ab Romanis vobis ulla spes est, nec vestra jam aut arma vos, aut mœnia satis defendunt; pacem affero ad vos magis necessariam, quam æquam. Cujus ita aliqua spes est, si eam, quemadmodum ut victor fert Hannibal, sic vos ut victi audiatis;[9] si non id, quod amittitur, in damno, (cum omnia victoris sint,) sed, quicquid relinquitur, pro munere habituri estis. Urbem vobis, quam ex magna jam parte dirutam, captam fere totam habet, adimit, agros relinquit, locum assignaturus, in quo novum oppidum ædificetis: aurum argentumque omne, publicum privatumque, ad se jubet deferri: conjugum vestraque corpora ac liberorum[10] vestrorum servat inviolata, si inermes cum binis[11] vestimentis[i] velitis ab Sagunto exire. Hæc victor hostis imperat. Hæc, quanquam sint gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equidem haud despero, cum omnium potestas ei facta sit,[12] aliquid ex his rebus remissurum.[u] Sed vel[13] hæc patienda censeo potius, quam trucidari corpora vestra, rapi trahique ante ora vestra conjuges ac liberos belli jure sinatis.'

[t] *Illud saltem fidem facere debet.*

[u] *Cum ei plenum atque absolutum rerum arbitrium a vobis datum fuerit, fore ut aliquid ex his conditionibus relaxet ac detrahat.*

ignoretis.—9 ' Cum Gron. leg. *audietis:* nam et mox *habituri estis* ab eodem *si* pendet.' *Bauer.*—10 ' Cantabr. *corpora vestra, conjugum ac lib.* Qui ordo decentior est, et ita servatur ab Livio, ut interdum inverti satis agnoscas.' *Jac. Gronov.*—11 *Cum privis* emend. Lips.—12 *A vobis* ante *facta* inserunt edd. antt. *facta erit* vel *potestatem feceritis* malebat J. F. Gronov.—13 *Vel* del. Edd. ante Drak.

NOTÆ

[i] *Cum binis vestimentis*] Non dubitat Lipsius legere, *cum privis vestimentis;* priva enim sunt singula. Et vero superiori capite inter conditiones Alconi Saguntino propositas, illa inprimis refertur, ut Saguntini egrederentur urbe cum singulis vestimentis: nec credibile est aliud Alorcum retulisse, aut Livium sibi ipsi adversari. Sed quidni *cum unis vestimentis* potius quam privis, cum sensus idem sit, et vox *unis* propius accedat ad τὸ *binis?* Certe Cic. sæpius ' unas literas ' dixit, aliquando ' unas tabulas,' et similia.

14. Ad hæc audienda cum, circumfusa paulatim multitudine, permixtum senatui esset populi concilium; repente primores, secessione facta, (priusquam responsum daretur,) argentum aurumque omne, ex publico privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conjicientes, eodem plerique semet ipsi[14] præcipitaverunt. Cum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat: perque ruinam ejus cohors Pœnorum impetu facto cum signum imperatori dedisset, nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem; non cunctandum in tali occasione ratus Hannibal, totis viribus aggressus urbem, momento cepit, signo dato, ut omnes puberes interficerentur. Quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cog itum ipso eventu est.[15] Cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos super se ipsos[16] concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnæ, quam morientes, fecerunt?

15. Captum oppidum[k] est cum ingenti præda. Quanquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, et in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, et captivi militum præda fuerant; tamen et ex pretio[17] rerum venditarum aliquantum pecuniæ redactum esse constat, et multam pretiosam supellectilem[l] vestemque missam Car-

14 'Ita Mss. optimi, non *semet ipsos.*' J. F. Gronov.—15 'Τὸ *cognitum est* respondere nequit τῷ *crudele*, quod requirit *fuit:* Syllepsis figura.' *Bauer. In ipso* Edd. ante Drak.—16 '*Domos super se ipsos concremaverunt;* forte leg. *ipsi.*' Rupert. 'Videtur distinguendum: *domos, super* illas *se ipsos,* i. e. domos et insuper se, seque simul cum domibus, ut VIII. 6. 4. 'legiones hostium superque eas se devovisset,' i. e. et se simul. Ibi tamen etiam notio *propter* una inesse videtur. Alioqui fuerit, ut Germani loquimur: *das Haus über dem Kopfe anzünden.* Mox *morientes* pro *morerentur.* Debebat: nullum finem, nisi morientes.' *Bauer*

NOTÆ

k *Captum oppidum*] Oppugnari cœpit Saguntus, auctore Polybio, anno primo Olympiadis 140. coss. Æmilio et M. Livio; captum anno sequenti, ut ex iis quæ mox Livius refert conjici potest. Fuit hic annus 535. ab U. C. mundi vero ex nostra computatione 3788. ante Christum 216.

l *Pretiosam supellectilem*] Idem Polybius tradit, atque ex ea distributis donis conciliatos primatum Carthaginiensium animos.

thaginem. Octavo mense,[m] quam cœptum oppugnari, captum Saguntum, quidam scripsere: inde Carthaginem novam in hyberna Hannibalem concessisse: quinto deinde mense, quam ab Carthagine profectus sit, in Italiam pervenisse. Quæ si ita sunt, fieri non potuit, ut P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerint, ad quos et principio oppugnationis legati Saguntini missi sint, et qui in suo magistratu cum Hannibale, alter ad Ticinum amnem, ambo aliquanto post ad Trebiam, pugnaverint. Aut omnia breviora aliquanto fuere, aut Saguntum principio anni, quo P. Cornelius, Ti. Sempronius consules fuerunt, non cœptum oppugnari est, sed captum. Nam excessisse pugna ad Trebiam in annum Cn. Servilii et C.[18] Flaminii non potest, quia Flaminius Arimini consulatum iniit, creatus ab Ti. Sempronio consule; qui, post pugnam ad Trebiam ad creandos consules Romam cum venisset, comitiis perfectis ad exercitum in hyberna rediit.

16. Sub idem fere tempus et legati, qui redierant a Carthagine, Romam retulerunt, omnia hostilia esse, et Sagunti excidium nuntiatum est: tantusque simul mœror Patres, misericordiaque sociorum peremtorum indigne, et pudor non lati auxilii, et ira in Carthaginienses, metusque de summa rerum cepit, velut si jam ad portas hostis esset, ut, tot uno tempore motibus animi turbati, trepidarent magis, quam consulerent.[19] Nam neque hostem acriorem bellicosioremque secum congressum; nec rem Romanam tam desidem unquam fuisse atque imbellem.[x] Sardos[n] Corsos-

[x] *Neque cum Romanis certasse fortiores, et bellica virtute præstantiores hostes: nec Romanos unquam adeo inertes et ignavos fuisse aiebant.*

17 *Tamen ex pretio* Doujat. Stroth.—18 C. del. Grut. Gronov. Doujat. Vid. Not. Var.

NOTÆ

[m] *Octavo mense*] Plerisque Veterum cum Livio convenit: adversantur hinc Florus, qui nonnisi nono mense deditam scribit Saguntum; inde Auctor de vir. illustr. qui intra sex menses eversum hoc oppidum narrat; quod probabilius facit ipsius Livii computatio.

[n] *Sardos*] Sardiniæ populos, quæ una ex tribus majoribus circa Italiam

que[o] et Istros[p] atque Illyrios[q] lacessisse magis, quam exercuisse,[r] Romana arma: et cum Gallis tumultuatum verius, quam belligeratum.[y] 20 Pœnum, hostem veteranum, trium et viginti[1] annorum[s] militia durissima inter Hispanas gentes semper victorem, primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale duce acerrimo assuetum,[2] re-

[y] *Levibus tantum prœliis Romanos cum Gallis decertasse, potius quam decretoria pugna.*

19 Vet. lib. apud Sigon. *consultarent.*—20 Olim legebatur *tumultuatum magis quam belligeratum.*—1 Legendum monet Sigon. *XVIII.* vel *duodeviginti.* —2 *Vincere* pro *victorem* conj. J. F. Gronov. et *armis assuetum* Doering.

NOTÆ

insulis; vulgo, *la Sardaigne.* Quam insulam Romani Carthaginiensibus paulo ante eripuerant bello Mercenariorum laborantibus. Nunc Hispanis paret.

[o] *Corsosque*] Incolas Corsicæ insulæ, brevi et periculoso freto a Sardinia divisæ, hodie *la Corsegue*, vel *l'île de Corse;* sub Genuensium est ditione.

[p] *Et Istros*] Istria extrema est Italiæ versus Illyricum regio, ultra sinum Adriaticum. Nomen adhuc servat, partim Austriaticæ, partim Venetæ nunc ditionis. Istros annos 532. subegit P. Cornelius Scipio Asina consul bello illato, quod naves Romanorum deprædati essent.

[q] *Atque Illyrios*] Illyrici nomine plures comprehenduntur regiones; Dalmatia præsertim, quæ adhuc nomen servat; et Liburnia, quæ ferme nunc *Croatia:* sitæ inter Istriam et oram Macedoniæ occidentalem, qua nunc Albania est: quæ regiones partim Venetis, partim Turcis subjectæ sunt. Illyrii, cum U. C. an. 524. jussu Teutæ, quæ Agronis regis uxor fuerat, cæsi ab eis fuissent Coruncanii Romanorum legati, domiti sunt insequenti anno, fere sine prælio: deque his triumphavit Cn. Fulvius Centumalus.

[r] *Lacessisse magis, quam exercuisse*] Inter bellum Punicum primum et secundum Romani cum Faliscis, Gallis, Liguribus, Sardis, Corsis, Illyriis, Istris bellarunt: quorum populorum quatuor postremos non æque debellavere. Sardiniam quidem invaserant jam anno U. C. 494. sed composita pace cum Pœnis, eam quasi neutrarum partium habuerant. Verum anno 515. Pœni sine certamine cesserunt Romanis, bellum minantibus, quod negotiatores suos ab illis mari spoliatos dicerent; et Pœni propter bellum Africum opes suas nondum firmassent. Sardi tamen sæpius arma moverunt: tandem ductu Titi Manlii consulis utcumque accepere imperium anno 518. teste Velleio Paterculo: quanquam et postea sæpius rebellarunt. De Sardis et Corsis primus triumphavit L. Cornelius Scip. an. 494. deinde C. Papirius anno 522.

[s] *Veteranum, trium et viginti annorum*] Intellige de militibus Carthaginiensium, qui in armis fuerant, partim in Africa statim a bello Punico primo, partim in Hispania. Nam, si tempus numeres, quo Hamilcar, Hasdrubal, et Hannibal in Hispania bellum gesserunt, anni tantum erunt duodeviginti, ut Sigonius observat.

centem ab excidio opulentissimæ urbis, Iberum transire: trahere secum tot excitos Hispanorum populos: conciturum avidas semper armorum Gallicas gentes. Cum orbe terrarum[t] bellum gerendum in Italia ac pro mœnibus Romanis esse.

17. Nominatæ jam antea[u] consulibus provinciæ erant; tum sortiri jussi. Cornelio Hispania,[3] Sempronio Africa cum Sicilia evenit. Sex in eum annum decretæ legiones, et socium quantum ipsis videretur, et classis quanta parari posset. Quatuor et viginti peditum Romanorum millia[x] sunt scripta, et mille octingenti equites: sociorum quadraginta millia[y] peditum, quatuor millia et quadringenti equites: naves[4] ducentæ viginti quinqueremes,[z] celoces[a] viginti deductæ. Latum inde ad populum, 'vellent, juberent, populo Carthaginiensi bellum indici.' Ejusque belli causa supplicatio per Urbem habita, atque adorati Dii, ut bene ac feliciter eveniret, quod bellum populus Romanus jussisset. Inter consules ita copiæ divisæ: Sempronio

---

' *Primum Hamilcare, deinde Hasdrubale, nunc Hannibale.* Horum omnium nec vola nec vestigium in Flor. Voss. Gud. Men. membranis.' *J. F. Gronov.*

3 ' Suspicor Livium fecisse, *erant: tum sortiri jussis, Cornelio Hispania, &c.*' J. F. Gronov.—4 *Quadraginta quatuor peditum et quatuor equitum millia: naves, &c.* Edd. vett. Gronov. Doujat. *Quadraginta millia peditum, et quatuor millia*

NOTÆ

t *Cum orbe terrarum*] Cum præcipuis scilicet Africæ et Europæ vicinæ populis. Pœni, quippe Afri, Hispanorum et Gallorum (qui citra et ultra Alpes) viribus subnixi erant.

u *Nominatæ jam antea*] Decernebat primum Senatus, quibus in provinciis res gerendæ a consulibus essent: deinde in qua quisque provincia imperaret, ipsi consules vel inter se comparabant, et mutuo consensu conveniebant, vel sorti rem committebant, ut nunc Cornelius et Sempronius.

x *Quatuor et viginti peditum Romanorum millia*] Justus numerus legionum sex.

y *Sociorum quadraginta millia* [*quatuor*] Sociorum peditatus plerumque numero par Romanis peditibus, quandoque superior, ut nunc; equitatus duplo saltem major, auctore Polybio, fuit: sæpe tamen eum numerum excessit, uti hoc anno.

z *Quinqueremes*] Sunt longæ naves quinque ordinibus remorum instructæ, sive in longum, sive in altum. Res enim satis dubia.

a *Celoces*] A celeritate nomen habere creditur hoc brevioris navigii genus, quod uno remorum ordine impellebatur, Rhodiorum inventum.

datæ legiones duæ, (eæ quaterna millia erant[b] peditum et treceni[5] equites,) et[6] sociorum sexdecim millia peditum, equites mille octingenti: naves longæ centum sexaginta, celoces duodecim. Cum his terrestribus maritimisque copiis Ti. Sempronius missus in Siciliam; ita in Africam transmissurus, si ad arcendum Italia Pœnum consul alter satis esset. Cornelio minus copiarum datum, quia L. Manlius prætor et ipse cum haud invalido præsidio in Galliam mittebatur. Navium maxime Cornelio numerus deminutus. Sexaginta quinqueremes datæ, (neque enim mari venturum, aut ea parte belli[z] [7] dimicaturum hostem credebant,) et duæ Romanæ legiones cum suo justo equitatu et quatuordecim millibus sociorum peditum, equitibus mille sexcentis.[8] Duas legiones[c] Romanas et decem[9] millia sociorum peditum, mille equites socios, sexcentos Romanos Gallia provincia eodem anno[10] versa in Punicum bellum habuit.

18. His ita comparatis, ut omnia justa ante bellum fierent,[a] legatos majores natu, Q. Fabium, M. Livium, L. Æmilium, C. Licinium, Q. Bæbium, in Africam mittunt ad

[z] *Eo belli genere, nempe maritimo.*
[a] *Ut peragerentur quæcumque requirebantur, ut bellum juste indici posset.*

quadringenti equites Crevier.—5 ' Id ex emend. Drak. reposui pro *ea* et *trecenti.*' Rupert.—6 *Et* abest ab Ald. et seqq. Edd. usque ad Drak.—7 ' Aliquot libri veteres non habent vocem *belli*, nec necessaria ea est.' *Sigon.*—8 *Ducentis* Gronov. all.—9 *Quatuordecim* Gron. all. *Romanos, et quadringentos quinquaginta sociorum* vett. Edd.—10 Voc. *anno* abest ab omnibus Mss. et antt. Edd. Scribendum monet J. F. Gronov. *Gallia p. nondum versa in P. b. h.* i. e. priusquam eo adducerent ambo coss. copias suas Pœnis opponendas.

NOTÆ

[b] *Eæ [ea] quaterna millia erant*] Hic justus erat numerus legionis unius, qui duabus ascribitur: unde Gronovius scribendum censet *eæ* (nimirum legiones singulæ) quaterna millia peditum habebant, &c. sed ita legi posset: *eæ quaternum millium erant peditum, et trecentorum equitum.* Facile autem in casu errari potuit, siquidem numeri per notas plerumque scribebantur.

[c] *Duas legiones*] Describitur Manlii prætoris exercitus, qui missus in Galliam Cispadanam, *dans la Lombardie de deça le Po*, ut aditu Italiæ arceret Hannibalem. Ea enim prima Italiæ regio Hannibali ex Hispania per Transalpinam Galliam venienti occurrebat.

percunctandos Carthaginienses, publicone consilio Hannibal Saguntum oppugnasset; et si, id quod facturi videbantur, faterentur, ac defenderent publico consilio factum, ut indicerent populo Carthaginiensi bellum. Romani postquam Carthaginem venerunt, cum[11] senatus datus esset, et Q. Fabius nihil ultra, quam unum, quod mandatum erat, percunctatus esset; tum ex Carthaginiensibus unus: 'Præceps vestra, Romani,[d] et prior[12] legatio fuit, cum Hannibalem, tanquam suo consilio Saguntum oppugnantem deposcebatis: ceterum hæc legatio verbis adhuc lenior est, re asperior. Tunc enim Hannibal et insimulabatur, et deposcebatur. Nunc ab nobis et confessio culpæ exprimitur: et, ut a confessis, res extemplo repetuntur.[e] Ego autem non, privato publicone consilio Saguntum oppugnatum sit, quærendum censeam;[13] sed utrum jure, an injuria. Nostra enim hæc quæstio atque animadversio in civem nostrum est; nostro, an suo fecerit arbitrio. Vobiscum una disceptatio est, licueritne per fœdus fieri. Itaque quoniam discerni placet, quid publico consilio, quid sua sponte imperatores faciant; nobis vobiscum fœdus est a Lutatio consule ictum:[f] in quo cum caveretur[14] utrorumque so-

11 'Cum Bauero leg. *Romanis, p. C. v. cum, &c.*' Rupert.—12 *Tum ex Carthaginiensibus unus princeps: Vana, Romani, inquit, et prior* Gronov. edd. antt. *T. e. C. unus, præceps, Romani, inquit, et prior* Doujat.—13 Al. *quærendum censeo.*

NOTÆ

[d] *Ex Carthaginiensibus unus, Præceps vestra, Romani* [*præceps Romani*] Ita meliores codices, et antiquissimæ editiones: alii minus recte *ex Carthaginiensibus unus princeps, vana Romani, inquit;* sed *præceps* magis convenit priori Romanorum legationi quam *vana:* nam *præceps* temerariam et inconsideratam significat; quod vitium indicat Romanorum eam mittentium: at *vana* pro inutili accipi potest, quod culpæ Carthaginiensium assignari nihil vetat.

[e] *Res extemplo repetuntur*] Hæc respondent voci *præceps.* Verbis quidem Fabius non expresserat se ad res repetendas venisse: verum hoc sequebatur ex interrogatione, an consilio publico Saguntum oppugnatum esset.

[f] *Fœdus est a Lutatio consule ictum*] Fœdera inter Romanos et Pœnos inita a pulsis regibus ad hæc usque tempora memorat Polybius lib. III. cap. 5. quæ fœdera tabulis æneis inscripta diligenter in templo Jovis Capitolini custodiebantur adhuc tempore Polybii. Quartum fœ-

ciis, nihil de Saguntinis (nec dum enim erant socii vestri) cautum est. At enim eo fœdere, quod cum Hasdrubale ictum est, Saguntini excipiuntur. Adversus quod nihil ego dicturus sum, nisi quod a vobis didici. Vos enim, quod C. Lutatius consul primo nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, nec populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri. Itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. Si vos non tenent vestra fœdera, nisi ex auctoritate aut jussu vestro icta;[15] ne nos quidem Hasdrubalis fœdus, quod nobis insciis icit, obligare potuit. Proinde omittite Sagunti atque Iberi mentionem facere, et, quod diu[16] parturit animus vester, aliquando pariat.' Tum Romanus, sinu ex toga facto,[b g] 'Hic,' inquit, 'vobis bellum et pacem portamus; utrum placet, sumite.' Sub hanc vocem haud minus ferociter, 'daret, utrum vellet,'[h] succlamatum est. Et cum is iterum sinu ef-

[b] *Extremis togæ oris ita collectis, ut sinus sive cavitas fieret.*

—14 *In quo cavetur* Edd. ante Drak.—15 Olim legebatur *nisi ex auctoritate*

NOTÆ

dus inter Lutatium et Hamilcarem initum primo bello Punico finem imposuit anno U. C. 512. Convenerat autem ut universa Sicilia Pœni excederent, bellum cum Hierone et Syracusanis sociisque eorum ne gererent, captivos sine pretio, itemque transfugas, confestim redderent; socii utriusque populi ab utroque tuti forent; neutri in alterius ditione imperandi publiceve inædificandi, militisve inde condicendi jus esset; neque alterius populi socios alter in societatem admitteret: idque præter pecuniam vicenis pensionibus annuis pendendam additum fuerat: hæc ita rata fore, si populus Romanus jussisset. Adjicit Livius hujus libri cap. 41. ut præsidium Pœnorum ab Eryce emitteretur, solutis in singula capita denariis octodecim: sed populus Romanus conditiones his duriores Carthaginiensibus imposuit, teste Zonara et Auctore de vir. illustr. quibus adhuc graviores adjectæ, ardente bello Africano, de quo cap. 1. et 2. Ultimo fœdere, quod in Hispania cum Hasdrubale ictum fuerat, cavebatur ne liceret Carthaginiensibus Iberum flumen transire. Hinc apparet non stetisse Romanos conditionibus fœderis a C. Lutatio consule cum Hamilcare initi; quasi non populi jussu ictum ab eo esset; nec immerito eodem jure Pœnos uti potuisse circa fœdus Hasdrubalis, siquidem injussu eorum ictum erat. Nisi quod in illo nominatim cautum fuerat, ne ratum esset nisi probante Senatu populoque Romano; in hoc simile nihil in gratiam Carthaginiensium additum fuisse Livius affirmat.

[g] *Sinu ex toga facto*] Quod hic Livius noster *sinum*, Florus 'togæ gremium' vocat.

[h] *Daret, utrum vellet*] Variant hoc

fuso 'bellum dare' dixisset, 'accipere se' omnes responderunt, 'et, quibus acciperent animis, iisdem se[17] gesturos.'

19. Hæc directa percunctatio ac denuntiatio belli magis ex dignitate populi Romani visa est, quam de fœderum jure verbis disceptare, cum ante, tum maxime Sagunto excisa. Nam, si verborum disceptationis[i] res esset, quid fœdus Hasdrubalis[18] cum Lutatii priore fœdere, quod mutatum est, comparandum erat? cum in Lutatii fœdere diserte additum esset, 'ita id ratum fore, si populus censuisset?' in Hasdrubalis fœdere nec exceptum tale quicquam fuerit, et tot annorum silentio ita vivo eo comprobatum sit fœdus, ut ne mortuo quidem auctore quicquam mutaretur. Quanquam et, si priore[19] fœdere staretur,[k] satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque exceptis. Nam neque additum erat, 'iis, qui tunc essent,' nec, 'ne qui postea assumerentur.' Et cum assumere novos liceret socios, quis æquum censeret, aut ob nulla quenquam merita in amicitiam recipi? aut receptos in fidem non defendi? tantum,

aut jussu icta.—16 *Ut, quod diu* conj. Bauer.—17 Τὸ *se* ante *gesturos* delendum putat Bauer.

18 *Quid fœdus Hasdrubalis, &c.* e Mss. Flor. et Voss. suadente J. F. Gronov. recepit Drak. pro vulg. *quod fœdus H. cum L. p. f. commutatum est, comparandum non erat, cum.*—19 Vulg. *Quanquam etsi priore.* '*Si priore fœdere,* icto a

NOTÆ

loco auctores. Electionem belli et pacis Romanæ legationi relictam a Carthaginiensibus refert cum Livio Varro apud A. Gellium lib. xx. cap. 27. Sed idem, et post eum Pomponius Jurisconsultus in L. II. D. de Orig. Jur. § 37. tradit, tesseras duas porrectas Carthaginiensibus, in quarum altera caducei, in altera hastæ simulacra essent incisa. Flor. lib. II. cap. 8. a Pœnis succlamatum esse ait *bellum,* quasi ipsi, rejecta pace, bellum elegerint.

[i] *Si verborum disceptationis*] Si ratione agendum, et verbis contendendum fuisset, constabat aliam fuisse conditionem fœderis ab Hasdrubale Carthaginiensi percussi in Hispania cum Romanis: aliam anterioris fœderis icti a Lutatio cum Pœnis in Sicilia, quod a Romanis mutatum fuerat: uti antea est demonstratum, et ex decenni Carthaginiensium silentio evincitur.

[k] *Et si priore fœdere staretur*] Usitatius est *fœderi stare:* indicatur autem hic prius fœdus, non quale a Lutatio initum, sed quale a populo Romano reformatum fuerat: quo quidem fœdere comprehendebantur utrimque socii, non præcise qui tunc erant, sed generaliter: ita ut etiam futuri socii eo contineri viderentur.

ne Carthaginiensium socii aut solicitarentur ad defectionem, aut sua sponte desciscentes reciperentur.[c] Legati Romani ab Carthagine, sicut his Romæ imperatum erat, in Hispaniam, ut adirent civitates, ut in societatem [20] perlicerent, aut averterent a Pœnis, trajecerunt. Ad Bargusios[l] primum venerunt: a quibus benigne excepti, quia tædebat imperii Punici, multos trans Iberum populos[m] ad cupidinem novæ fortunæ erexerunt. Ad Volcianos[n] inde est ventum: quorum celebre per Hispaniam responsum ceteros populos ab societate Romana avertit. Ita enim maximus

[c] *Quis existimaret æquum esse ut, prætextu fœderis Carthaginiensis, vel non liceret Romanis ullos propter ulla officia exhibita admittere in societatem; vel cogerentur eos, quibus data esset socialis fides, indefensos relinquere; cum id solum convenisset, ne Romani socios Pœnorum ad deficiendum ab illis incitarent, neve eos admitterent, si qui ultro deficerent.*

Lutatio, *staretur, satis cautum erat Saguntinis, sociis utrorumque* populorum *exceptis: priore fœdere* non eo, quod mutatum est, sed eo, quod validum fuit, adeoque altero et novo; Gron. Contra Bauer monet: ‘ Falso: nam neque *prius* dici hoc potest, neque *etsi staretur* diceret Liv. steterunt enim altero fœdere. Intell. prius, quod, cum Hasdrubale ictum, socios utrorumque excipiebat.’ Recte, si pro *Hasdrubale* scribere voluit *Lutatio.*’ Rupert.—20 Conj.

NOTÆ

[l] *Ad Bargusios*] Videntur Bargusii populi fuisse Ilergetum, qui in Aragoniæ et Cataloniæ confinio. Eorum urbs Bergusia legitur apud Ptolemæum. Sansoni est *Balaguer*, Cataloniæ ad Sicorini oppidum. Magis tamen ad Bergusiæ nomen accedit *Bergos*, locus ad Aragonem fluvium in Diœcesi Jaccetana. Quod si hic longius dissitus a Romanorum in Hispania sede videbitur, dicendum erit Bergusiam esse opp. *Pons* ad amnem *Bragos*, qui in Sicorim influit.

[m] *Multos trans Iberum populos*] Bargusii quidem cis Iberum; sed alii ultra flumen potuere Romanorum partes respicere, vel sola horum fama, et tædio Pœnorum.

[n] *Ad Volcianos* [*Volscianos*] Legunt quidam *ad Volcianos*. Sed nullus hoc vel illo nomine Hispaniæ populus extra Livium, quod sciam, occurrit. Intra hodiernæ Aragoniæ limites habitasse gentem, de qua hic Livius, non videtur ambigendum. Florianus trans Iberum ponit, in veterum Celtiberorum et Hedetanorum confinio, ubi nunc *Villa dolce*, ad Guervam amnem locus, quem corrupte dici putat pro *Villa volce*. N. Sanso, in veteris Hispaniæ tabula, *Volci* oppidum locat in Ilergetibus, supra Succosam, ad amnem Cincam, ubi fere nunc *Ainsa* Sobrarbiæ caput. Ego, si hi populi cis Iberum fuere, facile suspicarer, pro Volscianis, *Vescitanos* reponi apud Nostrum oportere: fuit enim Ilergetum non ignobilis regio Vescitania, cujus urbs Osca apud Plin. vulgo *Huesca*, Episcopi hodie sedes.

natu ex iis in concilio respondit: 'Quæ verecundia est, Romani, postulare vos,[2] uti vestram Carthaginiensium amicitiæ præponamus, cum, qui id fecerunt, Saguntinos crudelius, quam Pœnus hostis perdidit, vos socii prodideritis? Ibi quæratis socios, censeo, ubi Saguntina clades ignota est. Hispanis populis, sicut lugubre, ita insigne documentum Sagunti ruinæ erunt, ne quis fidei Romanæ aut societati confidat.' Inde extemplo abire finibus Volcianorum jussi, ab nullo deinde concilio Hispaniæ benigniora verba tulere. Itaque nequicquam peragrata Hispania, in Galliam transeunt.

20. In his° nova terribilisque species[3] visa est, quod

Rupert. *et* vel *et aut in societatem.*—1 Al. *Volscianos.*—2 *Vos, Romani, postulare* Gronov. Doujat. Crevier.

3 'Nomen alicujus populi excidisse putant viri docti. Gronovio etiam legendum videtur, *In Arvernis nova, &c.* Quod nisi sit, Livius *Gallias* vel *Galliæ populos* in mente habuit, ad quod retulit *in his;* licet ante scripsisset *Galliam.*' Stroth. 'Cl. Mathæi, nomen populi, qui exciderit, in depravata lectione, *terribilisque,* latere censens, hanc emendationem proponit: *In his nova Illiberi species visa est.* (Fuit nimirum Illiberis nobile in via ex Hispania in Galliam ducente oppidum.) Sed sic, quo *in his* referas, nondum habes. Equidem ad *in his* recte *Galliæ populis* suppleri posse existimo; alias leni correctione, si *Ibi* pro *In his* legatur, omnis hujus loci difficultas tolli possit.' *Doering. In Gallias* recepit Kreyssigius. 'Hic perspicuum est aliquid esse vitii, et requiri nomen gentis aut urbis, ad quam venerint primo Romani in Galliam transgressi. Hoc permulti viderunt: solus Jac. Gronovius feliciter emendasse videtur. Jubet ille legi: *in Galliam transeunt. Ruscinone terribilis species visa est.* Juvant ejus conjecturam et loci situs, et mentio Ruscinonis ab Livio bis facta, infra c. 24. Attamen τὸ *nova* ita huic quæ narratur rei congruere videtur, ut illud eliminari non facile patiamur. Et cum illa voce haud ægre coalescere potuerunt duæ postremæ syllabæ τοῦ

NOTÆ

° *In his*] Existimant Glar. et Sigon. excidisse hoc loco nomen populi Gallici, quem primum Romanorum legati adierint. Gronovius *Arvernos* fuisse conjicit ex l. XXVII. c. 39. Verum ibi de Hasdrubale agitur, non de Hannibale; neque Arverni nisi per Volcarum aliorumque populorum regionem adiri potuerunt ab veniente ex Hispania Hannibale. Verisimilius itaque est, tentatos primum esse Narbonensium et Nemausensium animos. Quod autem *armati in concilium venisse* memorantur, id non Arvernorum, non Volcarum proprium; sed toti Gallicæ genti commune cum vicinis Germanis, qui, auctore Tacito, 'nihil neque publicæ, neque privatæ rei, nisi armati agebant: et in conciliis, si placuerat sententia frameas concutiebant,' quibus 'honoratissimum assensus genus erat, armis laudare.' Græcos etiam priscos ferrum sive arma circumferre ubique solitos notat Thucydides.

armati (ita mos gentis erat) in concilium venerunt. Cum, verbis extollentes gloriam virtutemque populi Romani ac magnitudinem imperii, petissent, ne Pœno, bellum Italiæ inferenti, per agros urbesque suas transitum darent; tantus cum fremitu risus dicitur ortus, ut vix a magistratibus majoribusque natu juventus sedaretur. Adeo stolida impudensque postulatio visa est, censere,[4 p] ne in Italiam transmittant Galli bellum, ipsos id avertere in se, agrosque suos pro alienis populandos objicere. Sedato tandem fremitu, responsum legatis est, 'Neque Romanorum in se meritum esse, neque Carthaginiensium injuriam, ob quæ aut pro Romanis, aut adversus Pœnos sumant arma. Contra ea audire sese, gentis suæ homines agris finibusque Italiæ pelli[5 q] a populo Romano, stipendiumque pendere, et cetera indigna pati.' Eadem ferme in ceteris Galliæ conciliis dicta auditaque: nec hospitale quicquam pacatumve satis prius auditum, quam Massiliam venere.[r] Ibi omnia, ab sociis inquisita cum cura ac fide, cognita,[d 6] 'præoccupatos jam ante[7] ab Hannibale Gallorum animos esse. Sed ne illi quidem ipsi satis mitem gentem fore, (adeo ferocia atque indomita ingenia esse,) ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi concilientur.'[8] Ita peragratis Hispaniæ et Galliæ populis, legati Romam redeunt, haud

[d] *Cuncta ibi a Romanis cognita, quæ accurate ac fideliter inquisierant Massilienses socii eorum.*

Ruscinone. Legimus ergo, *Ruscinone nova terribilisque species.*' Crevier. Vid. Not. inf. et Not. Var.—4 Supervacaneum illud esse et delendum putabat J. F. Gronov.—5 Flor. *agro finibusque in Italia pelli.*—6 Conj. J. F. Gronov. *Ibi omni re ab sociis inquisita cum cura ac fide cognitum.*—7 *Ante* del. quidam

NOTÆ

[p] *Censere*] Delendum hoc verbum censet Gronov. et sane absque eo perspicua magis sententia videtur. Potest tamen intelligi *postulatio, ut* Galli *censerent.* Gall. *Cette proposition, d'être d'avis que, &c.*

[q] *Agris finibusque Italiæ pelli*] Num melius ex Florent. *finibusque in Italia pelli.*

[r] *Massiliam venere*] Phocæorum, qui Græci in Asia populi erant, colonia fuit Massilia, in ora Sallyorum et Galliæ Braccatæ, quæ post provincia Romanorum fuit; ea urbs cum Romanis fœdere juncta; portu, commercio, opibus, frugalitate insignis, vulgo hodie *Marseille.*

ita multo post, quam consules in provincias profecti erant. Civitatem omnem in expectationem belli erectam invenerunt, satis constante fama, jam Iberum Pœnos transmisisse.[9]

21. Hannibal, Sagunto capto, Carthaginem novam in hyberna concesserat. Ibique, auditis, quæ Romæ, quæque Carthagine acta decretaque forent, seque non ducem solum, sed etiam causam esse belli, partitis divenditisque reliquiis prædæ, nihil ultra differendum ratus, Hispani generis milites convocat: 'Credo ego vos,' inquit, 'socii, et ipsos cernere, pacatis omnibus Hispaniæ populis, aut finiendam nobis[10] militiam exercitusque dimittendos esse, aut in alias terras transferendum bellum: ita enim hæ gentes[s] non pacis solum, sed etiam victoriæ, bonis florebunt, si ex aliis gentibus prædam et gloriam quæremus. Itaque, cum longinqua ab domo instet militia, incertumque sit, quando domos vestras, et quæ cuique ibi cara sunt,[11] visuri sitis, si quis vestrum suos invisere vult, commeatum do. Primo vere, edico, adsitis, ut, Diis bene juvantibus, bellum ingentis gloriæ prædæque futurum incipiamus.' Omnibus fere visendi domos oblata ultro potestas grata erat, et jam desiderantibus suos, et longius in futurum providentibus desiderium.[e] Per totum tempus hyemis quies inter labores, aut jam exhaustos, aut mox exhauriendos, renovavit corpora animosque ad omnia de integro patienda. Vere primo ad edictum convenere. Hannibal, cum recensuisset omnium auxilia gentium, Gades[t] profectus Herculi vota ex-

[e] *Cum prospicerent se ob diuturnam a familiis rebusque suis absentiam eas vehementius desideraturos.*

Edd. ante Drak.—8 Olim legebatur *conciliarentur*.—9 Edd. antt. *transisse*.

NOTÆ

[s] *Hæ gentes*] Hispanæ.

[t] *Gades*] Duæ olim fuisse dicuntur insulæ in fronte Hispaniæ Bæticæ, ultra fretum Herculeum, quod inde Gaditanum quoque est appellatum. Sed minor, in qua urbs ipsa Gadium, ubi et Geryonem habitasse volunt, proprio nomine Erythia, centum duntaxat passibus sejuncta a majore, jamdiu non extat, aut cum hac coa-

solvit; novisque se obligat votis, si cetera prospera evenissent.[12] Inde partiens curas simul in inferendum atque arcendum bellum,[13] ne, dum ipse terrestri per Hispaniam Galliasque[u] itinere Italiam peteret, nuda apertaque Romanis Africa ab Sicilia[x] esset, valido præsidio firmare eam [14] statuit. Pro eo supplementum ipse ex Africa, maxime jaculatorum, leviuum armis, petiit, ut Afri in Hispania, in Africa Hispani, melior procul ab domo futurus uterque miles, velut mutuis pigneribus obligati, stipendia facerent. Tre-

10 Olim legebatur *vobis*.—11 *Sint* Edd. ab Ald. ad Drak.—12 ' *Si cetera prospera evenissent*, ut XXXVII. 47. XLII. 28. et ap. Sall. B. C. 22. probb. Gron. et Drak. ut adject. pro adv. positum sit. *si cetera* (quæ meditaretur) *prospere e.* Mss. Rec. et Pal. 3. forte rectius: *prospere venissent* Flor.' *Rupert.*—13 Olim legebatur *simul inferendi atque arcendi belli.*—14 *Firmare et eam* Gronov. Doujat.

NOTÆ

luit. Nunc unica est, a continente septingentos circiter passus distans, et ponte juncta. Nomen deductum est a Punica voce *Gadir*, quæ sepem significat. Timæus *Cotinusam* vocatam ait apud Plinium. Urbs caput Gaditani postea conventus fuit. Ibi nobile Herculis Libyci templum. Tam urbs quam insula *Cadiz* ab Hispanis nostrisque appellatur.

[u] *Galliasque*] Duplex in Europa Gallia fuit, Alpibus interjacentibus divisa : major pars, quæ respectu Romanorum, Transalpina, in tres partes tributa erat, Celticam, Belgicam, et Aquitanicam. Hæc a Pyrenæis ad Garumnam; Belgica a Sequana et Matrona ad Rhenum ; Media Celtica, inter ea flumina, utrumque mare attingebat. Sed hæc, ut ceteris amplior, Cebennicis montibus, et Tarni amne in duas partes distinguebatur : quarum alia versus Septemtrionem ad Oceanum usque pertingebat : alia vero meridiem versus ad mare internum porrigebatur; Braccata, et postea Gallia provincia, sive Provincia Romanorum appellata : nam hanc quoque Celticæ olim partem fuisse ante Romanos tradit nominatim Strabo. Augustus in quatuor maxime provincias distinxit, Belgicam, Lugdunensem, quæ Celticæ magna ex parte respondebat, Aquitanicam, detractis ex Celtica populis quatuordecim, qui inter Garumnam et Ligerim, auctam, et Narbonensem, quæ prius Braccata a Braccis vestimenti genere denominata. Progressu temporis divisæ ab Adriano, aliisque Cæsaribus, provinciæ singulæ in plura membra : ita ut imperante Honorio septemdecim omnino Galliarum provinciæ fuerint. Præter hanc nativam Galliam, quæ Græcis Γαλατία, aliam in Italia, trans Alpes, victricia gentis ejus arma, constitutis coloniis, Galliam fecerunt ad utrumque Padi latus : hanc Italicam Romani Cisalpinam, et, devictis incolis atque in mores Romanos transformatis, Togatam vocarunt, ab habitu quem subacti sumserunt.

[x] *Ab Sicilia*] Gall. *Du coté de la Sicile.*

decim millia octingentos quinquaginta pedites cætratos[15] [y] misit in Africam, et funditores Baliares[16] octingentos [z] septuaginta: equites mixtos ex multis gentibus mille ducentos. Has copias partim Carthagini præsidio esse, partim distribui per Africam jubet. Simul conquisitoribus in civitates missis, quatuor millia conscripta delectæ juventutis, præsidium eosdem et obsides, duci Carthaginem jubet.

22. Neque Hispaniam negligendam ratus, (atque ideo haud minus,[17] quod haud ignarus erat, circumitam ab Romanis eam legatis ad solicitandos principum animos,) Hasdrubali fratri, viro impigro, eam provinciam destinat, firmatque eum Africis maxime præsidiis, peditum Afrorum undecim millibus octingentis quinquaginta, Liguribus trecentis,[a] Baliaribus quingentis. Ad hæc peditum auxilia additi equites Libyphœnices (mixtum Punicum Afris genus) [b] quadringenti et quinquaginta,[18] Numidæ [c] Maurique [d]

Crevier. Vid. Not. Var.—15 Al. *cetratos.*—16 Al. *Baleares.*

17 '*Atque ideo minus.* Legebatur vulgo, *atque ideo haud minus:* sed delenda videtur particula *haud*, quæ hic ex sequenti membro irrepserat.' *Doujat.*—18 '*Additi equites Libyphœnices*... *CCCCL.* Hunc numerum ex Polyb. III. 33. a quo omnis harum copiarum recensio summaque desumta est, pro vulg. *CCC. et* substitui, auctore Gron. qui bene monet *cccl* in *ccc et* transiisse,

NOTÆ

[y] *Pedites cætratos*] Cætra loco scuti utebantur Hispani præsertim, et Afri. Fuit autem cætra exigui et levis clypei genus, ex loris compactum, peltæ non absimile; nisi quod pelta Lunæ semiplenæ figuram referebat: cætra quadrilatera erat, rhombum imitans.

[z] *Funditores Baliares* [*Baleares*] *octingentos*] *Baleares*, seu *Balearides*, in Iberico mari duæ præsertim sunt insulæ, sic a Græcis appellatæ ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod est jaculari: alioque nomine Gymnesiæ, sive a nuditate incolarum, sive ab exercitatione lapidum funda emittendorum; qua re incolæ, ab ineunte ætate matrum arte assueti, ceteris gentibus præstare credebantur. Earum insularum altera Major, altera Minor, et adhuc illa *Mallorca*, hæc *Menorca* vocantur.

[a] *Liguribus trecentis*] Ligures in confinio Italiæ Galliæque positi fuere, inter Sallyum et Tuscorum regiones, interque mare Ligusticum et Apenninum. Continet Liguria vetus eos Italiæ tractus, qui vulgo nunc *Riviera di Genoa*, *Contado de Nizza*, cum parte eorum qui dicuntur *Monferrato*, *Alessandrino*, *Tortonese.*

[b] *Mixtum Punicum Afris genus*] Pœni, Tyro Phœniciæ urbe oriundi, Carthaginem in ora maris Africani

accolæ Oceani ad mille octingentos, et parva Ilergetum[e] manus ex Hispania,[19] ducenti equites, et, ne quid terrestris deesset auxilii genus, elephanti quatuordecim. Classis præterea data ad tuendam maritimam oram,[20] (quia, qua parte belli vicerant,[f] ea tum quoque rem gesturos Romanos, credi poterat,) quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque: sed aptæ instructæque remigio triginta et duæ quinqueremes erant, et triremes quinque. Ab Gadibus

et in quibusdam Mss. reperiri *CCCC*. Ex eodem Polyb. mox leg. *elephanti XXI*.' Rupert. Vid. Not. Var.—19 ' *Parva Ilergetum manus ex Hispania.* Cf. Polyb. III. 33. ubi Schweigh. hæc notavit: ' Mirum utique debet videri, qui fiat, ut medios inter Africæ populos, e quibus equites relicti Hasdrubali, una gens Hispanica memoretur, et quidem trans Iberum (inter Iberum et Pyrenæum) incolens, posteaque demum subacta ab Hannibale; (v. Polyb. III. 35. et Liv. XXI. 23.) præsertim cum consentaneum sit, Hispanos equites plures sane quam CC. vel CCC. sub Hasdrubalis imperio fuisse relictos. Hinc ap. Polyb. pro Ἰλεργητῶν, quos ex Livio substitui, e Mss. Λεργητῶν restitutum velim, etsi populum hujus nominis in Africa nulli scriptori memoratum novi. Livius, cum Λεργητῶν aut aliud hujusmodi nomen, quo Libyæ populus aliquis designabatur, ap. Polyb. legisset, perperam forte, similitudine nominis deceptus, de satis noto alioquin Hispaniæ populo cogitavit.' Forsan Polyb. scripsit Νιγριτῶν. *ducenti equites*, forte *trecenti* ex Polyb.' *Rupert.*— 20 ' *Data est ad tuendam maritimam oram.* Voss. et Men. *data ad tuende maritime ore.* Sed in Vossiano secunda manu factum *tuenda.* Voluit: *classis præterea data ad tuenda maritimæ oræ.* Ea scilicet, qua dabatur facilis appulsus navium. Quædam enim ipso littorum ingenio, aut munitis urbibus castellisque, tuta erant: nisi malis: *classis præterea data est tuendæ maritimæ*

NOTÆ

condiderant: inde in Mediterranea effusi indigenis Libybus sive Afris se immiscuerant, atque hinc Libyphœnicum nata gens et appellatio.

[c] *Numidæ*] Africæ pars Numidia fuit, cujus incolæ Νομάδες Græcis dicti. Caput urbium Cirtha, quæ hodie *Constantina* in parte orientali regni Algeriani.

[d] *Maurique*] Regio Africæ maxime occidua Mauritania dicta est, in qua Tingi fuit, ad fretum Herculeum sita. Caligula, cæso Ptolemæo Mauritaniæ rege, Jubæ junioris filio, eam in duas divisit provincias, Tingitanam et Cæsariensem. Prior hodie continet regna quæ nostris *les Royaumes de Fez et de Marroc.* Posterior, cujus regia urbs *Jol*, postea Julia Cæsarea, nostris vocatur *Royaume d'Alger du coté d'Occident.* Sub posterioribus Cæsaribus Mauritaniæ Sitifensis nomen accepit Numidiæ pars occidentalis. Mauros Græci Maurusios appellarunt.

[e] *Ilergetum*] Hispaniæ populi fuere Ilergetes ultra Sicorim fluvium, quorum forte caput Ilerda: habitarunt in ea regni Aragonici parte, quæ inter Iberum et Pyrenæos sita.

[f] *Qua parte belli vicerant*] Indicat Romanorum navalem ad Ægates victoriam duce Lutatio, quæ bello Punico I. finem imposuerat.

Carthaginem ad hyberna exercitus rediit; atque inde, profectus præter Etovissam[g] urbem,[1] ad Iberum maritimamque oram ducit. Ibi, fama est, in quiete visum ab eo juvenem divina specie, qui se ab Jove diceret ducem in Italiam Hannibali missum: proinde sequeretur, neque usquam a se deflecteret oculos. Pavidum primo, nusquam circumspicientem aut respicientem, secutum; deinde, cura humani ingenii, cum, quidnam id esset, quod respicere vetitus esset, agitaret animo, temperare oculis nequivisse; tum vidisse, post sese serpentem mira magnitudine cum ingenti arborum ac virgultorum strage ferri, ac post insequi cum fragore cœli nimbum: tum, 'quæ moles ea, quidve prodigii esset,' quærentem audisse: 'Vastitatem Italiæ esse. Pergeret porro ire, nec ultra inquireret, sineretque fata in occulto esse.'

23. Hoc visu lætus tripartito Iberum copias trajecit, præmissis, qui Gallorum animos, qua traducendus exercitus erat, donis conciliarent, Alpiumque transitus specularentur. Nonaginta millia peditum, duodecim millia equitum Iberum traduxit. Ilergetes inde Bargusiosque et Ausetanos[h] et Lacetaniam,[2] [i] quæ subjecta Pyrenæis

oræ.' J. F. Gronov. Add. *est* Doujat. et Crevier.—1 '*Atque inde profectus, præter Etovissam urbem, ad Iberum maritima ora ducit* conj. Jac. Gronov. quia *maritimam* omnes pæne Mss. sine copula *que* exhibent. Etovissam vero non maritimam, sed mediterraneam urbem esse, monet Drak.' *Rupert.*

2 Hanc Sigonii emendationem posteriores receperunt editores: in Mss.

NOTÆ

[g] *Præter Etovissam*] Apud Ptolemæum occurrit urbs Hedetanorum, sive Sedetanorum, Ἡτόβημα: Mercator *Etobesam* legit, alii *Hetobeniam*, Maginus *Etobesam*. Sanso, Edetanos ab Sedetanis distinguens, illis assignat *Etobesam* sive *Etovissam*, locatque ubi nunc *Bufiol* in regno Valentiæ: quod oppidum procul Ibero. Unde si ad hunc fluvium sita fuit *Etovissa*, ut Liv. notat, esset forte in Aragonia, ubi nunc *Caspe*. Sed Noster secundum maritimam oram iter Hannibalis describit: quapropter referri poterit ad Valentiæ Cataloniæque confinia; ubi hodie *Binaros*, non procul Ibero; aut ubi *Miravet*, ad ipsum flumen, qua regione fuere olim Ilercaones.

[h] *Ausetanos*] Dicti sunt hi populi ab Ausa (quæ posterioribus Ausona) oppido, quod nunc Cataloniæ accensetur, estque urbs Episcopalis, vulgo *Vic d'Osona*. Sub his quoque Gerundenses fuere, nunc *Ville et Diocese de Gironne;* apud Ptolemæum *Authe-*

montibus est, subegit: oræque huic omni præfecit Hannonem, ut fauces, quæ Hispanias[k] Galliis jungunt, in potestate essent. Decem millia peditum Hannoni ad præsidium obtinendæ regionis data,[f] et mille equites. Postquam per Pyrenæum saltum[l] traduci exercitus est cœptus, rumorque per barbaros manavit certior de bello Romano; tria millia inde Carpetanorum peditum iter averterunt. Constabat, non tam bello motos, quam longinquitate viæ insuperabilique Alpium transitu. Hannibal, quia revocare aut vi retinere eos anceps erat,[g] ne ceterorum etiam feroces animi irritarentur, supra septem millia hominum domos remisit, quos et ipse [3] gravari militia senserat, Carpetanos quoque ab se dimissos simulans.

[f] *Assignata ad defensionem tractus illius, qui occupatus atque in officio continendus erat.*

[g] *Periculosum esse poterat eos ad revertendum, aut sequendum cogere.*

est *Aquitaniam.*—3 'Muretus et alii accommodatius legunt, *quos et ipsos.* Pro *militia* magis placet J. F. Gronovio *militiam*, quia τῷ *gravari* sæpius, ut Lexica docent, accusativus jungi solet.' *Doering.* *Quos et ipsos* recepit Kreyssigius.

NOTÆ

tani corrupte leguntur pro Ausetanis.

[i] *Lacetaniam*] Differunt Lacetani a Laletanis et Iaccetanis. Laletani, qui Ptolemæo *Lætani*, Straboni *Letani*, ad oram sunt, eorumque caput est Barcino: hodie *l'Evesché de Barcelonne:* his atque Ausetanis, itemque Castellanis et Ceretanis, contermini ad occidentem *Lacetani*, quos perperam Ptolemæus et Strabo *Iaccetanos*, Plutarchus *Lacetanos* verius appellat, rubricato maxime fluvio ab illis divisi: inter hunc et Sicorim ab Ibero ad Pyrenæos protensi. Hodie in hoc tractu sunt Urgellitana et Solsonensis Diœceses in Catalonia. Iaccetani autem populi sunt Vasconum, sub Pyrenæo, ab Iacca civitate dicti ad Aragonem fluvium posita. *L'Evesché de Jaca au Royaume d'Aragon.* Recte hic Sigonius lectionem vulgarem emendat: male enim scriptum erat *Aquitaniam*, imperitia librariorum, quibus ignota Lacetania.

[k] *Ut fauces, quæ Hispanias*] Angustiæ vallium, quibus inter montes aditus ab una in aliam partem patet, figurate dicuntur fauces; *les détroits, les passages étroits.* Vulgus hodie has Pyrenæorum angustias *portus* appellat; atque hac de causa Hispani Navarram inferiorem, quæ ipsis est ultra Pyrenæorum transitum, vocant *ultra puertos.*

[l] *Per Pyrenæum saltum*] Loca pascua et sylvosa nomine saltuum sæpe significantur, ut hic. Pyrenæus autem saltus sumitur pro Pyrenæis montibus, qui Hispanos a Gallis dividunt, ab Oceano Cantabrico ad mare Ibericum porrecti. Plerique dictos volunt ἀπὸ τοῦ πυρὸς, vel quod igne fulminis sæpenumero feriantur, vel quod injecto a pastoribus igne, sylvæ omnes, quibus vestiebantur, conflagraverint. Alii deducunt a Py-

24. Inde, ne mora atque otium animos solicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transgreditur, et ad oppidum Illiberi[4][m] castra locat. Galli quanquam Italiæ bellum inferri audiebant, tamen, quia vi subactos trans Pyrenæum Hispanos fama erat, præsidiaque valida imposita, metu servitutis ad arma consternati,[n] Ruscinonem aliquot populi conveniunt.[o] Quod ubi Hannibali nuntiatum est, moram magis, quam bellum, metuens, oratores ad regulos eorum misit, 'colloqui semet ipsum velle cum his; et vel illi propius Illiberi accederent, vel se Ruscinonem processurum, ut ex propinquo congressus facilior esset: nam et acceptum eos in castra sua se lætum, nec cunctanter se ipsum ad eos venturum. Hospitem enim se Galliæ, non hostem, advenisse: nec stricturum ante gladium, si per Gallos liceat, quam in Italiam venisset.' Et per nuntios quidem hæc. Ut vero reguli Gallorum, castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Pœnum venerunt; capti donis, cum

4 *Illiberim* hic, et inf. *propius Illiberim*, Doujat. Crevier. vett. edd.

NOTÆ

rene Bebrycis regis filia, ab Hercule compressa, ibique sepulta. Vulgo *les Monts Pyrenées*. Sed aliquando latius patet hoc nomen, ita ut aliis Hispaniæ montibus, qui ad Oceanum occidentalem ab ortu ad occasum universam Hispaniam dividunt, attribuatur: immo et nonnunquam Rheticis jugis, aliisque per Illyricum, ut Alpium, ita et Pyrenæorum nomen ascribatur: vulgo *Prenner*.

[m] *Illiberi*] Ab Hispania venientibus secundum littus Mediterranei maris, primi Gallorum ultra Pyrenæos populi occurrebant Sardones, Volcarum Tectosagum pars, ut ex Ptolemæo colligitur: in his duo præcipua memorantur oppida, Illiberis, seu *Eliberri*, et *Ruscino*; illud, ad oram situm, tempore Plinii et Melæ in vicum abierat; eratque magnæ quondam urbis et magnarum opum tenue vestigium; postea Caucoliberim dixerunt, nunc nomen aliquatenus retinet, *Collioure* vulgo dictum.

[n] *Ad arma consternati*] Livii phrasis, qui *consternari* aliquando dicit pro eo quod est concitari et commoveri cum trepidatione. Sic lib. VII. 'multitudo conjuratorum ad arma consternata.'

[o] *Ruscinonem . . . . conveniunt*] Eadem fuit progressu temporis Ruscinonis sors ac Illiberis. Cum enim caput totius gentis fuisset, ejus hodie nihil extat aliud, quam turris quam vulgo nominant, *la tour de Roussillon* juxta Perpinianum; unde comitatui nomen, quem natura ususque antiquus Galliæ assignavere. Recentiora sæcula modo Hispanis, modo Gallis, partim fœderibus, partim armorum vi addixerunt.

bona pace exercitum per fines suos præter Ruscinonem oppidum transmiserunt.

25. In Italiam interim nihil ultra, quam Iberum transisse Hannibalem, a Massiliensium legatis Romam perlatum erat: cum perinde, ac si Alpes jam transisset, Boii, solicitatis Insubribus, defecerunt; nec tam ob veteres in populum Romanum iras, quam quod nuper, circa Padum,[p] Placentiam[q] Cremonamque[r] colonias in agrum Gallicum deductas ægre patiebantur. Itaque, armis repente arreptis, in eum ipsum agrum impetu facto, tantum terroris ac tumultus fecerunt, ut non agrestis modo multitudo, sed ipsi triumviri Romani, qui ad agrum venerant assignandum,[s] diffisi Placentiæ mœnibus, Mutinam confugerint,[t] C. Lutatius, C. Servilius, T. Annius. Lutatii nomen haud dubium est. Pro C. Servilio et T. Annio, Q. Acilium et C. Herennium habent quidam annales: alii P. Cornelium Asinam et C. Papirium Masonem. Id quoque dubium est, legati, ad expostulandum missi ad Boios, violati sint, an in triumviros[5] agrum metantes[h] impetus sit factus. Mutinæ cum

[h] *Metiendo disterminantes agrum.*

5 ‘ Omnes scripti, omnes editi ante Frobenium: *violati sint incertum an in triumviros.* Sed præcessit: ‘ Id quoque dubium est:’ ergo alterum supervacaneum. Concedo: sed non, quod illi voluerunt. Videtur enim scripsisse Livius *Id quoque, legati ad expostulandum missi ad Boios violati sint, incertum, an*

NOTÆ

[p] *Nuper, circa Padum*] Hoc ipso anno deductæ fuerant illæ coloniæ a triumviris, qui hoc capite memorantur; ex Asconio, Polybio, et Epit. Liv. xx.

[q] *Placentiam*] Ananum, seu Anamanum, vel potius Ambarrorum Italicorum caput fuit Placentia, ad dextram Padi ripam, qua Trebia sese in Padum effundit, nunc Italis *Piacenza*, Gallis *Plaisance;* in ditione ducis Parmensis, quæ pars Longobardiæ Cispadanæ.

[r] *Cremonamque*] Cenomanorum Italicorum, (quos Plinius juxta Massiliam prius in Volcis habitasse scribit,) urbs fuit inprimis Cremona, ad lævam Padi, infra Placentiam: nomen adhuc retinet in Mediolanensi ducatu.

[s] *Triumviri Romani, qui ad agrum venerant assignandum*] Novis scilicet colonis Placentiam et Cremonam deducendis.

[t] *Mutinam confugerint*] Boiorum fuit urbs Mutina, inter Padum et Apenninum sita: nunc Italis *Modena*, nobis *Modene*, Ducatus sui caput, qui Estensi genti paret.

obsiderentur, et gens, ad oppugnandarum urbium artes rudis, pigerrima eadem ad militaria opera, segnis intactis assideret muris; simulari cœptum de pace agi: evocatique ab Gallorum principibus legati ad colloquium, non contra jus modo gentium, sed violata etiam, quæ data in id tempus erat, fide, comprehenduntur; negantibus Gallis, nisi obsides sibi redderentur, eos dimissuros. Cum hæc de legatis nuntiata essent, et Mutina præsidiumque in periculo esset, L. Manlius prætor, ira accensus, effusum agmen ad Mutinam ducit. Sylvæ tunc circa viam erant, plerisque incultis.[6 u] Ibi, inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, multaque[7] cum cæde suorum ægre in apertos campos emersit. Ibi castra communita; et, quia Gallis ad tentanda ea defuit spes, refecti sunt militum animi, quanquam ad c. cecidisse[8] satis constabat. Iter deinde de integro cœptum, nec, dum per patentia loca ducebatur agmen, apparuit hostis;[9] ubi rursus sylvæ intratæ, tum postremos adorti, cum magna trepidatione ac pavore omnium, octingentos[10] milites occiderunt, sex signa ademere. Finis et Gallis[11] territandi, et pavendi Romanis fuit, ut e saltu invio atque impedito evasere. Inde, apertis locis facile tutantes agmen,

in triumviros agrum metantes impetus sit factus. Hoc enim quoque ordine verborum Flor. Gud. tres Pal.' *J. F. Gronov.* *Ad Boios missi.* Doujat. Crevier. —6 '*Locis* addunt cum Sigonio Mss. nonnulli; quod certe intelligendum est.' *Stroth.*—7 'Dele copulativam, ut sit: *ibi inexplorato profectus, in insidias præcipitatus, multa cum cæde suorum . . . ægre emersit.* Sic Andreas, Tar. Ven. Bec. Ascens. Moguntina. Justinus lib. XXXII. 'Dum suos in prælium revocat, in transitu fossæ equo præcipitatus, a multitudine hostium oppressus est.' Nisi malis, *præcipitatur.*' J. F. Gronov.—8 '*Ad C. cecidisse;* dedimus quod certe in uno Ms. est, et ad reliquorum Msstorum lectionem proxime accedit; quanquam facile crediderim, majoris numeri notam excidisse, vel absumtam esse a præpositionis *ad* posteriori litera; ita ut legendum esset, *quanquam ad DC. cecidisse, &c.* In ed. Mediol. est, *quanquam accisas res satis constabat;* quod omnes deinceps editores servarunt, licet in nullo, quantum scimus, extet codice. Mss. offerunt *quanquam cecidisse, ad cladisse, accedisse, accecidisse, accidisse, occidisse, accessisse,* et Gudianus *ad C. cecidisse.*' Stroth. *Quanquam sexcentos cecidisse* dat Kreyssigius.—9 Olim legebatur *cum apparuit hostis.*—10 Mss. *DCC.*—11 Vet. lib. apud Sigon. *Finis et inde Gallis.*—

NOTÆ

[u] *Plerisque incultis*] Intellige *locis,* quæ passim ibi intra et circum sylvas, omni hominum cultu destituta, tesquis ac dumetis obsita horrebant.

Romani Tanetum,[12] [x] vicum propinquum Pado, contendere. Ibi se munimento ad tempus commeatibusque fluminis et Brixianorum Gallorum [13] [y] auxilio, adversus crescentem in dies multitudinem hostium, tutabantur.

26. Qui tumultus [i] repens postquam est Romam perlatus, et Punicum insuper Gallico bello auctum Patres acceperunt; C. Atilium prætorem cum una legione Romana et quinque millibus sociorum, delectu novo a consule conscriptis, auxilium ferre Manlio jubent: qui sine ullo certamine (abscesserant enim metu hostes) Tanetum pervenit. Et P. Cornelius, in locum ejus, quæ missa cum prætore fuerat, transcripta [14] legione nova, profectus [k] ab Urbe sexaginta [15] longis navibus, præter oram Etruriæ Ligurumque et inde Salyum montes, pervenit Massiliam,[16] [z] et ad proximum ostium Rhodani [a] (pluribus enim divisus amnis

[i] *Subitus Gallorum motus.*

[k] *Nova legione conscripta in locum illius quam prætor Atilius in Galliam Cisalpinam duxerat.*

12 Al. *Cannetum.*—13 Flor. et Gud. *et Brixianorum etiam Gallorum.*

14 Conj. Rupert. *conscripta* vel *scripta.*—15 '*Profectus ab Urbe, sex.* Non navibus, sed itinere pedestri ab Urbe profectus est; nam, ut narrat Polybius III. 41. Pisa inde demum, ubi classis in ancoris commorabatur, iter navale ingressus est. Feci igitur post *Urbe* interpunctionem.' *Doering.*—16 Al.

NOTÆ

[x] *Tanetum*] Octo millia passuum a Parma versus ortum, ad Niciam amnem, Tanetum est, in veterum Boiorum finibus, adhuc nomen servans; dicitur enim *Tanedo.*

[y] *Brixianorum Gallorum*] Cenomanorum populus Brixiani fuerunt, a Brixia urbe dicti, quæ hodie Italis *Brescia* vocatur, nostris *Bresse.*

[z] *Et inde Salyum montes, pervenit Massiliam*] Ita cum manuscriptis præcipuis veteres editiones, id est, præter montes. At posteriores habent, *et inde Salyum, mox pervenit Massiliam*, quod ex anterioribus referendum esset ad *oram, Etruriæ* nempe, *Ligurum, et inde Salyum.* Porro Salyos, qui et Sallyes, populi erant Galliæ, inter Alpes et Rhodanum; quorum postea caput Aquæ Sextiæ: et priscis temporibus a Druentia fluvio ad mare pertingebant, plana magnam partem regione.

[a] *Ad proximum ostium Rhodani*] Rhodanus, vulgo *le Rhône*, (diversus a Rodano, qui in Vistulam, non procul Gedano influit, hodie *Rodaune,*) inter quatuor præcipua Galliæ flumina non postremum obtinet locum. Is ex Adula monte, quæ pars Alpium, non procul Rheni ac Ticini fontibus ortus, per Lemanum lacum, segnemque deferens Ararim, nec minus seipso torrentes Isaram ac Druentiam, pluribus ostiis in Mediterraneum egeritur mare. Horum tria

in mare decurrit) castra locat: vixdum satis credens, Hannibalem superasse Pyrenæos montes. Quem ut de Rhodani quoque transitu agitare animadvertit, incertus, quonam ei loco occurreret, necdum satis refectis ab jactatione maritima militibus, trecentos[17] interim delectos equites, ducibus Massiliensibus et auxiliaribus Gallis, ad exploranda omnia visendosque ex tuto hostes præmittit. Hannibal, ceteris metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum pervenerat agrum,[b] gentis validæ. Colunt autem circa utramque ripam Rhodani:[c] sed, diffisi citeriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis, ulteriorem ripam amnis armis

et inde Salyum mox pervenit M.—17 *CCCC.* Ms. Harl. et Polyb. III. 41. ex quo etiam *ducibus Massiliensium auxiliaribus Gallis* conjici posse monet Drak.

NOTÆ

præcipua ab antiquis nominantur: duo modica, Hispaniense ad occasum, mediumque Metapinum: at tertium ceteris amplius, Massalioticum, ortum versus, et Massiliæ proximum, nunc vulgo *Gras de Passon* vocatur, quod *ad gradus* Marcellino et Antonino; a quo ceteris etiam ostiis *gradus* postea nomen inditum. Ex eo C. Marius fossam duxit, insulamque effecit, quæ de ejus nomine vulgo *la Camargue* appellatur. Massaliotico itaque ingressus nunc Scipio.

[b] *In Volcarum pervenerat agrum*] Volcæ populi fuere Galliæ Braccatæ, quæ et Narbonensis, trans Rhodanum, ubi hodie Occitania, vulgo *Languedoc*, pro majori parte. Porro Volcæ in Tectosages et Arecomicos divisi fuere: hi ad oram siti, nunc *Bas Languedoc*, primariam urbem habebant Nemausium (*Nîmes*): Tectosages, occidentaliores, et Pyrenæis propiores, ad mare quoque pertingebant ex Ptolemæo, qui Illiberim, Rusinonem, Narbonem, Bætiras eis ascribit. At Strabo eos a mari removet, locatque in Mediterraneis, ut eis respondeat nunc *le Haut Languedoc*. Eorum caput haud dubie Tolosa. Livius hoc loco Volcas strictius accipit pro Arecomicis Nemausensibus. Ceterorum nomine, quos metu aut pretio ab Hannibale pacatos ait, intelligendi sunt Sardones et Narbonenses, per quorum agros iter Rhodanum petenti faciendum erat, priusquam ad Nemausenses atque ad Helvios perveniretur (*ceux du Vivarez*) qui proximi citeriori fluminis ripæ.

[c] *Circa utramque ripam Rhodani*] Ripa quidem utraque Rhodani Volcarum fuit, quemadmodum hodieque ad Occitaniam pertinet. Sed ulterior regio a Desuviatibus, (*ceux d'Arles,*) Cavaris, (*ceux d'Avignon,*) Segalaunis, (*ceux de Valence,*) aliisque populis obtinebatur, qui nunc Provincialium et Delphinatium Occidentalium nomine continentur: nisi forte Cavares ipsi, et ceteri vicini populi, Volcarum pars erant secundi hujus belli Punici tempore.

obtinebant.[18] Ceteros accolas fluminis Hannibal, et eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant,[19] [d] simul perlicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque: simul et ipsi trajici exercitum, levarique quam primum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebant. Itaque ingens coacta vis navium est lintriumque temere ad vicinalem usum [e] paratarum; novasque alias primum Galli inchoantes cavabant ex singulis arboribus: [f] deinde et ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos informes, (nihil, dummodo innare aquæ et capere onera possent, curantes,) quibus se suaque transveherent, raptim faciebant.

27. Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes, omnem ripam equis virisque [g]

—18 Conj. J. F. Gronov. *ulteriorem ripam amnis armati obtinebant.* Voc. *amnis* del. Drak. et Strothius.—19 ' Scil. Volcarum illos qui remanserant cis flumen, qui sedis amore retenti erant. Varie legitur in Mss. et Edd. In vetustioribus nempe Edd. est, *et eos ipsos qui ipsas sedes tenuerant.* In Sigon. Grut. et aliis, *et eos ipsos quorum sedes tenuerat. Et eorum ipsorum qui sedes tenuerant* Gron. Crev. *Et eorum ipsorum quos sedes tenuerant* Drakenb. sine pronomine *suæ*, quod optimorum Mss. fide, probante ipso Drakenborchio, addidimus.' *Stroth.* ' Junge: *et quos eorum ipsorum*, h. e. et quos ex his ipsis. *Quos sedes suæ tenuerant* inversa constructio pro vulgari: qui sedes suas tenuerant, h. e. qui in sedibus suis permanserant.' *Doering.*

NOTÆ

[d] *Et eorum ipsorum quos sedes suæ tenuerant*] Inter varias lectiones, hæc Florentini codicis optima visa est Gron. mihique: nec ab ea Colbert. nisi quod in hoc desideratur pronomen *suæ.* Vult auctor, ex ipsis Volcis Aremoricis, eos qui capti amore patrii soli, in pristinis suis cis Rhodanum sedibus remanserant, nec cum popularibus trajecerant ad ulteriorem ripam, donis pellectos ab Hannibale, transitum ejus adjuvisse. In cod. Regio legitur, *et eorum ipsorum, qui sedes tenuerant*, sensu parum diverso. Quid enim interest an eos sedes suæ tenuerint, id est, retinuerint, an ipsi eas tenuerint, sive in earum possessione permanserint?

[e] *Ad vicinalem usum*] Ut vicinorum nomen a vico deductum, in quo alii prope alios degunt; ita vicinalia dicuntur a vicinis, qui eis in commune utuntur. Sic vicinales viæ a publicis diversæ. Hic itaque ' lintres ad vicinalem usum comparatæ ' sunt exigua navigiola a vicinis in usum quotidianum sine arte raptim compacta.

[f] *Cavabant ex singulis arboribus*] Hoc alveorum genere pro navigiis utuntur adhuc non tantum Americani, sed Cosacki quoque in finibus Poloniæ ac Russiæ. Græci *μονόξυλα* vocant.

[g] *Equis virisque* [*equites virique*] Ita quidem Mss. Codd. etiam Colbert. Exemplum adducit Gronov. ex Cæ-

obtinentes:[20] quos ut averteret, Hannonem, Bomilcaris filium, vigilia prima noctis, cum parte copiarum, maxime Hispanis, adverso flumine ire iter unius diei jubet; et, ubi primum possit,[1] quam occultissime trajecto amni, circumducere agmen,[l] ut, cum opus facto sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli edocent,[2] inde[h] millia quinque et viginti ferme supra, parvæ insulæ circumfusum amnem, latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo, transitum ostendere. Ibi raptim cæsa materia[m] ratesque fabricatæ, in quibus equi virique et alia onera trajicerentur. Hispani sine ulla mole,[n] in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes,[i] flumen tranavere. Et alius

[l] *Ut, postquam fluvium transiisset, copias sibi datas circumageret.*
[m] *Ligna excisa.* [n] *Omni onere soluti.*

20 ' *Equit. virique* cett. Ut nunc scribitur hic locus, vix sanus esse potest. Norma loquendi enim exigebat: *omnem ripam equitibus virisque obtinentibus.* Quodsi autem Livius *equites virique* per epexegesin ad *hostes* retulisset, scripsisset certe: *terrebant ex adverso hostes, equites virique, omnem ripam obtinentes.* Itaque nisi voces *equites virique* a glossatore, hostium copias magis designaturo, ut mihi quidem videtur, profectæ sunt, scribendum omnino est, quod in editt. quibusdam exhibetur: *omnem ripam equis virisque obtinentes:* et sic fere supra Noster lib. v. 37. ' equis virisque longe ac late fuso agmine immensum obtinentes loci.'' *Doering.* *Equites virique* dant Gronov. Doujat. Crevier. Drak.—1 *Posset* Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—2 ' *Edocent* e Ms. Flor. recepit Drak. pro vulg. *educunt*, quod delendum putabat Gronov. ut *ostendere* dictum esset pro *ostenderunt.*' Rupert. ' At duces non *ostendunt* transitum, sed per eum ducunt. Quod incommodum etiam gravius premit τὸ *edocens*, ut *ostendere* sit infinitivus. Et quid redundantius dici potest, quam *duces dati edocent, amnem transitum ostendere?* Non vidi ineptiorem verbositatem. Ego *educunt* simpl. intelligo: sursum ducunt adverso flumine. Sed nec placet *latiorem transitum;* quin dici vix potest. Quid, si *transitum ostendere* glossema sit, a perturbato librario vel lectore additum? *Latiore* certe malim, quod *alveo* jungatur. Forte et leg. *ostendentem* sc. amnem.'

NOTÆ

sare lib. II. de Bello Civ. 'Capti homines equitesque producebantur.' Ut viri, sive homines, equitibus oppositi, pro peditibus accipiantur. Sed recepta magis est forma loquendi, quæ in plerisque omnibus editis habetur, *equis virisque.*

[h] *Duces Galli edocent,* [*educunt*] *inde*] Gronov. conjicit verbum *educunt* esse a mala manu. Eo quidem deleto perspicua magis apparet sententia, sed obstant scripti et editi.

Educunt] Crediderim legendum, *eductis;* ut sit ordo: *transitum ostendere eductis inde millia quinque et viginti, ferme supra parvæ insulæ circumfusum amnem latiorem, ubi dividebatur, eoque minus alto alveo.* J. Clericus.

exercitus,[k] ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur, intento duce ad consilium opportune exequendum. Postero die profecti ex loco edito fumo significant, se transisse,[o] [3] et haud procul abesse. Quod ubi accepit Hannibal, ne tempori deesset, dat signum ad trajiciendum. Jam paratas aptatasque habebat pedes lintres. Equites fere propter equos [4] nantes navium agmen, ad excipiendum adversi impetum fluminis, parte superiore transmittens, tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat.[p] Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur, præter eos, quos instructos [5] frænatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, imposuerant [6] in naves.

28. Galli occursant in ripam [7] cum variis ululatibus cantuque moris sui,[l] quatientes scuta [m] super capita, vibrantes-

[o] *Fumum excitantes indicarunt Hannibali fluvium a se trajectum esse.*

[p] *Agmen navium, quod superiore fluminis parte ad excipiendum undarum impetum magnam partem equitatus, prope equos, qui natabant, transvehebat, tranquillum lintribus peditum infra trajicientibus præstabat transitum.*

Bauer. Vid. inf. et Not. Var.—3 '*Ex loco edito fumo significant se transisse:* sic et Polyb. III. 43. non vero *ex loco edito:* nam ita scripsi, suadentibus Cleric. et Stroth. pro, *profecti ex loco, prodito fumo s. s. t.* In uno Ms. est *ex loco debito:* et *propinquo fumo* conj. Gron.' *Rupert.*—4 Olim legebatur *eques fere propter equos.* Scribit Sigon. *equites fere præter equos.*—5 Scribendum monet J. F. Gronov. cum Flor. et Gud. *instratos.* In textum recepit Kreyssigius.—6 Al. *imposuerunt.*

7 'Gronovius legendum putabat *in ripa*, quod non est necesse.' *Stroth.*—

NOTÆ

[i] *Cetris suppositis incubantes*] Hic variant exemplaria: alia enim volunt tranavisse Hispanos Rhodanum *suppositis*, alia *superpositis cetris:* et suppositas quidem natantium corporibus fuisse non est quod ambigatur: sed quidni utribus inflatis, quos secum semper Hispani in bello deferre soliti, superponi cetræ potuerint, ita ut his incubantas natarent?

[k] *Alius exercitus*] Pars nempe copiarum Hannoni datarum, alia ab Hispanis.

[l] *Cantuque moris sui*] Veterum usus fuit prælium clamoribus inire ad terrorem hostibus incutiendum: quos ululatus Noster vocat, posteriores barritum dixere; quæ vox elephantum est, ut illa luporum. Sed Polybius ait tunc Gallos pæana cecinisse, quæ vox canticum potius sive hymnum significat, quam inconditum ululatum. Cantum certe et saltationem Galli Germanique initio prælii

que dextris tela: quanquam et ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis et clamore vario nautarum et militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, et qui ex altera ripa trajicientes suos hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis. Mox et ipse [8] aderat, ancepsque terror circumstabat, et e navibus tanta vi armatorum in terram evadente, et ab tergo improvisa premente acie.[9] Galli, postquam, utroque vim facere conati,[10] pellebantur, qua patere visum maxime iter, perrumpunt, trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Hannibal, ceteris copiis per otium trajectis, spernens jam Gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo: certe variata memoria [11] actæ rei. Quidam, congregatis ad ripam elephantis, tradunt, ferocissimum ex iis, irritatum ab rectore suo, cum refugientem in aquam nantem [12] sequeretur, traxisse gregem, ut

8 Conj. Bauer *ipsis* sc. Gallis.—9 *Vis... evadens et ab t. imp. premebat acies* Edd. ante Drak.—10 ' *Utroque vim facere conati* (in eos, qui jam transierant cum Hannone Rhodanum, quique nunc transibant) e Mss. Cantabr. et Crev. recepi cum Str. suadente Jac. Gron. pro vulg. *utro vim f. c.* In Ms. Flor. *utroque.* Bauer et Duk. jungunt *ultro pellebantur*, et ille *ultro* accipit pro *ipsi*, vel ita, ut et notio *insuper* in eo lateat, (non modo vim facere non poterant, sed insuper, ipsi quoque, e contrario, pellebantur,) hic pro *insuper*, non expectantes, ut v. 37. 1. et ap. Suet. Tib. 11. Contra Drak. *ultro vim facere* dici h. l. monet, qui hostem primi aggrediantur.' *Rupert.*—11 Vett. libb. teste Sigon. *certe varia memoria est.*—12 ' *Cum refugientem eum in aquam natantem.* Tò *eum* ab Sigonio: *natantem* in primo video Aldo. Tres Pall. Men. Andreas, et ex eo propagatæ: *cum refugientem in aquam nantem sequeretur.* Et hoc nobis sufficit.' *J. F. Gronov.* ' Verba *quemque timentem altitudinem* non satis eleganter dicta videntur; et pro *nantem* cum Bauero forte leg. *nando*

NOTÆ

adhibebant. Hispani quoque prælaturi cetras rythmice pulsabant, et cum saltu cantuque hostem invadebant, teste Silio lib. III. ac X. et Diodoro Sic. Neque ab his abhorrebat mos Laconum, qui ad tibiam et numeros pugnam inibant, et congressi pæana canebant: quo nomine canticum potius sive hymnus significatur, quam inconditus ululatus.

[m] *Quatientes scuta*] Eundem morem Asiatici quoque Galli servabant, si Auctori nostro fides, lib. XXXVIII. cap. 17. ' Cantus,' inquit, ' inchoantium prælium, et ululatus et tripudia, et quatientium scuta in patrium morem, horrendus armorum crepitus.'

quemque timentem altitudinem destituerat vadum,[13] impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente.[q] Ceterum magis constat, ratibus trajectos. Id ut tutius consilium ante rem foret, ita, acta re, ad fidem pronius est.[r] Ratem unam, ducentos longam pedes, quinquaginta latam, a terra in amnem porrexerunt: quam, ne secunda aqua deferretur, pluribus validis retinaculis parte superiore ripæ religatam, pontis in modum humo injecta constraverunt; ut belluæ audacter velut per solum [14] ingrederentur. Altera ratis, æque lata, longa pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est: et cum elephanti, per stabilem ratem, tanquam viam, prægredientibus fœminis, acti, in minorem applicatam transgressi sunt; extemplo resolutis, quibus leviter annexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus ad alteram ripam pertrahitur: ita primis expositis, alii deinde repetiti[n] ac trajecti sunt. Nihil sane trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur. Primus erat pavor, cum, soluta ab ceteris rate,[15] [o] in altum ra-

[q] *Elephantem, præ ceteris animosum, a rectore suo provocatum, eundem secutum fuisse, cum is in flumen refugeret natatu trajecturus; et sic ceteros post se traxisse, ipso impetu fluminis in adversam ripam eos rapiente, prout eorum quisque aquæ altitudinem metuens a vado destituebatur.*

[r] *Consilium illud, quemadmodum ante rem ipsam (scilicet ante transitum elephantorum) maxime tutum fuisset, sic post peractam rem creditu facilius est.*

vel *nans;* etsi participia sæpe ἀσυνδέτως junguntur, quod monet Schæfer.' *Rupert.* 'Τὸ *nantem* ad glossas, quibus textus Livianus inquinatus fuit, referendum esse, vix dubito.' *Doering.*—13 'Duo Pall. Men. Voss. Andreas: *destitueret vado.* Tarvis. quoque et Venetæ, *vado:* sed *destituerat.* Juntas quod editur. Legendum videtur: *destituerant vada.*' J. F. Gronov.—14 Conj. Bauer. *per solidum,* et mox *transgressi essent.*—15 '*Soluta ab ceteris rate:* 'a quibusnam? A ceterisne elephantis? Non patitur voc. *soluta.* Ab hominibus ergo? etsi alios non posuit: qui tamen in verbis prioribus subintelliguntur, quæ ab aliis acta exponant. An *a certis* sc. hominibus, quibus id datum negotii esset? Utrumque otiosum videtur. An *soluta altera rate* legimus?' *Bauer.* Si Polyb. III. 46. contuleris, probabile fit, non in his verbis, sed in

NOTÆ

[n] *Alii deinde repetiti*] Id est, petiti et trajecti post primos: non enim iidem iterum petebantur.

[o] *Soluta ab ceteris rate*] Ratis illa, qua vehebantur elephanti, uni tantum stabili rati annexa dicitur fuisse, non pluribus. A quibus ergo *ceteris* solutam intelligemus? Non a ratibus, sed ab elephantis, a quibus avellebantur, quos soluta ratis trajiciebat.

perentur. Ibi, urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationis [16] aliquantum edebant; donec quietem ipse timor circumspectantibus [17] aquam fecisset. Excidere etiam sævientes [p] quidam in flumen. Sed, pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

29. Dum elephanti trajiciuntur, interim Hannibal Numidas equites [q] quingentos ad castra Romana miserat speculatum, ubi et quantæ copiæ essent, et quid pararent. Huic alæ equitum missi, ut ante dictum est, ab ostio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. Prælium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur. Nam præter multa vulnera cædes etiam prope par utrimque fuit: fugaque et pavor Numidarum Romanis, jam admodum fessis, victoriam dedit. Victores ad centum sexaginta,[18] nec omnes Romani, sed pars Gallorum: victi amplius ducenti [19] ceciderunt.[s] Hoc principium simul omenque belli, ut summæ rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam [20] ancipitisque certaminis victoriam, Romanis portendit. Ut,[1] re ita gesta, ad utrumque ducem sui redierunt, nec Scipioni [2] stare sententia poterat, nisi ut ex consiliis cœptisque

[s] *Sed partim e Gallorum numero fuere qui ex Romano exercitu victore occisi sunt: ex victis autem Pœnis plus quam ducenti occisi sunt.*

superioribus vitia latere, et legendum esse: *et cum elephanti, per stabiles rates,* (illas duas) *tanquam viam, p. f. acti in* (duas) *minores applicatas* (non stabiles, sed mobiles, firmiter quidem inter se colligatas, ad *ceteras* vero sive duas stabiles ita, ut *vincula, quibus leviter iis essent annexæ, extemplo resolvi possent*) *transgressi sunt* cet. Forte et Livius per errorem aut alios secutus auctores unam tantum ratem fuisse mobilem putavit, ideoque dixit *minorem applicatam* et deinde *soluta rate ab ceteris*, duabus stabilibus.' *Rupert.*—16 *Trepidationem* Edd. plerique ante Drak.—17 *Circumspicientibus* Edd. ante Drak.

18 ' Polybius non *LX.* sed *XL.* habet, ex quo corrigendus videtur locus.' *Stroth.* Idem censet Rupert.—19 *Ducentis* et mox *simulque omen* Edd. ante Drak.—20 Mss. plerique *incruente:* alii, in quibus Cantabrig. et Gud. *incruenti.* —1 *Ut* del. omnes præter Drak.—2 Olim legebatur *Scipionis.* Post *sententia*

NOTÆ

[p] *Sævientes*] Intellige commotos pavore, non crudelitate agitatos.

[q] *Numidas equites*] Optimi equites semper habiti Numidæ, ut qui sine frænis equos velocissimo cursu agere soliti fuerint, parique pernicitate ad suos regredi, et sic ad speculandum magis quam ad statariam pugnam apti.

hostis et ipse conatus caperet;[t] et Hannibalem incertum, utrum cœptum in Italiam intenderet iter, an cum eo, qui primus se obtulisset Romanus exercitus, manus consereret, avertit[3] a præsenti certamine Boiorum legatorum reguliqne Magali[4][r] adventus; qui se duces itinerum, socios periculi fore, affirmantes, integro bello, nusquam ante libatis viribus, Italiam aggrediendam censent. Multitudo timebat quidem hostem, nondum obliterata memoria superioris belli: sed magis iter immensum Alpesque, rem fama utique inexpertis horrendam, metuebat.

30. Itaque Hannibal, postquam ipsi sententia stetit[s] pergere ire, atque Italiam petere, advocata concione, varie militum versat animos castigando adhortandoque: ‘ Mirari se, quinam pectora semper impavida repens terror invaserit. Per tot annos vincentes eos stipendia facere; neque ante Hispania excessisse, quam omnes gentesque et terræ eæ, quas duo diversa maria[t] amplectantur, Carthaginiensium essent.[5] Indignatos deinde, quod, quicumque Saguntum obsedissent, velut ob noxam, sibi dedi postularet populus Romanus,[u] Iberum trajecisse ad delendum nomen

[t] *Nec licebat Scipioni certi aliquid apud se statuere; sed necesse erat, ut juxta ea quæ Hannibal decrevisset, ac moliretur, ipse quoque sua molimina regeret.*

excidisse voculam *alia*, sensumque esse, nec in alia nunc Scipio acquiescere poterat sententia, putat Doering.—3 *Averterat* Ald. Frob. Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—4 Al. *Matali, Malcali, Machali, Macali.*

5 Omnes scripti *terras eas . . . esse.* ‘ Possis suspicari *gentesque et terras*

NOTÆ

[r] *Regulique Magali*] Alias *Matali.* Hunc Boiorum regulum Magilon Polyb. appellat; et facilis in barbaris præsertim nominibus vocalium *a* et *i* permutatio, ut in Masinissa, qui etiam Masanissa; et in Mithridate, qui et Mithradates scribitur.

[s] *Postquam ipsi sententia stetit*] Gall. *Après qu'il eut pris la resolution de passer outre.*

[t] *Duo diversa maria*] Ambitur Hispania ad meridiem fere et ortum Mediterraneo; ad occasum et septemtrionem Oceano; quæ duo maria intermedio freto Gaditano dirimuntur, vel potius miscentur.

[u] *Sibi dedi postularet populus Romanus*] Alludit ad usum Romanorum, qui, servum, qui alteri nocuerat, noxæ dedendo, a damni sarciendi obligatione liberabantur ex lege XII. tabularum. Hoc itaque *dedendi* verbo, tanquam servile quid sapiat, ideoque odiosum sit, utitur hic Hannibal ad

Romanorum, liberandumque orbem terrarum. Tum nemini visum id longum, cum ab occasu solis ad exortus [6] intenderent iter. Nunc, postquam multo majorem partem itineris emensam cernant, Pyrenæum saltum inter ferocissimas gentes superatum, Rhodanum, tantum amnem, tot millibus Gallorum prohibentibus, domita etiam ipsius fluminis vi, trajectum, in conspectu Alpes habeant, quarum alterum latus Italiæ sit; [7] [x] in ipsis portis hostium fatigatos subsistere, quid Alpes aliud esse credentes, quam montium altitudines? Fingerent altiores Pyrenæi jugis.[y] Nullas profecto terras cœlum contingere, nec inexsuperabiles humano generi esse. Alpes quidem habitari, coli, gignere atque alere animantes. Pervias paucis esse: exercitibus invias? [8] [z] Eos ipsos, quos cernant, legatos [a] non pennis sublime elatos [b] Alpes transgressos: ne majores [9] quidem

eas... Carthaginiensium fecissent.' J. F. Gronov.—6 ' Al. *ortum;* forte *exortum.'* Rupert.—7 Olim legebatur, *quarum alterum latus Italia sit.*—8 ' *Pervias paucis esse:* nam modo *legatos* Boiorum (v. cap. 29. extr.) *Alpes transgressos.* Easdem vero *exercitibus invias* existimari? Respondet orator: Gallorum *ingentia sæpe agmina Alpes tuto transmisisse,* (cf. v. 34. 35.) et *militi armato nihil invium aut exsuperabile esse.* Orator a minori ad majus progreditur, et dubia, nude posita, exemplis refutat. Oratoria autem vis et affectus augetur interrogatione, minuiturque, si ex emend. Stroth. legeris *pervias paucis esse, nec exercitibus invias.* Vox tamen *invias* primum adjecta in ed. Mediol. unde Gron. conj. *pervias paucis esse; non exercitibus?—legatos non pennis* in *sublime elatos,* forte *sublimes;* Ern. Malim *sublime latos;* Schæf. Cf. Schelleri

NOTÆ

irritandos suorum animos. Eum autem *dedi* postulaverant Romani, supra cap. 6. et 18.

[x] *Alterum latus Italiæ sit*] Pars Alpium in occasum versa ad Galliam Braccatam pertinebat, pars quæ orientem respicit, ad Italiam. Nec tamen absurda omnino lectio alia, *quarum alterum latus Italia sit;* nam *Italia* dici potest pars Italiæ.

[y] *Altiores Pyrenæi jugis*] Dicitur æque Pyrenæus mons, et montes Pyrenæi, quemadmodum Alpis et Alpes. Nec tamen summo Pyrenæo longe excelsior Alpis summa.

[z] *Exercitibus invias*] Interrogatio est, quæ id negat quod videtur affirmare: et certe quæ paucis pervia sunt, ea facilius videntur ab ingenti exercitu superari posse. Nomen *invias* debemus editioni Mediolanensi, quæ scriptis, et antea editis ignota: qua tamen demta laborat omnino sententia.

[a] *Quos cernant, legatos*] Boiorum nempe Italicorum, quorum majores e Gallia nostra in Italiam trangressi.

[b] *Sublime elatos*] Adverbialiter sumitur hic *sublime:* quæ loquendi forma Ciceroni et Virgilio non incognita, pro eo quod est in sublime, vel per sublime, sive per aërem.

eorum indigenas; sed advenas Italiæ cultores has ipsas Alpes ingentibus sæpe agminibus[c] cum liberis ac conjugibus, migrantium modo, tuto transmisisse.[10] Militi quidem armato, nihil secum præter instrumenta belli portanti, quid invium aut inexsuperabile esse? Saguntum ut caperetur, quid per octo menses periculi, quid laboris exhaustum esse? Romam, orbis terrarum caput, petentibus quicquam adeo asperum atque arduum videri, quod inceptum moretur? Cepisse quondam Gallos ea, quæ adiri posse Pœnus desperet. Proinde aut cederent animo atque virtute genti, per eos dies toties ab se victæ,[d] aut itineris finem sperent campum interjacentem Tiberi ac mœnibus Romanis.'[e]

31. His adhortationibus incitatos corpora curare atque ad iter se parare jubet. Postero die, profectus adversa ripa Rhodani,[u] mediterranea Galliæ petit: non quia rectior ad Alpes via esset, sed, quantum a mari recessisset, minus obvium[11] fore Romanum credens: cum quo, prius quam in Italiam ventum foret, non erat in animo manus conserere. Quartis castris[f] ad Insulam pervenit.[g] Ibi Isara[12] Rho-

[u] *Secundum sinistram Rhodani ripam, adverso flumine.*

Obss. p. 198.' *Rupert.*—9 Al. *nec majores.*—10 Vet. lib. apud Sigon. *tuto transisse.*

11 '*Obviam* Edd. omnes præter Drak. porro ad *minus* addunt Mss. duo vocabulum *tanto*, quod utique intelligendum est.' *Stroth.*—12 Vulg. *Arar.*—

NOTÆ

[c] *Ingentibus sæpe agminibus*] Galli Alpes quinquies transgressi ad occupandam Italiam memorantur a Livio lib. v. cap. 34. et 35.

[d] *Genti, per eos dies toties ab se victæ*] Jactantia Punica, vel Liviana malevolentia in Transalpinos: cum semel tantum pars exigua Volcarum arte Hannibalis delusa; reliqui, ut ipse Auctor indicat, auro et muneribus deliniti transitum pacatum ei permisissent.

[e] *Campum interjacentem Tiberi ac mœnibus Romanis*] Quis ille campus sit ambigi posset, quando Romana mœnia Tiberim jam tum attingebant. Sed tamen campum Martium intelligas licet, qui extra urbem ad Tiberis divertigium erat.

[f] *Quartis castris*] Gall. *au quatrième campement.* Hæc et sequentia valde suspectum mihi faciunt totum hoc Hannibalis iter. Cum enim castra Scipionis fuisse dicantur ad ostium Rhodani c. 26. et 29. ejusque equitatus cum Numidis Hannibalis ad speculandum missis atrox prælium commiserit; vix est, ut unius, certe minus quam bidui, itinere ab mari abfuerit Hannibal cum flumen trajecit. Trans-

danusque[h] amnes, diversis[13] ex Alpibus[i] decurrentes, agri aliquantum[14] [k] amplexi, confluunt in unum: inde[15] mediis campis Insulæ nomen inditum. Incolunt[16] prope Allobroges,[l] gens jam inde[17] nulla Gallica gente opibus aut fama inferior: tum discors erat. Regni certamine ambigebant fratres. Major, et qui prius imperitarat, Brancus

13 *Diversi* Gronov. e conjectura Rubenii. Vid. Not. Var.—14 Al. *aliquantulum.*—15 '*Inde* ante *mediis* inserui auctore Jac. Gronov. quia in multis Mss. est *in mediis.*' Rupert. Vulg. deest.—16 Olim legebatur *Accolunt.*—17 '*Forte legendum *jam diu,* vel *inde* loco motum et supra ante *mediis* ponen-

NOTÆ

itus ergo ille circa vel paulo infra Arelatensem agrum supponatur. Hoc posito, cui persuaderi poterit, quaternis castris ad confluentes Rhodani et Araris perventum ab exercitu, et emensa itinere quatridui circiter centum quadraginta passuum millia, transitosque decem majores aut minores amnes?

g *Ad Insulam pervenit*] Indicare creditur locum, ubi postea Lugdunum a Lucio Munacio Planco vel conditum, vel instauratum. Sed ob rationem superiori adductam nota, facile adducor ut credam ad Druentiæ cum Rhodano juxta Avenionem confluentes Insulam hanc fuisse. Ibi enim vera insula est haud pœnitendæ magnitudinis: sed nihil ad Ægyptiacum Delta, cum quo a Polybio comparatur imaginaria illa inter Rhodani et Araris fontes interjecta insula. Inter quas tamen insulas hoc discrimen Polyb. agnoscit, quod Delta non solum duobus Nili brachiis hinc inde alluitur, sed etiam mari Mediterraneo; at hujus, quam inter Araris et Rhodani fluenta collocat, tertium latus, non mari aut flumine, sed montibus clauditur, Jura nimirum et Vogeso. Adde quod, si hæc insula in Cavaris ponatur, verisimile erit, quod statim subjicitur, '*Inde ad lævam in Tricastinos iter flexisse Hannibalem,*' id scilicet e proximo facturus: finitimi quippe Cavaris Tricastini. At si Hannibal ad vicina Lugduno loca accessisset, Tricastinos ad dextram e longinquo fuisset repetiturus.

h *Isara* [*Arar*] *Rhodanusque*] Ararim posteriores Secaunam dixere; unde vulgare nomen, *la Saone.*

i *Diversis ex Alpibus*] Sic veteres libri; estque hoc certum de Druentia et Rhodano, quorum prior ex Cottiis, (*du Mont Cenis,*) posterior funditur e Penninis, (*du grand S. Bernard,*) haud procul Rheni ac Danubii fontibus: non ita de Arari, qui ex Vogeso oritur (*des Monts de Vauge*). Quanquam veteri Gallorum lingua altiores montes generali vocabulo Alpes vocabantur, teste Servio in III. Georgicon, et Isidoro Origin. lib. XIV. c. 8. adeo ut Pyrenæi quoque Alpium nomine dicti ab accolis fuerint, auctore Procopio lib. II. de bello Gothico.

k *Agri aliquantum*] Hoc quoque Insulæ, quam efficit Druentia in Rhodanum influens, recte convenit. Nam inter Ararim et Rhodanum ingens est terrarum tractus.

l *Allobroges*] Ingens Galliæ Braccatæ populus fuit, ut qui magnam partem hodierni Delphinatus et Sabaudici Ducatus complecterentur.

nomine, minore ab fratre et cœtu juniorum, qui jure minus, vi plus poterant,[18] pellebatur. Hujus seditionis peropportuna disceptatio cum ad Hannibalem rejecta esset, arbiter regni factus, quod ea senatus principumque sententia fuerat,[19] imperium majori restituit. Ob id meritum commeatu copiaque rerum omnium, maxime vestis,[20] est adjutus, quam infames[r] frigoribus Alpes præparari [1] cogebant. Sedatis certaminibus Allobrogum,[m] cum jam Alpes peteret, non recta regione[n] iter instituit, sed ad lævam [2] in Tricastinos[o] flexit: inde per extremam oram Vocontiorum[p] agri tetendit in Tricorios:[q] haud usquam impedita via, priusquam ad Druentiam[r] flumen pervenit. Is et ipse Alpinus amnis longe omnium Galliæ fluminum difficillimus transitu est. Nam cum aquæ vim vehat ingentem, non tamen navium patiens est: quia nullis coërcitus ripis, plu-

[r] *Famosæ.* Gall. *Diffamées.*

dum.' *Rupert.*—18 *Poterat* in omnibus fere Mss. omnibusque edd. ante Drak. prob. Stroth. ut ad remotius *fratre* referatur.—19 *Quod erat senatus principumque sententia futurum* Gronov. et rell. præter Crev. et Drak.—20 *Omnium et vestis* et mox *quæ* pro *quam* Edd. omnes præter Drak. Vid. Not. Var.—1 *Præparare* Edd. ante Drak.—2 *A læva* emend. Lips. in Epist. ad Belgas I. 93.

NOTÆ

[m] *Sedatis certaminibus Allobrogum*] Si verum hoc Hannibalis de regno Allobrogum, vel partis eorum, arbitrium; vix est, ut ante aditos Tricastinos et Vocontios contigerit: neque enim post Rhodani transitum, nisi per hosce populos, potuit Hannibal ad Allobroges penetrare.

[n] *Non recta regione*] Sane. Nam recta regione, (si jam in Allobrogum tractu Hannibal versabatur,) nec meridiem versus remetiendum iter fuisset: nec inde ad Alpes tendenti Tricastini ad lævam, sed potius ad dextram.

[o] *In Tricastinos*] Exiguus ad Rhodanum populus, nunc *Diocése de S. Paul de Trois-Châteaux* in Delphinatu.

[p] *Oram Vocontiorum*] Vicini Segalaunis et Tricastinis, ad ortum, inter Isaram et Druentiam amnes, Vocontii, nunc *Diocéses de Die en Dauphiné, et de Vaison dans le Venaissin.*

[q] *In Tricorios*] Tricorii haud magni nominis populus Vocontiis ad orientem æstivum, et forte eorundem pagus. Nominis vestigia servat aliquatenus tractus in Valentinensi Delphinatium agro, vulgo *Trieves*, cujus primarium oppidum *Mens.*

[r] *Ad Druentiam*] Ex Alpibus Cottiis ad meridiem per Brigantium primum Ebrodunum et Segusteronem decurrit Druentia, vulgo *la Durance:* ac deinde in occasum flexo cursu per Cabellionem in Rhodanum influit sub Avenione.

ribus simul, neque iisdem alveis fluens, nova semper vada novosque gurgites,[3] (et ob eadem pediti quoque incerta via est,) ad hæc saxa glareosa[4] volvens,[s] nihil stabile nec tutum ingredienti præbet; et tum, forte imbribus auctus, ingentem transgredientibus tumultum fecit, cum super cetera trepidatione ipsi sua atque incertis clamoribus turbarentur.

32. P. Cornelius consul triduo fere post, quam Hannibal ab ripa Rhodani movit, quadrato agmine ad castra hostium venerat, nullam dimicandi moram facturus. Ceterum, ubi deserta munimenta, nec facile se tantum prægressos[5] assecuturum videt; ad mare ac naves[6] rediit, tutius faciliusque ita descendenti ab Alpibus Hannibali occursurus. Ne tamen nuda auxiliis Romanis Hispania esset, quam provinciam sortitus erat, Cn. Scipionem fratrem cum maxima parte copiarum adversus Hasdrubalem misit; non ad tuendos[7] tantummodo veteres socios conciliandosque novos, sed etiam ad pellendum Hispania Hasdrubalem. Ipse cum admodum exiguis copiis Genuam[8] repetit,[t] eo, qui circa Padum[u] erat, exercitu Italiam defensurus. Hannibal ab Druentia campestri maxime itinere ad Alpes[9] cum bona pace incolentium ea loca Gallorum pervenit.[y] Tum,

[y] *Pervenit ad Alpes, consentientibus Gallis, qui ea loca inhabitabant.*

Idem, vel *ad dextram*, leg. putabat Drak.—3 ‘ *Faciens* addit ed. Mediol. et exinde omnes deinceps edd. repugnantibus Mss. omnibus. Apte pendere omnia a verbo *volvens* jam Gronovius monuit.’ *Stroth.*—4 Al. *glomerosa* et *globosa*: *glareasve* aut *glareasque* conj. J. F. Gronov. haud improb. Drak.

5 Al. *progressos*.—6 Mog. *ad mare ad naves r.*—7 *Tutandos* Gronov. Doujat. Crevier.—8 Antea *Placentiam*.—9 ‘ Verba *ad Alpes* in omnibus edd. ante Stroth. et plerisque Mss. perperam post illa *cum bona pace*, sed in 2. optimis

NOTÆ

[s] *Saxa glareosa volvens*] Aliis *saxa globosa*, quemadmodum Noster lib. XXXVIII. ‘ Saxis globosis:’ et vero quamvis glareosum solum, et glareosa loca dicantur, non tamen facile est reperire glareosa saxa; est enim *glarea* nihil aliud quam minutorum lapidum atque arena mixtorum quasi congeries, qualis plerumque in littore ac fluminibus. Gall. *le gravier*. Non igitur male conjicit Gronov. hic scribendum, *saxa glareasque*.

[t] *Genuam repetit*] Ligurum princeps civitas mari Ligustico imminens adhuc nomen retinet, nostris vulgo *Gennes*.

[u] *Circa Padum*] Italiæ fluviorum rex Eridanus, alio nomine Padus di-

quanquam fama prius[10] (qua incerta in majus vero ferri solent) præcepta res erat,[z] tamen ex propinquo visa montium altitudo, nivesque cœlo prope immixtæ, tecta informia imposita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore, homines intonsi et inculti,[x] animalia inanimaliaque[11] omnia rigentia gelu, cetera visu, quam dictu, fœdiora,[a] terrorem renovarunt. Erigentibus in primos agmen clivos apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani;[y] qui, si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam stragemque dedissent. Hannibal consistere signa jubet; Gallisque[z] ad visenda loca præmissis, postquam comperit, transitum ea non esse, castra inter confragosa omnia præruptaque, quam extentissima potest valle, locat. Tum per eosdem Gallos, haud sane multum lingua moribusque abhorrentes, cum se immiscuissent colloquiis montanorum, edoctus interdiu tantum obsideri saltum, nocte in sua quemque dilabi tecta; luce prima subiit tumulos, ut ex aperto atque interdiu vim[12] per angustias facturus. Die deinde simulando aliud, quam quod parabatur, consumto, cum eodem, quo constiterant, loco castra communissent,[13] ubi primum degressos tumulis montanos

[z] *Quanquam Hannibalis copiæ rem (altitudinem scilicet Alpium) prius cognoverant et præceperant animo ex fama, quæ solet res ignotas ultra verum augere.*
[a] *Magis terribilia.*

Mss. ante ea leguntur.' *Rupert.*—10 ' *Prius* redundat, aut sign. antequam eo venissent.' *Bauer.* Vid. Not. Var.—11 ' *Inanimaliaque* e Mss. et priscis edd. restitui: *inanimaque* ed. Mediol. et seqq. ex emend. Vallæ: *inanimataque* conj. Gron. et *inanimantiaque* Drak.' *Rupert.*—12 *Viam* Mediol. Froben. Grut. Francof. Gronov. all.—13 ' Al. *constiterat* et *communisset*, forte rectius.' *Rupert.*

NOTÆ

citur, hodie *Po*, Galliam Italicam dividens in Cispadanam et Transpadanam. Eo alterum Romanum exercitum duxerat Atilius prætor Manlio prætori ad Tanetum opem laturus, supra cap. 26.

[x] *Homines intonsi et inculti*] Hinc inter Inalpinos populos dicti Capillati, quorum plura genera, Plinio teste.

[y] *Montani*] Duo hic indicantur, ni fallor, Alpini populi: Brigantios et Garacelos conjicere possumus, vulgo *les Briançonnois, et les Montagnards du petit Senis.*

[z] *Gallisque*] Plures enim Galli sequebantur Hannibalem, præsertim Boiorum Italicorum legati, qui se

laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus, quam pro numero manentium, in speciem factis, impedimentisque cum equite relictis, et maxima parte peditum; ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro, raptim angustias evadit, iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit.

33. Prima deinde luce castra mota, et agmen reliquum incedere cœpit. Jam montani signo dato ex castellis ad stationem solitam conveniebant; cum repente conspiciunt alios, arce occupata sua,[a] super caput[14] imminentes, alios via transire[15] hostes. Utraque simul objecta res oculis animisque immobiles[16] parumper eos defixit.[b] Deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipsum tumultu[17] misceri agmen [b] videre, equis maxime consternatis, quicquid adjecissent ipsi terroris, satis ad perniciem fore rati, perversis[18] rupibus[c] juxta invia ac devia assueti discurrunt.[c] Tum vero simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; plusque inter ipsos, (sibi quoque tendente,[19] ut periculo prius evaderet,)[d] quam cum hostibus,

[b] *Aliquamdiu defixos tenuit, atque attonitos.*

[c] *Discurrere cœperunt, tam per loca quæ nullomodo adiri posse videbantur, quam per ea quæ extra viam posita erant; per rupes scilicet inaccessas ceteris mortalibus, sibi tamen ex consuetudine aditu faciles.*

[d] *Cum pro se quisque niteretur, ut discrimine imminente se ante alios liberaret.*

14 *Sua super capita* conj. Sigon. et, ne τὸ *sua* redundet, *arce summa* vel *subito* Bauer.—15 Conj. J. F. Gronov. *alios infra transire.*—16 *Objecta res oculis, animis immobiles* Gronov. Doujat.—17 Olim legebatur *suoque ipso tumultu Hannibalis.*—18 '*Perversis* inepta et vere perversa lectio; Doering. *per transversæ rupis juxta invia ac devia* conj. Gron. et *percursis* vel potius *transversis* Bauer. Forte leg. *præcelsis rupibus*, vel *satis ad perniciem fore rati perculsis, rupibus . . . decurrunt.*' Rupert. *Diversis rupibus, juxta i. a. d. assueti, decurrunt* dat Kreyssigius.—19 'Perperam in plerisque Mss. et Edd. legitur *sibi cuique tendenti*, cum aperte sextus casus requiratur: mox fere placet, quod est in uno Ms. *periculum;* sicut paulo ante dixerat 'angustias eva-

NOTÆ

duces itineris obtulerant, supra cap. 29.

[a] *Arce occupata sua*] Tumulis, seu locis eminentioribus, quibus montani pro arce usi erant.

[b] *Suoque ipsum tumultu misceri agmen*] Quidam codices habent *Hannibalis misceri agmen*, et sensus quidem, eo nomine omisso, satis patet, sed illud additum faciliorem adhuc præstat intellectum.

[c] *Perversis rupibus*] Num melius, *per transversæ rupis juxta invia ac devia assueti decurrunt?*

certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant, qui et clamoribus dissonis, quos nemora etiam repercussæque valles augebant, territi trepidabant, et icti forte aut vulnerati adeo consternabantur, ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum omnis generis facerent: multosque turba, cum præcipites deruptæque utrimque angustiæ essent, in immensum altitudinis dejecit;[e] quosdam et armatos: sed ruinæ[20] maximæ modo[d] jumenta cum oneribus devolvebantur. Quæ quanquam fœda visu erant, stetit parumper tamen Hannibal, ac suos continuit,[e] netumultum ac trepidationem augeret. Deinde postquam interrumpi agmen vidit, periculumque esse, ne exutum impedimentis exercitum nequicquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco; et, cum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum[1] auxit. Sed is tumultus momento temporis, postquam liberata[2] itinera fuga montanorum erant, sedatur: nec per otium modo, sed prope silentio, mox omnes traducti. Castellum inde,[f] quod caput ejus regionis erat, viculosque circumjectos[3]

[e] *Propter multitudinem affluentem, multi non tantum lixæ et calones, sed etiam milites, in profundissima præcipitia impulsi sunt, quod præruptæ utraque ex parte essent angustiæ.*

dit:' neque tamen receptum falsum est.' *Stroth.* Pro *prius* conj. Rupert. *prior.*—20 *Armatos: inde ruinæ* Edd. fere omnes præter Drak. Pro *maximæ* malebat Duk. et Bauer *maxime.* Verbum *devolvebantur,* quod in Mss. Flor. ab alia manu ascriptum est, delere malebat J. F. Gronov. ut omnia a *dejecit* penderent.—1 In plerisque Mss. et Edd. est *equis quoque tumultum:* in aliis Edd. *suis tumultum* sine *quoque.*—2 ' Flor. *liberatum:* ut possis suspicari fuisse, *liberatum iter.*' J. F. Gronov.—3 Olim legebatur *vicosque*

NOTÆ

[d] *Ruinæ maximæ modo*] Hic *modo* non est adverbium, significans solummodo, ut putabat Sigonius; sed nomen sexti casus, ut sit *ruinæ more,* ut apud Horat. ' Apis Matinæ more modoque.' Sic Liv. alibi ' grandinis modo:' qui et hunc locum exprimit lib. XLII. cap. 66. ' ruinæ quoque prope similem trepidationem fecit:' quod notavit Gruter.

[e] *Suos continuit*] Per *suos,* intellige *proximos,* quos ipse Hannibal secum ducebat et circa se habebat.

[f] *Castellum inde*] Hic *castellum* est exiguum oppidum. Suspicor designari Brigantionem, vulgo *Briançon en Dauphiné.*

capit, et captivo frumento ac pecoribus[4 g] per triduum exercitum aluit. Et quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantum eo triduo viæ confecit.

34. Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum.[h] Ibi non bello aperto, sed suis[5] artibus, fraude, deinde insidiis[6] est prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad Pœnum veniunt, ‘ alienis malis, utili exemplo, doctos,’ memorantes, ‘ amicitiam malle, quam vim experiri Pœnorum, itaque obedienter imperata facturos: commeatum itinerisque duces, et ad fidem promissorum obsides acciperet.’ Hannibal nec temere credendo, nec aspernando, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne cum respondisset; obsidibus, quos dabant, acceptis, et commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus, nequaquam, ut inter pacatos, incomposito[7] agmine duces eorum sequitur. Primum agmen elephanti et equites erant: ipse post cum robore peditum,

circumjectos.—4 ‘ In Mss. et primis edd. legitur *et captivo ac pecoribus*, unde Valla et alii reposuere *et captivorum pecoribus*, sed Stroth. quem secuti sumus, *et captivo frumento ac p.* ex Polyb. III. 5. εἰς δὲ τὸ μέλλον ἔσχε μὲν καὶ σίτου καὶ θρεμμάτων ἐπὶ δυοῖν καὶ τρισὶν ἡμέραις εὐπορίαν. Vulgatam lect. *et captivorum pecoribus* recte damnat Bauer, quærens: quinam illi captivi? aut quorsum attinebat capi, ut pecoribus eorum alerentur milites, cum sat foret, pecora capta esse? Nec tamen placet conjectura ejus *et vicorum p.* Ern. conj. *captivis.* Forte leg. *et raptis eorum pecoribus.* Plura excidisse suspicabatur Gron. quia Polyb. verbis præc. tradiderit, Hannibalem recepisse numerum ingentem equorum, jumentorum, hominumque, a montanis abductorum. Idem Gron. non male mox emend. *et quia nec montani prælio perculsi nec loca m. impediebant.*’ Rupert. ‘ Ante *montanis* excidisse videtur *a*, et *impetu* post *primo:* aut illi sunt absoluti ablat. et *primo* sign. statim ab initio.’ *Bauer.*

5 ‘ Τὸ *suis*, quod ab aliena manu illatum esse videtur, ejiciendum puto.’

NOTÆ

g *Et captivo frumento ac* [*captivorum*] *pecoribus*] Vallæ correctio est: nam in scriptis legitur *captivo, ac pecore.* Sed excidisse aliquid videtur, quod ex Polybio supplere licet. Is refert Hannibalem ab montanis, quos impetu facto devicerat, magnum equorum ac jumentorum numerum abduxisse. Eorum itaque *captivorum pecoribus* triduo victitavit ejus exercitus.

h *Alium . . . populum*] Hi Garoceli videntur fuisse, quorum sedes in superioribus vel Brigantionensium vel Mauriennensium locis.

circumspectans solicitusque[8] omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper imminenti ventum est, undique ex insidiis barbari a fronte, ab tergo coorti, cominus eminus petunt:[9] saxa ingentia in agmen devolvunt: maxima ab tergo vis hominum urgebat. In eos versa peditum acies haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agminis[10] fuissent,[i] ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est: nam, dum cunctatur Hannibal demittere agmen[11] in angustias, quia non, ut ipse equitibus præsidio erat, ita peditibus quicquam ab tergo auxilii reliquerat; occursantes per obliqua montani, perrupto[12] medio agmine, viam insedere: noxque una Hannibali sine equitibus atque impedimentis acta est.

35. Postero die, jam segnius intercursantibus barbaris, junctæ copiæ, saltusque haud sine clade (majore tamen jumentorum, quam hominum, pernicie)[13] superatus: inde montani pauciores jam, et latrocinii magis quam belli more, concursabant: modo in primum, modo in novissimum agmen, utcumque[14] aut locus opportunitatem daret, aut progressi morative[f] aliquam occasionem fecissent. Elephanti, sicut præcipites[k] per arctas vias magna mora age-

[f] *Prout Pæni aut ultra procedebant, aut consistebant.*

Doering.—6 Flor. *fraude et insidiis.*—7 *Composito* Gronov. Drak.—8 *Solicitus* Edd. ante Drak.—9 Olim legebatur *et a tergo coorti cominus eminusque petunt.* —10 Al. *extrema agmina.*—11 *Agmen demittere* Gronov. Crev. *Cum cunctaretur Hannibal demittere in angustias agmen* Doujat. *dimittere* reliqui omnes cum Mss. fere omnibus. Vid. Not. Var.—12 *Perrupto* ex emend. Sigon. *erupto* in omnibus fere Mss. et edd. antt. *interrupto* conj. J. F. Gronov.
13 ' *Pernicie* forte delendum.' *Bauer.*—14 *Ut cuique* Edd. ante Crevier.—

NOTÆ

[i] *Nisi firmata extrema agminis fuissent*] Ita scripti, quod est Gall. *Si on n'eût pas fortifié l'arrière-garde:* nam *agmen* hic pro toto exercitu. Sed non male in editis plerisque legitur *extrema agmina.*

[k] *Elephanti, sicut præcipites*] Placet Gronovii correctio, *sicut principes:* nam cap. proxime superiori habetur ' primum agmen elephanti et equites erant.' Alioquin non poterant præcipites agi in his per montes viarum angustiis sine certo mortis periculo.

bantur,[15] ita tutum ab hostibus, quacumque incederent, (quia insuetis adeundi propius metus erat) agmen præbebant. Nono die in jugum Alpium perventum est,[l] per invia pleraque et errores,[m] quos aut ducentium fraus, aut, ubi fides iis non esset, temere initæ valles a conjectantibus iter, faciebant. Biduum in jugo[16] stativa habita; fessisque labore ac pugnando quies data militibus: jumentaque aliquot, quæ prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia agminis in castra pervenere. Fessis tædio tot malorum nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum,[17] [n] ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta cum, signis prima luce motis, segniter agmen incederet, pigritiaque et desperatio in omnium vultu emineret; prægressus signa Hannibal in promontorio[18] quodam,[o] unde

15 ' *Principes* male conj. Gron. Malim *sicut, præcipue per arctas vias, m. m. agebantur.*' Rupert. Edidit Kreyssigius *sicut per arctas præcipites vias.*—16 *Jugis* Edd. ante Drak. in quibus mox sine copula legitur *fessis.*—17 Al. *Vir-*

NOTÆ

[l] *Nono die in jugum Alpium perventum est*] A radicibus, seu a primis Alpibus ad summas: non a Pyrenæis, ut Orosius scripsit: quod nec locorum distantia, nec Polybii aut Livii narratio patitur.

[m] *Per invia pleraque et errores, &c.*] Rationem reddit cur nono demum die ad summa Alpis Cottiæ juga pervenerint Pœni, quod solita via vix bidui iter fuisset.

[n] *Sidere Vergiliarum*] Vergiliæ dicuntur stellæ septem in genu Tauri, ex eo nomen sortitæ, quod verno tempore oriantur; Græcis Pleiades, vel ἀπὸ τοῦ πλεῖν, quod est navigare, quoniam earum ortus navigationis tempus indicat; vel a Pleione, cujus filiæ ex Atlante genitæ in cœlum translatæ, atque in has stellas mutatæ fabulis feruntur. Notat tamen Ovidius ex illis, sex duntaxat apparere, quot Atlantides a Diis adamatæ; septimam Meropen, quæ Sisypho nupserat, pudore imparis conjugii, latere. Vergiliarum autem occasus hyemem inchoabat apud Romanos, incidens in tertium Idus Novembris, teste Plinio lib. II. Nat. Hist. cap. 47.

Occidente jam sidere Vergiliarum] Plinius l. II. cap. 47. ' Post id æquinoctium (autumnale) diebus ferme quatuor et quadraginta, Vergiliarum occasus hyemem inchoat: quod tempus in 3. Idus Novembris incidere consuevit.' Mirum profecto est peritum ducem tam sero aggressum esse Alpes transire, et quidem per eum Alpium tractum, qui exercitui ferme impervius est. Hæc tamen omnia ex Polybio habet Livius; qui et loca vidit, et homines eorum temporum æquales rem narrantes audivit. Vide lib. II. c. 48. et seqq. *J. Clericus.*

[o] *In promontorio quodam*] Accipiendum hoc nomen ex Turnebo lib. Adversariorum XIII. c. 18. pro eminenti

longe ac late prospectus erat, consistere jussis militibus Italiam ostentat subjectosque Alpinis montibus [p] Circumpadanos campos: ‘ mœniaque eos tum transcendere [q] non Italiæ modo, sed etiam urbis Romanæ.[19] Cetera plana, proclivia fore: uno aut summum [20] altero [r] prælio arcem et caput Italiæ in manu ac potestate habituros.’ Procedere inde agmen cœpit; jam nihil ne hostibus quidem, præter parva furta [s] per occasionem, tentantibus. Ceterum iter multo, quam in ascensu fuerat, (ut pleraque Alpium ab Italia sicut breviora, ita arrectiora [1] sunt,)[t] difficilius fuit. Omnis enim ferme via præceps, angusta, lubrica erat, ut neque sustinere se a lapsu possent, nec, qui paululum titubassent, hærere afflicti vestigio suo: [2] aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent.[g]

[g] *Ut si aliqui vel tantillum vacillarent, statim prolaberentur, nec possent in vestigio stare; et jumenta pariter ac viri, alii super alios corruerent.*

giliarum.—18 Al. *promuntorio.*—19 Olim legebatur *urbis Romæ.*—20 *Summo* Mss. omnes: *ad summum* Edd. antt.—1 Al. *arctiora.*—2 ‘ In plerisque Edd. contra Mss. legitur *nec si qui paululum t.* Crevierius, transposita particula *nec,* malebat: *ut neque sustinere se a lapsu possent, si qui paululum titubassent, nec hærere, &c.* quod utique magis perspicuum foret, modo codicum auctoritate firmaretur. Denique Cl. Drakenb. conjecturam admodum probabilem, atque exemplo Lib. III. c. 68. ‘ hærete affixi concionibus ’ egregie illustratam, proposuit, *hærere adfixi vestigio suo. Affligi* quidem res alicui dicuntur, quæ firmiter in aliquid impinguntur, ut inf. Lib. XXIV. cap. 34. ‘ cadentem navim ita undæ affligebat,’ sed hoc vix de premente vestigium dici poterit. Inf. cap. seq. de eadem re ait: ‘ lubrica glacie non recipiente vestigium.’ Certe si *afflicti* genuinum sit, nihil aliud significare potest quam affixi, firmiter insistentes. Utrumque inter se permutari patet quoque ex loco Horatii Serm.

NOTÆ

et editissimo in Alpibus jugo, non pro rupe in mare prominente, quæ trita est ejus nominis significatio. Dicitur autem a prominendo.

[p] *Subjectosque Alpinis montibus*] Eam regionem Pedemontium nunc appellamus, quod ad pedes Alpium sit.

[q] *Mœniaque eos tum transcendere*] Alpes firmissima Italiæ atque adeo Romæ urbis adversus exteras gentes propugnacula semper habitæ fuerunt.

[r] *Uno aut summum altero*] Ita non solum Livius, sed etiam Cicero *summum* adverbialiter usurpant, elegantius quam quod vulgo dicitur *ad summum.*

[s] *Præter parva furta*] Furti nomen de iis omnibus dicitur, quæ clam fiunt; et *furta belli* figurate pro insidiis.

[t] *Sicut breviora, ita arrectiora* [*arctiora*] *sunt*] Hic *breviora* non in porrectum sive in longitudinem, sed in

36. Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes circa eminentes, demittere sese posset.[h] Natura locus jam ante præceps, recenti lapsu terræ in pedum mille admodum altitudinem[u] abruptus erat.[3] Ibi cum, velut ad finem viæ, equites constitissent; miranti Hannibali, quæ res moraretur agmen, nuntiatur, rupem inviam esse. Digressus[4] deinde ipse[x] ad locum visendum. Haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea, quamvis longo ambitu, circumduceret agmen.[i] Ea vero via insuperabilis fuit. Nam cum super veterem nivem intactam[5] nova modicæ altitudinis esset, molli nec præaltæ nivi facile pedes ingredientium insiste-

[h] *Ut vix milites, quamvis expediti, explorando, et radicibus (quæ forte circum eminebant) utraque manu apprehensis, se deorsum mittendi ac descendendi facultatem haberent.*

[i] *Non dubitavit quin copias retro, aut in orbem ducere deberet.*

1. 1. 81. 'aut alius casus lecto te affixit,' ubi in multis Mss. et Edd. legitur *afflixit.*' Stroth.

3 'In optimis Mss. *lapsu terræ impeditus dum ille admodum a. a. e.* at in recentissimis et interpolatis codd. *lapsu terræ impeditus* (invius, impediens viatores,) *in miram* vel *mirandam admodum a.* Hoc, quod desumtum videtur e Cic. Verr. v. 27. probant Sigon. et Str. Nos servavimus emendat. Vallæ, quam firmat. Polyb. III. 54. σχεδὸν ἐπὶ τρία ἡμιστάδια τῆς ἀποῤῥῶγος (abruptæ rupis) καὶ πρὸ τοῦ μὲν οὔσης, τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι προσφάτως ἀπεῤῥωγυίας.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—4 Emendat Bauer. *degressus.* Conj. J. F. Gronov. *digresso deinde ipsi ad locum visendum haud dubia res visa, &c.*—5 Malebat Cre-

NOTÆ

latitudinem videntur intelligenda. Quo posito idem erunt arctiora ac breviora: quapropter melior videtur lectio quorundam scriptorum codicum optimæ notæ, qui habent *ita arrectiora.* Quod confirmatur ex initio proximi capitis, ubi legitur, 'atque ita rectis saxis.'

[u] *In pedum mille admodum altitudinem*] Polybius prius quidem abruptam fuisse ait terram ad tria circiter semistadia, sive stadium unum cum dimidio, id est, passus fere ducentos, pedes vero supra nongentos; additque, tunc adhuc ampliorem factam fuisse ruinam: Noster *mille admodum,* id est, circiter mille pedum altitudinem exprimit, non multum a Polybio diversus.

[x] *Digressus deinde ipse*] Mallet Gronovius *digresso deinde ipsi ad locum visendum haud dubia res visa.* Sed nihil opus correctione. Sufficit interpunctio post *ad locum visendum*: significat enim Hannibalem profectum esse ad invisendam rupem: ubi autem eam vidit, dubium ipsi non fuisse quin agmen circumducendum esset per loca invia.

bant. Ut vero tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est; per nudam infra glaciem fluentemque tabem[6] liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat. Ut[7] a lubrica glacie, non recipiente vestigium, et in prono citius pedes fallente,[8 y] et, seu manibus in assurgendo, seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsis,[9] iterum[k] corruissent;[10] (nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant;) ita[11] in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta secabant; interdum etiam, tum[12] infimam ingredientia nivem, et prolapsa jactandis gravius in connitendo[13] ungulis,[z] penitus perfringebant: ut pleraque, velut pedica capta, hærerent in durata et alte concreta glacie.[l]

[k] *Cum pes facilius aberraret in loco declivi; et cum aliquis militum prolapsus erat, sive manibus, sive genu se erigere conabatur, ipsa manus aut genu ipsum, quibus tanquam adminiculis nitebatur, rursum prolabebantur.*

[l] *Sic homines volutabantur tantum in levi glacie et nive tabescente: jumenta vero non modo volutabantur super glaciem in nivium tabe, sed præterea, cum per subjectam veterem nivem, quæ jam in glaciem indurata erat, vestigia ponerent, facile eam aliquando secabant, et corruebant: tum vero ubi assurgere conabantur, jactando ungulas ad firmanda vestigia, eam penitus perfringebant: ita ut in glacie illa durata, et in profundum concreta tenerentur velut laqueo irretita.*

vier. *intacta.* Doering. conj. *injecta.*—6 Al. *labem.*—7 Vulg. *Tetra ibi luctatio erat, ut.*—8 'Ita recte, opinor, Drak. emend. vulg. *pede se fallente.*' Rupert. —9 '*Prolapsi si iterum* multi Mss. et Edd. fere omnes præter Drak. exhibent. In paucis Mss. et vetustioribus Edd. est *ipsis adminiculis prolapsi, iterum,* ita ut *ipsis adminiculis* per Græcismum dici videatur pro *cum ipsis adm.*' Stroth.—10 'Pro *corruissent* legendum videtur *corruerant,* quod jam Gronovio et Drakenborchio placebat.' *Stroth.* Idem censet Rupert. *Corruerent* dat Kreyssigius.—11 '*Itaque* Edd. omnes præter Gron. et Drak.' *Stroth.*—12 'Interpunctio vett. Edd. necnon Gronoviana hæc est: *volutabantur jumenta: secabant interdum, etiam tum infimam, &c.* in vett. plerisque legitur *secabantur:* perperam.' *Stroth. Volutabantur. Jumenta secabant interdum etiam tum i. i. n.* Kreyssig. *Et jam* Crevier.—13 'Vulgo in omnibus Mss. et Edd. corrupte legitur *continendo,* nulla sententia; quare recipere non dubitavi elegantem Tan. Fabri conjecturam, convenientem rei ipsi, et Polybio (*κατὰ τὴν διανάστασιν*); sola duarum literarum transpositione factam, et probatam merito a Drakenborchio et Dukero; ab hoc etiam exemplis confirmatam, quorum unum modo, ex Cicerone de Finib. lib. v. cap. 15. apponam: 'connituntur-que ut sese erigant.'' *Stroth.*

NOTÆ

[y] *Pedes* [*pede se*] *fallente*] Melius haud dubie ut Gronovius emendat, *pedem fallente,* nimirum glacie; adesset modo dux codex aliquis.

[z] *Gravius in connitendo* [*continendo*] *ungulis*] Placet omnino Tanaquilli Fabri conjectura, scribendum suspicantis *connitendo* pro *continendo.*

37. Tandem, nequicquam jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita, ægerrime ad id ipsum loco purgato: tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. Inde ad rupem muniendam,[a] per quam unam via esse poterat,[14] milites ducti, cum cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt: eamque (cum et vis venti apta faciendo igni coorta esset) succendunt, ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt.[b] Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos, ut non jumenta solum, sed elephanti etiam, deduci possent. Quatriduum circa rupem consumtum, jumentis prope fame absumtis: nuda enim fere cacumina sunt, et, si quid est pabuli, obruunt nives. Inferiora valles et apricos quosdam[15] colles habent, rivosque prope sylvas, et jam[16] humano cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum missa, et quies muniendo fessis hominibus data triduo. Inde ad planum descensum,[17] etiam locis mollioribus[c] et accolarum ingeniis.

14 Olim legebatur *per quam via una esse poterat.*—15 *Inferiora vallis apricos quosd.* Edd. ante Drak.—16 *Etiam* Edd. ante Gronov.—17 Add. *est* Edd. vett. Crevier.

NOTÆ

[a] *Ad rupem muniendam*] Cum de via agitur, *munire* non significat munimentum struere, sed viam ipsam silice aliove lapide sternere, ut per eam commode iter fiat. Hic autem, ubi saxorum plus satis, 'rupem munire' est, ut observat Turnebus, viam per rupem aperire, sive rupem cædendo iter complanare, et pervia loca reddere. Et vero munitores appellantur in militia, tum qui aggeres jaciunt, fossasque aperiunt; tum qui vias eo quo diximus modo muniunt.

[b] *Infuso aceto putrefaciunt*] Apud Florum lib. II. cap. 6. 'Luctuosa Punici belli vis atque tempestas medias perfregit Alpes.' Apud Juvenalem, 'et montem rupit aceto.' Aiunt igitur Hannibalem aceto maceratas rupes, et igni domitas, ferramentis amolitum esse. Ego non aceto molliri rupes, sed ingenti lignorum strue imposita, et aceto large infuso ardentius inflammata, eas comminui atque adeo comburi et solvi solitas ab expertis accepi. Verius itaque Orosius lib. IV. cap. 14. 'invias rupes igni ferroque rescindit,' nulla hic aceti facta mentione, cujus nec Polybius meminit, nec Plutarchus.

[c] *Etiam locis mollioribus*] Dividendæ particulæ, ut sit, *et jam locis mollioribus;* ita ut τὸ *mollioribus* non tantum *locis* conveniat, sed etiam, per zeugma, accolarum ingeniis accommodetur.

38. Hoc maxime modo in Italiam perventum est, quinto mense a Carthagine nova, (ut quidam auctores sunt,)[d] quinto decimo die Alpibus superatis.[e] Quantæ copiæ transgresso in Italiam Hannibali fuerint, nequaquam inter auctores constat. Qui plurimum, centum millia peditum, viginti equitum fuisse scribunt; qui minimum, viginti millia peditum, sex equitum.[f] L. Cincius Alimentus,[g] qui captum se ab Hannibale scribit, maxime auctor[18] me moveret, nisi confunderet numerum, Gallis Liguribusque additis: cum his[19] octoginta millia peditum, decem equitum, adducta in Italiam: (magis affluxisse verisimile est;[h] et ita quidam auctores sunt:) ex ipso autem audisse Hannibale, postquam Rhodanum transierit, triginta sex millia hominum, ingentemque numerum equorum et aliorum jumentorum amisisse, in Taurinis,[i] quæ Gallis proxima gens erat, in Italiam degressum.[20] Id cum inter omnes constet, eo

18 Olim legebatur *Alimentius . . . maximus auctor.*—19 *Scribit* post *cum his* iterant Edd. omnes ante Drak. Multi Mss. illud ignorant. Vid. Not. Var. —20 ' *Amisisse*, sc. in Alpibus trajiciendis, *in Taurinis . . . in Italiam degressum:* id reposui, grammatica ita postulante, pro vulg. *digresso* vel *degresso;*

NOTÆ

[d] *Quinto mense . . . . (ut quidam auctores sunt)*] Polybius inprimis lib. III. Sequitur ergo non ante Idus Junias nova Carthagine movisse Hannibalem, quando sub occasum Pleiadum seu Vergiliarum Alpes superavit, supra cap. 35. id est, XI. ferme Novembris die.

[e] *Quinto decimo die Alpibus superatis*] Intellige a primis Alpibus a quibus ad summas nono die pervenit, supra cap. 35.

[f] *Viginti millia peditum, sex equitum*] Non longe ab hoc numero abest Polybius: ait enim Hannibalem, Circumpadanos campos petentem, superstites ex Afris militibus habuisse pedites circiter decem millia et ducentos; ex Hispanis ad octo millia: equites omnino millia sex: additque ipsum Hannibalem id testatum esse, posita apud Lacinium Bruttiorum promontorium juxta Crotonem columna, in qua numerum totius sui exercitus descripserat. Hinc forte nomen huic promontorio inditum: dicitur enim *Capo delle Colonne* in Calabria.

[g] *L. Cincius Alimentus*] Hic Cincius æqualis fuit Fabii Pictoris, ejusque meminit Livius lib. VII. Memoratur et lib. XXVI. inter eos, qui Claudio Marcello et M. Valerio consulibus prætores creati.

[h] *Magis affluxisse verisimile est*] Revera multi Gallorum et Ligurum sese Hannibali post Alpium transitum adjunxerunt, ut infra videbimus.

[i] *In Taurinis*] Non tam in Taurinorum regione, quam in ejus regi-

magis miror ambigi, quanam Alpes transierit; et vulgo[1] credere,[k] Penino, atque inde nomen et jugo Alpium inditum,[l] transgressum. Cœlius[m] per Cremonis jugum[2 n] dicit transisse. Qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed per Salassos montanos[3 o] ad Libuos Gallos[p] deduxissent.

nisi malis *amissa degresso*, vel potius, quia τὸ *in* a pluribus Mss. abest, cum Lips. in Epist. ad Belgas I. 93. *amisisse. E Taurinis . . . in Italium degressum, cum inter omnes constet* cet. Idem mox malebat *quæ Galliæ proxima gens erat*, ut sensus sit, eam gentem Galliæ in illo tractu proximam Italiæ fuisse.' *Rupert. Amisisse, in Taurinis . . . in Italiam degresso* dat Stroth. *Degressum* Kreyssigius.—1 ' *Vulgum* emend. Lips. et recte, opinor, mox *ei jugo Alpium* Gron. prob. Drak. et Stroth. *Penino* Drak. pro vulg. *Pennino.*' Rupert. *Ei jugo* in textum recepit Kreyssigius.—2 *Centronis jugum* conj. Glareanus. ' Levis mihi suspicio, ne *Grejonis* vel *Grajonis jugum* sit vera lectio.' *Lips. Epist. ad Belgas* I. 93.—3 Lips. pro vulg. *per saltus montanos* conj. *per Salyas*

NOTÆ

onis aditu, seu potius in transitu Alpium Taurinis imminentium. Fuit autem Taurinorum regio, quæ vulgo vocatur *le Piedmont*, quod ad pedes montium sita sit. Hæc regio recte dicitur Hannibali in Italiam degresso, seu descendenti, proxima fuisse Gallis Transalpinis.

k *Et vulgo credere*] Post *ambigi* rotundius esset haud dubie, *et vulgo credi Pennino*, scilicet Hannibalem transgressum esse Alpes. Sed quoniam scripti codices habent activum *credere*, subintelligendum, homines; vel e proximo repetenda vox *omnes.*

l *Atque inde nomen et jugo Alpium inditum*] Plures quidem sunt auctores Pœninas Alpes a Pœnorum trajectu appellatas. Plinius inprimis lib. III. cap. 17. ' Salassorum,' inquit, ' Augusta prætoria, juxta geminas Alpium fauces, Graias atque Pœninas. His Pœnos, Graiis Herculem transisse memorant:' quod secuti Servius, Isidorus, et post eos Paulus Diaconus.

m *Cœlius*] L. Cœlium Antipatrum intellige, qui historias scripsit, Fannio itemque Gracchis fratribus ætate conjunctus, Sisenna vero antiquior.

n *Per Cremonis jugum*] Soli, opinor, Livio notus hic mons: Cluverius putat idem fuisse quod Graias Alpes. Duo quippe itinera, Penninarum et Graiarum faucium, sola illis temporibus per Salassos patebant e Gallia in Italiam tendentibus, ex Plin. paulo ante laudato: altera versus septemtrionem per Penninas Alpes: altera per Graias meridionalior. Illarum partem conjicio fuisse Cremonis jugum, nec longe a summo Pennino, in Veragrorum et Salassorum confinio, ubi nunc *Cramoyeu* inter majorem et minorem Sancti Bernardi montes. Quod autem Glar. ex nescio quibus libris legit *Centronis jugum:* legendum potius esset *Centronum jugum*, id est Tarantasiensium. Horum in finibus Graius mons, quo hi a Salassis dividuntur: et qui hodie, *le Petit Saint Bernard.* At cum transgresso Alpes Hannibali primi occurrerint, non Salassi, sed Taurini; censet Livius transiisse haud dubie per Alpes Cottias, quæ Garocelos et Brigantios a Taurinis dispescunt, et nunc *Mont-Cenis*, partim etiam *Mont-Genevre* appellantur.

o *Per Salassos montanos*] Ita emen-

Nec verisimile est, ea tum ad Galliam patuisse itinera; utique, quæ ad Peninum ferunt,[4] obsepta gentibus semigermanis fuissent. Neque, Hercule, montibus his (si quem forte id movet)[5] ab transitu Pœnorum ullo Veragri,[6] [q] incolæ jugi ejus, norunt nomen inditum; sed ab eo,[7] quem, in summo sacratum vertice, Peninum montani appellant.[r]

39. Peropportune ad principia rerum Taurinis, proximæ genti, adversus Insubres motum bellum erat. Sed armare exercitum Hannibal, ut parti alteri auxilio esset, (in reficiendo maxime sentientem contracta ante mala,) [m] non poterat. Otium etenim ex labore,[8] copia ex inopia, cultus ex

[m] *Qui (exercitus Hannibalis) tunc maxime, cum se reficere conaretur, sentiebat mala ex incommodis, quæ perpessus fuerat, orta.*

vel *Salassos m.* Posterius probavere Cluverius et alii.—4 ' *Utique cum quæ ad Penninum ferant.* Omnes Mss. amandant τὸ *cum*, et pro *ferant* plures *fuerunt.* Scribe ergo, *utique quæ ad Penninum ferunt.*' J. F. Gronov.—5 *Movit* Gronov. Crevier.—6 ' In Mss. et antt. edd. ante Froben. legitur *ab transitu Pœnorum nullo sed uno vel acri incolæ:* unde Gron. conj. *ab. t. P. ullo Sedunoveragri*, vel *Seduni Veragri*, (ut *Celtiberi* et *Tauroscythæ*, mixtæ in unam gentes,) vel *Seduni et Veragri.*' Rupert.—7 *Sed ad eo* in uno Ms. unde Stroth. conj. *sed a Deo, quem* cet. vel potius *sed a Deo, in summo vertice sacrato, quem Peninum.* In quibusdam libris *verticem*, prob. Lips. *Pennum* Cluver.

NOTÆ

davit Lips. et post eum Cluver. Legebatur vulgo *per saltus montanos:* absurde; quid enim est, *qui duo saltus eum per saltus montanos . . . . deduxissent?* quasi saltus Graius et Penninus montani non essent. Erant autem Salassi ultra Centrones et Veragros. Ubi nunc *Val d'Aoste.*

[p] *Ad Libuos Gallos*] Hi Galli Cisalpini sive Italici, ceteris auctoribus Libici dicuntur, ubi Vercellæ in Pedemontio. Vulgo *il Vercellese.*

[q] *Veragri*] Hodie Vallenses vocantur, *le Pais de Valais.* Hi cum vicinis populis Semi-Germani dicuntur a Livio, quod etsi Galli situ atque origine, attamen feritate morum haud multum a Germanis differrent. Hic locus in plerisque scriptis ita legitur: *ab transitu Pœnorum, nullo sed uno vel acri incolæ.* Gronovii emendatio mihi valde probabilis visa est, ut sit *ab transitu Pœnorum Seduno Veragri* (vel *Seduni et Veragri*) *incolæ jugi ejus.* Seduni quippe (nunc *le Haut Pais de Valais*) Veragris ad ortum proximi, forte et pars fuere, ut hodie Sedunum (*Sion*) in Vallensium regione, ejusque caput.

[r] *Peninum montani appellant*] Summus hic vertex, sive summus Penninus, olim Pennino Deo, sive, ut vult Cluver. Penno, dicatus, nunc sancto Bernardo sacer est. *Le Grand Saint Bernard.* A quo ad montem Sancti Gothardi protenduntur Penninæ Alpes: quas *Apenninas* perperam appellat Paulus Diaconus, aliique, et cum Apennino confundunt per errorem.

illuvie tabeque, squalida et prope efferata corpora varie movebant. Ea P. Cornelio consuli causa fuit, cum Pisas navibus venisset,[s] exercitu a Manlio Atilioque accepto tirone, et in novis ignominiis trepido,[t] ad Padum festinandi; ut cum hoste nondum refecto manum consereret. Sed cum Placentiam consul venit, jam ex stativis moverat Hannibal; Taurinorumque unam urbem,[9][u] caput gentis ejus, quia volentes in amicitiam non veniebant,[x] vi expugnarat: junxissetque sibi, non metu solum, sed etiam voluntate, Gallos accolas Padi; ni eos, circumspectantes defectionis tempus, subito adventus consulis oppressisset. Et Hannibal movit ex Taurinis, incertos,[10] quæ pars sequenda esset, Gallos præsentem se secuturos ratus.[n] Jam prope in conspectu erant exercitus, convenerantque duces, sicuti[11] inter se nondum satis noti, ita jam imbutus uterque quadam admiratione alterius. Nam Hannibalis et apud Romanos,

[n] *Existimans Hannibal fore ut Galli, qui adhuc dubii hærebant, an Romanorum, an Carthaginiensium partes amplecti oporteret, sibi adhærerent, ubi ad eos accessisset.*

8 Vet. lib. apud Sigon. *otium enim ex labore.*—9 Ita quidam Mss. pro vulg. *volentis* et *veniebat.* Vid. Not. Var.—10 Vett. edd. *incertus.*—11 ' *Sicut uter-*

NOTÆ

[s] *Pisas navibus venisset*] Pisæ urbs est Etruriæ ad Arnum flumen ab Eleis condita, et appellata de nomine patriæ, Pisæ Eliacæ, ubi Olympici quondam ludi celebrabantur, ad Alpheum amnem sitæ in Peloponneso. Hæc Italica, celebris alias et potens respublica: hodie sub ditione magni Florentiæ Ducis nomen retinet.

[t] *Tirone, et in novis ignominiis trepido*] Nuper conscriptus fuerat exercitus consularis Scipioni attributus, duabus scilicet Romanis legionibus cum sexcentis equitibus, et sociorum peditum quatuordecim millibus, equitibus mille ducentis constans, supra extremo c. 17. Manlius autem prætor, cujus copiæ Scipioni quoque parituræ erant, ad Mutinam a Boiis cladem acceperat, c. 25. Trepidabant itaque milites illi, partim tirones, partim a Gallis fusi fugatique, et memores acceptæ ab illis paulo antea ignominiosæ cladis.

[u] *Unam urbem*] Unica igitur eo tempore urbs in Taurinis erat, quæ post Augusta Taurinorum dicta, vulgo *Turin.*

[x] *Quia volentes* [*volentis*] *in amicitiam non veniebant* [*veniebat*] Quoniam ita in scriptis omnibus legitur, *volentis* accipiendum est pro cupientis Hannibalis: cum scilicet Hannibal amicitiam Taurinorum expetiisset, illique renuissent; ille urbem eorum expugnaverat. Vulgaris scriptura facilior; *quia volens*, id est, ultro *in amicitiam non veniebat* urbs Taurinorum.

jam ante Sagunti excidium, celeberrimum nomen erat: et Scipionem Hannibal eo ipso, quod adversus se dux potissimum lectus esset, præstantem virum credebat. Et auxerant inter se opinionem, Scipio, quod, relictus in Gallia, obvius fuerat in Italiam transgresso Hannibali; Hannibal et[12] conatu tam audaci trajiciendarum Alpium, et effectu. Occupavit tamen Scipio Padum trajicere, et, ad Ticinum amnem[y] motis castris, prius, quam educeret in aciem, adhortandorum militum causa, talem orationem exorsus est:

40. 'Si eum exercitum, milites, educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui, supersedissem loqui apud vos. Quid enim adhortari referret aut eos equites, qui equitatum hostium ad Rhodanum flumen egregie[13] vicissent, aut eas legiones, cum quibus fugientem hunc ipsum hostem secutus, confessionem cedentis[14] ac detrectantis certamen pro victoria habui? Nunc, quia ille exercitus, Hispaniæ provinciæ scriptus, ibi cum fratre Cn. Scipione meis auspiciis[z] rem gerit, ubi eum gerere senatus populusque Romanus voluit; ego, ut consulem ducem adversus Hannibalem ac Pœnos haberetis, ipse me huic voluntario certamini obtuli: novo imperatori apud novos milites pauca verba facienda sunt. Ne genus belli, neve hostem ignoretis; cum iis est vobis, milites, pugnandum, quos terra marique priore bello vicistis: a quibus stipendium per viginti annos exegistis:[a]

que Edd. omnes præter Drak.' *Stroth.*—12 'Et abest ab Edd. omnibus præter Drak.' *Stroth.*

13 'Pro *egregie*, quod e conjectura Vallæ repositum, quidam Mss. *ægre*, et Palat. opt. *non ægre*, quod probat Gron. ad XXXIII. 6. ut sit facile, non magno molimento et labore.' *Rupert.* Nonnulli Mss. *audacter*. *Non ægre*

NOTÆ

[y] *Ad Ticinum amnem*] Ticinus oritur in finibus Lepontiorum ex summo Alpium jugo, inter Penninas et Rheticas Alpes, ubi mons, qui vulgo *Saint Gotard*, juxta fontes Arulæ, nec procul Rheni fontibus. Idem trajecto Verbano lacu, hodie *Lago maggiore*, in Padum effluit sub Ticino urbe Insubrum, quæ hodie *Pavie*: fluvius *le Tesin*.

[z] *Meis auspiciis*] Publio enim Scipioni consuli hujus anni, quem loquentem inducit Livius, provincia Hispania evenerat, supra cap. 17. Cneius frater tanquam legatus ipsius in ea bellum gesturus erat, cap. 32.

[a] *A quibus stipendium per viginti annos exegistis*] Id fœdere Lutatii cautum fuerat: quo pax ea lege Carthaginiensibus data, anno U. C. 512.

a quibus capta belli præmia, Siciliam ac Sardiniam, habetis. Erit igitur in hoc certamine is vobis illisque animus, qui victoribus et victis esse solet. Nec nunc illi, quia audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt: nisi creditis, qui exercitu incolumi pugnam detrectavere, eos, duabus partibus peditum equitumque in transitu Alpium amissis, (cum plures pæne [15] perierint,[b] quam supersunt,) plus spei nactos esse. At enim pauci quidem sunt, sed vigentes animis corporibusque, quorum robora ac vires vix sustinere vis ulla possit. Effigies, immo umbræ hominum, fame, frigore, illuvie, squalore enecti, contusi ac debilitati inter saxa rupesque. Ad hæc, præusti [16] artus,[c] nive rigentes nervi, membra torrida gelu, quassata fractaque [17] arma, claudi ac debiles equi. Cum hoc equite, cum hoc pedite pugnaturi estis: reliquias extremas hostium, non hostes, habebitis. Ac nihil magis vereor, quam ne, vos cum pugnaveritis, Alpes [18] vicisse Hannibalem videantur. Sed ita forsitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo Deos ipsos, sine ulla humana ope, committere ac profligare bellum; nos,[19] qui secundum Deos violati sumus, commissum ac profligatum conficere.

41. ‘Non vereor, ne quis me hoc vestri adhortandi causa magnifice loqui existimet; ipsum aliter animo affectum esse.[d] Licuit in Hispaniam,[20] provinciam meam, quo jam

dat Crevier.—14 Al. *sedentis*.—15 ‘Pro *pæne* Ruben. conj. *plane*, et Gron. *fœde:* Stroth. autem *duplo* ante *plures* excidisse putabat, vel, ut et alii, omnia illa *cum plures ... supersunt* glossam redolere. Sed mihi videtur Livius mitigare velle, quod forte auxerat nimis, ut *pæne* sit quasi utique, certe: forte et mox leg. *supersint*.’ Bauer.—16 *Perusti* Edd. ante Drak. Pro *torrida* conj. Ruben. coll. Sil. IV. 68. 69. *torpida*.—17 Vet. lib. apud Sigon. *confractaque*.—18 *Quam ne, antequam vos cum hoste pugnaveritis, Alpes, &c.* Edd. omnes ante Drak.—19 *Nos autem* Edd. ante Drak.

20 Vet. lib. apud Sigon. *Licuit mihi in Hispaniam*. Vid. Not. Var.—1

NOTÆ

[b] *Cum plures pæne perierint*] Illud *pæne* delendum est, aut mutandum in *plane*, ut censebat Rubenius; aut in *fœde* ex Gronovii conjectura: nam si ex tribus partibus duæ amissæ erant, longe plures haud dubie perierant quam supererant.

[c] *Præusti artus*] Dicitur frigus urere et adurere, ut et torrere, non minus quam æstus: ut apud Virgil. ‘Et Boreæ penetrabile frigus adurat.’

profectus eram, cum exercitu ire meo; ubi et fratrem consilii participem ac periculi socium haberem, et Hasdrubalem potius, quam Hannibalem, hostem, et minorem haud dubie molem belli. Tamen, cum prætervcherer navibus Galliæ oram, ad famam hujus hostis in terram egressus, præmisso equitatu, ad Rhodanum movi castra. Equestri prælio, qua parte copiarum conferendi manum fortuna data est, hostem fudi: peditum agmen, quod in modum fugientium raptim agebatur, quia assequi terra non poteram,[1] regressus ad naves, quanta maxima celeritate potui, tanto maris terrarumque circuitu, in radicibus Alvium obvius fui. Huic timendo hosti [e] utrum, cum declinarem certamen, improvisus incidisse videor, an occurrere in vestigiis ejus?[f] lacessere ac trahere ad decernendum?[2] Experiri juvat, utrum alios repente[3] Carthaginienses per viginti annos terra ediderit; an iidem sint, qui ad Ægates pugnaverunt insulas, et quos ab Eryce [g] duodevicenis denariis æstimatos emisistis:[4] et utrum Hannibal hic sit æmulus itinerum Herculis,[h] ut ipse fert, an vectigalis stipendiariusque et servus populi Romani a patre relictus: quem nisi Saguntinum scelus agitaret,[i] respiceret profecto, si non patriam

Vett. libb. *quia assequi terra non potui, &c.* recte, judice Sigon.—2 ' Flor. *in radicibus prope Alpium huic timendo hosti obvius fui. Utrum, cum declinarem certamen, improvisus incidisse videor, an occurrere in vestigiis ejus?* Quod sequitur vix audeo fateri me malle: *lacessere ad decernendum, an bellum trahere?*' J. F. Gronov. ' Conj. Drak. *occurrere vestigiis*, ut ' sequi v.' VI. 32. extr. Malim: *an occurrens in vestigiis eum lacessere ac trahere ad decernendum* sc. armis s. acie s. ferro, h. e. ad pugnandum.' *Rupert. An occurrens in vestigiis lacessere* Tan. Faber.—3 *Derepente* Gron. Crev. all. post Elzevir. *alios certe repente*

NOTÆ

[d] *Ipsum aliter animo affectum esse*] Repetendum pronomen *me* ex superioribus: etenim Scipio de seipso hic quoque loquitur.

[e] *Huic timendo hosti*] Ironice dictum. At in Colbert. cod. majori est, *huic timido hosti.* Forte non male. Ita certe credi Scipio volebat.

[f] *An occurrere in vestigiis ejus*] Ostendit se ultro inhærentem quasi Hannibalis vestigiis, ei obviam ire voluisse, eumque ultro aggredi.

[g] *Ad Ægates pugnaverunt insulas, et quos ab Eryce, &c.*] De his dictum cap. 10. hujus libri.

[h] *Æmulus itinerum Herculis*] Hercules enim, ut fabulæ ferunt, devicto Geryone, ex ultima Hispania per Galliam in Italiam transcensis Alpibus transiit.

[i] *Nisi Saguntinum scelus agitaret*] Scelus appellat Sagunti obsidionem

victam, domum certe patremque[5 k] et fœdera Hamilcaris scripta manu: qui, jussus a consule nostro, præsidium deduxit ab Eryce: qui graves impositas victis Carthaginiensibus leges fremens mœrensque accepit: qui decedere Sicilia, qui stipendium populo Romano dare pactus est.[6] Itaque vos ego, milites, non eo solum animo, quo adversus alios hostes soletis, pugnare velim; sed cum indignatione quadam atque ira: velut si servos videatis vestros arma repente contra vos ferentes. Licuit[7] ad Erycem clausos, ultimo supplicio humanorum, fame interficere: licuit victricem classem in Africam trajicere, atque intra paucos dies sine ullo certamine Carthaginem delere. Veniam dedimus precantibus: emisimus ex obsidione: pacem cum victis fecimus: tutelæ deinde nostræ diximus,[o 8] cum Africo bello urgerentur. Pro his impartitis,[9 l] furiosum juvenem sequentes, oppugnatum patriam nostram veniunt. Atque utinam pro decore tantum hoc vobis,[10] et non pro salute, esset certamen. Non de possessione Siciliæ ac Sardiniæ, de quibus quondam agebatur, sed pro Italia vobis est pugnandum: nec est alius ab tergo exercitus, qui, nisi nos vincimus, hosti obsistat; nec Alpes aliæ sunt, quas dum superant,[11] comparari nova possint præsidia. Hic est obstandum, milites, velut si ante Romana mœnia pugnemus. Unusquisque se non corpus suum, sed[12] conjugem ac li-

[o] *Postea existimavimus Carthaginienses sub tutela nostra esse, sive ad tutelam et curam nostram pertinere.*

Edd. vett.—4 Mss. et Edd. nonnulli *emistis.*—5 Olim legebatur *pacemque.* Vid. Not. inf.—6 ' *Dare pactus est.* Forte *coactus:* nemo tamen illud mutaret.' *Bauer.*—7 *Licuit si voluissemus* Edd. ante Crevier.—8 Sigon. *tutelæ nostræ addiximus.*—9 Al. *impertitis.*—10 *Nobis* hic et infra Ald. Francof. Froben. Grut. Crevier. all.—11 *Superat* Edd. plerique.—12 Vet. lib. apud

NOTÆ

et ruinam contra fœdus peractam.

[k] *Domum certe patremque* [*pacemq.*] Sigon. aliique malunt *patremque:* sententia tamen nihil indiget correctione; recte enim se habet vulgata lectio, *domum certe pacemque et fœdera Hamilcaris scripta manu:* per *domum* enim intelligitur familia Barcina, ex qua erat pater Hannibalis Hamilcar, qui primo bello Punico finem necessaria cum Romanis pace imposuerat.

[l] *Pro his impartitis*] Supple, beneficiis.

beros parvos armis protegere putet: nec domesticas solum agitet curas, sed identidem hoc animo reputet, nostras nunc intueri manus senatum populumque Romanum; qualis nostra vis virtusque fuerit, talem deinde fortunam illius urbis[13] [m] ac Romani imperii fore.'

42. Hæc apud Romanos consul. Hannibal, rebus prius, quam verbis,[p] adhortandos milites ratus, circumdato ad spectaculum exercitu, captivos montanos vinctos in medio statuit;[14] armisque Gallicis ante eorum pedes projectis, interrogare interpretem jussit, ecquis, si vinculis[15] levaretur, armaque et equum victor acciperet, decertare ferro vellet? Cum ad unum omnes ferrum pugnamque poscerent, et dejecta in id sors esset;[q] se quisque eum optabat, quem fortuna in id certamen legeret. Ut cujusque sors exciderat,[16] [n] alacer, inter gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma raptim capiebat. Ubi vero dimicarent, is habitus animorum non inter ejusdem modo conditionis homines erat, sed etiam inter spectantes vulgo, ut non vincentium magis, quam bene morientium, fortuna laudaretur.

43. Cum sic aliquot[17] spectatis paribus affectos dimisisset,[r] concione inde advocata, ita apud eos locutus fertur: 'Si, quem animum in alienæ sortis exemplo paulo ante habuistis, eundem mox in æstimanda fortuna vestra habueritis, vicimus, milites. Neque enim spectaculum modo

[p] *Exemplo alieno, antequam sermone.*
[q] *Sortes ea de causa conjectæ essent in urnam.*
[r] *Cum Hannibal suos, post spectacula certaminum aliquot singularium, sic animo commotos dimisisset, ut bene morientium sortem æque ac vincentium laudarent.*

Sigon. *non corpus suum solum sed.*—13 Vid. Not. inf.
14 Olim legebatur *constituit.*—15 '*Jussit, quis si vinculis.* Put. cum Flor. et uno Pal. *jussit, et quis, si vinculis:* sic librarii solent *ἀντὶ τοῦ ecquis.*' J. F. Gronov.—16 Valla *exierat.* Vid. Not. Var.
17 '*Cum sic aliquot* pro vulg. *Dum* edidi, suadentibus Gron. et Bauero.'

NOTÆ

[m] *Fortunam illius urbis*] Gronovius *ipsius urbis* scribi jubet. Tan. Faber pronomen *illud* non improbabiliter expungit.

[n] *Ut cujusque sors exciderat*] Malim cum Valla *exierat:* id est, prout sors educta erat ex urna, significans hunc vel illum pugnæ destinari.

illud, sed quædam veluti imago vestræ conditionis erat. Ac nescio, an majora vincula majoresque necessitates vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit. Dextra lævaque duo maria claudunt,° nullam, ne ad effugium quidem, navem habentibus: [18] contra Padus amnis, major

Rupert.—18 ‘Mirum in modum hoc *habentibus* vexavit interpretes, nescientes aut incertos quo sit referendum. Pro *habentibus* malebant *habentes* Fr. Gronovius, Grævius, Ant. Perizonius, Doujatius, Crevierius, et Drakenborchius, quæ ratio, si quid mutandum esset, utique facillima foret. Sed primum non verosimile est, librarios omnes mutasse *habentes*, quod erat facilius, in difficillimum *habentibus*. Deinde neque mutatione opus est, ut mox docebimus. Jac. Gronovius eliminare cupiebat verbum *claudunt*, unoque tenore legere: *ac nescio, an majora vincula majoresque necessitates vobis, quam captivis vestris, fortuna circumdederit, dextra lævaque duo maria, nullam, ne ad effugium quidem navem habentibus:* ita ut *duo maria* esset accusativus pendens ab *habentibus*, qui dativus referendus esset ad superius *vobis*. At huic rationi tum adversantur eadem, quæ superiori, tum illud, quod in enumerandis iis, quibus teneretur exercitus, Livius sibi constare debet. Enumerat enim per partes, quæ obstent ab utroque latere, a fronte, et a tergo. In reliquis nominativo utitur, ergo et in his: *dextra lævaque duo maria claudunt, contra Padus amnis, ab tergo Alpes urgent.* Novum igitur membrum aperit hæc partium enumeratio, post generaliorem difficultatum significationem; quare punctum, non incisum ante *Dextra* ponendum. Doujatius porro etiam *habentibus* pro ablativo absoluto accipi posse putabat; quæ ratio plane futilis est; cum ejusmodi ablativus non ponatur, nisi cum diversa adsint, ut aiunt, subjecta. Denique inciso post *circumdederit* posito, etiam pro dativo ad superius *vobis* referendo accipi posse existimabat. Ubi, ut Cl. Drakenborchius monuit, verba *dextra lævaque duo maria claudunt*, parenthesi includenda essent; quod et factum est in ed. Mogunt. Sed huic rationi idem obstat, quod tertium obstare rationi Jacobi Gronovii supra diximus. Nostra ratio hæc est, ut ad *claudunt* non intelligamus *nos*, sed ex sequentibus huc referamus *effugium*. 1. Nemo dubitabit quin facillimus sit locus, si Livius scripserit: *Dextra lævaque duo maria claudunt effugium nobis, nullam, ne ad hoc quidem, navem habentibus.* Sed majore cum vi voces *ad effugium* locum tenent inter *ne quidem*. 2. Nemo erit, qui dubitet, quin commode hunc in modum vocabulum ex sequentibus ad superiora intelligi queat, licet plerumque majorem obscuritatem efficiat, quam si ex superiori intelligatur. Ingentem exemplorum copiam afferre possem, paucis rem conficiam. Sup. Lib. I. cap. 23. ‘Injurias... et ego regem nostrum causam hujusce esse belli, audisse videor, nec te dubito, Tulle, eadem præ te ferre:’ ubi ad *regem nostrum* ex seqq. int. *præ se ferre*. cap. 56. ‘Cum primores civitatis, in quibus fratrem suum ab avunculo interfectum audisset:’ ubi ad *primores civitatis* int. ex seq. *interfectos*. Lib. II. cap. 33. ‘in his Sicinium fuisse, seditionis auctorem, de duobus qui fuerint,

NOTÆ

° *Dextra lævaque duo maria claudunt*] Hinc Inferum sive Tuscum, inde Superum seu Adriaticum mare vos inclusos tenent. Sed quo referetur τὸ *habentibus?* Num potius dicendum fuisset in accusandi casu, *non habentes?* An ablativus est absolutus, ut vocant, pro eo quod est, *cum non habeatis?* An revocandum ad pronomen *vobis*, quod est in periodo proxime superiori.

Padus[19] ac violentior Rhodano: ab tergo Alpes urgent, vix integris vobis ac vigentibus transitæ. Hic vincendum[20] aut moriendum, milites, est, ubi primum hosti occurristis. Et eadem fortuna,[1] quæ necessitatem pugnandi imposuit, præmia vobis ea victoribus proponit, quibus ampliora homines ne ab Diis quidem immortalibus optare solent. Si Siciliam tantum ac Sardiniam, parentibus nostris ereptas, nostra virtute recuperaturi essemus, satis tamen ampla pretia essent. Quicquid Romani tot triumphis partum congestumque possident, id omne vestrum[2] cum ipsis dominis futurum est. In hanc tam opimam mercedem, agite, cum Diis bene juvantibus arma capite. Satis adhuc in vastis Lusitaniæ Celtiberiæque montibus, pecora consectando, nullum emolumentum tot laborum periculorumque vestrorum vidistis. Tempus est jam, opulenta vos ac ditia stipendia facere, et magna operæ pretia mereri,[s] tantum itineris per tot montes fluminaque et tot armatas gentes emensos. Hic vobis terminum laborum fortuna dedit: hic dignam mercedem emeritis stipendiis[t] dabit. Nec, quam magni nominis bellum est, tam difficilem existimaritis[3] victoriam fore. Sæpe et contemtus hostis cruentum

[s] *Militare spe amplissimorum præmiorum, quæ pro stipendio erunt.*
[t] *Quasi militiæ tempore impleto.*

minus convenit:' ubi ad *fuisse* ex seq. int. *convenit*. Lib. II. c. 30. 'ut imperium, suo vehemens, mansueto permitteretur ingenio.' Hoc Lib. cap. 36. 'ut a lubrica glacie, non recipiente vestigium, et in prono citius pedes fallente, et, seu manibus, &c. iterum corruissent.' 3. Denique nemini dubium erit, quin commode dicatur *exitus* vel *effugium* claudi, præcludi, aperiri, patere. Lucret. lib. I. vs. 974. 'Quorum utrumque tibi effugium præcludit.' Cicero ad Att. lib. IX. ep. 15. 'claudere mihi videtur maritimos exitus.' Quare nulla mutatione opus est. Mox reposuimus *contra* unius Ms. auctoritate, pro vulgato *circa*, quod est in omnibus Edd. ac reliquis Mss.' *Stroth.* 'Et mihi hic locus secundum rationem, quam Strothius proposuit, explicandus videtur.' *Doering*. 'Quidam minori distinct. post *circumdederit* pro majori posita, vel τὸ *claudunt* delendum, vel verba *dextra lævaque duo maria claudunt* parenthesi includenda putant. Sed partium enumeratione novum potius aperiri membrum, bene monet Stroth. Ejus tamen explicatio neutiquam nobis satisfacit. Baueri nota est: 'aut *habentes* lege, aut *habemus;* nisi post vel ante *claudunt* excidit *aditum*, immo *viam*.' Probabilius suspicere, post *claudunt*, excidisse *it'* h. e. *iter;* Schæf. Forte leg. *claudunt viam ne ad effugium* cet.' *Rupert.*—19 *Padus* del. Edd. ante Drak.—20 Olim legebatur *Hic vobis vincendum.*—1 Legendum monet Bauer *at eadem f.*—2 Al. *nostrum.*—3

certamen edidit, et inclyti populi regesque perlevi momento victi sunt. Nam, demto hoc uno fulgore nominis Romani, quid est, cur illi[4] vobis comparandi sint? Ut viginti annorum militiam[p] vestram cum illa virtute, cum illa fortuna taceam; ab Herculis columnis, ab oceano terminisque ultimis terrarum, per tot ferocissimos Hispaniæ et Galliæ populos, vincentes huc pervenistis. Pugnabitis[5] cum exercitu tirone, hac ipsa æstate cæso, victo, circumsesso[6] a Gallis, ignoto adhuc duci suo,[q] ignorantique ducem. An me, in prætorio patris, clarissimi imperatoris, prope natum, certe eductum,[7] domitorem Hispaniæ Galliæque, victorem eundem non Alpinarum modo gentium, sed ipsarum, quod multo majus est, Alpium, cum semestri hoc conferam duce, desertore exercitus sui? cui si quis, demtis signis, Pœnos Romanosque hodie ostendat, ignoraturum certum habeo, utrius exercitus sit consul. Non ego illud parvi æstimo, milites, quod nemo vestrum est, cujus non ante oculos ipse sæpe militare aliquod ediderim facinus; cui non idem ego, virtutis spectator ac testis, notata temporibus locisque referre sua possim decora. Cum laudatis a me millies donatisque,[8] alumnus prius omnium vestrum,[r] quam imperator, procedam acie[9] adversus ignotos inter se ignorantesque.

Al. *existimaveritis.*—4 Al. *quo illi.*—5 ' *Pugnantibus* Drak. operarum puto vitio; nihil enim de aliqua Mss. varietate notavit. Quare repetitum a Cel. A. Gu. Ernestio nollem. *Pugnabitis* in omnibus quos vidi Editis extat. Mox pro *ignorantique* in plerisque Edd. notior forma *ignoranteque* extat.' *Stroth.* —6 Vett. libb. *circumsessoque.*—7 All. *educatum.*—8 *Tum laudastis me milites donastis* Edd. ante Gronov. Vet. lib. ap. Sigon. *collaudastis m. m.*—9 Conj. Rupert. *in aciem.*

NOTÆ

p *Viginti annorum militiam*] Sub Hannibale ipso nonnisi octo annis bellaverant; sed reliquum militiæ tempus partim in Africa, partim in Hispania egerant sub Hamilcare Hannibalis patre, aut sub hujus levиro Hasdrubale.

q *Ignoto adhuc duci suo*] Veterani milites Romani Cn. Scipionem in Hispaniam secuti erant, ei traditi a Publio fratre consule, qui nunc novas legiones acceperat a prætoribus Atilio et Manlio. Itaque et dux militibus, et milites duci ignoti dici poterant.

r *Alumnus prius omnium vestrum*] Adolescens adhuc Hannibal Carthagine in Hispaniam missus fuerat, ut militiam disceret atque exerceret sub Hasdrubale: ut militum benevolentiam conciliet, videri vult ab ipsis militibus didicisse.

44. ‘ Quocumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum ac roboris; veteranum peditem, generosissimarum gentium equites frænatos et infrænatos,[s] vos socios fidelissimos fortissimosque, vos Carthaginienses, cum[10] ob patriam, tum ob iram justissimam, pugnaturos. Inferimus bellum, infestisque signis descendimus in Italiam, tanto audacius fortiusque pugnaturi, quanto major spes, major[11] est animus inferentis vim, quam arcentis. Accendit præterea animos et stimulat dolor, injuria, indignitas. Ad supplicium depoposcerunt me ducem primum, deinde vos omnes, qui Saguntum oppugnassetis: deditos ultimis cruciatibus affecturi fuerunt. Crudelissima ac superbissima gens sua omnia suique arbitrii facit. Cum quibus bellum, cum quibus pacem habeamus, se modum imponere æquum censet. Circumscribit includitque nos terminis montium fluminumque, quos ne excedamus:[u] neque eos, quos statuit, terminos observat. Ne transieris Iberum:[t] ne quid rei tibi sit cum Saguntinis. Ad Iberum est Saguntum.[u] Nusquam te vestigio moveris. Parum est, quod veterrimas[x] provincias meas Siciliam et Sardiniam adimis. Etiam Hispa-

[u] *Extra quos fines transgredi vetemur.*

10 *Tum* Edd. ante Crevier.—11 ‘ *Fortiusque pugnaturi quanto major spes majorque.* Lege cum primo scriptorum: *tanto audacius fortiusque pugnaturi, quam hostis, quanto major spes, major est animus inferentis vim quam arcentis:* etsi possis habere suspectum τὸ *quam hostis.* Lib. III. ‘ In quæstoribus novis

NOTÆ

[s] *Equites frænatos et infrænatos*] Per infrænatos intelliguntur Numidæ, qui equos sine frænis agebant, quo spectat illud Didonis apud Virgil. ‘Et Numidæ infræni cingunt.’ Per *frænatos* autem intelliguntur reliqui, Galli scilicet et Hispani, equites, quos cum Afris suis Hannibal in exercitu habebat.

[t] *Ne transieris Iberum*] Mimesis est, qua inducuntur Romani Carthaginiensibus legem dicentes.

[u] *Ad Iberum est Saguntum*] Immo cis Iberum, intra fines Carthaginiensibus concessos. Sed Hannibal Romanos inducit hoc falso affirmantes, quo invidiam eis apud milites creet. Ceterum, etsi extra Romanorum tunc limites Saguntus esset, socia tamen Romanis civitas erat.

[x] *Parum est, quod veterrimas*] Hic inducitur Carthaginiensis populus conquerens de Romanorum injurioso imperio.

nias?[12] et inde[13] cessero,[y] in Africam transcendes. Transcendes autem, dico? duos consules hujus anni, unum in Africam, alterum in Hispaniam miserunt. Nihil usquam nobis relictum est, nisi quod armis vindicarimus.[14] Illis timidis et ignavis licet esse, qui respectum[15] habent, quos suus ager, sua terra, per tuta ac pacata itinera fugientes, accipient:[x] vobis necesse est fortibus viris esse, et, omnibus inter victoriam mortemve certa desperatione abruptis,[y] aut vincere, aut, si fortuna dubitabit, in prælio potius, quam in fuga, mortem oppetere. Si hoc bene fixum omnibus destinatumque in animo est, iterum dicam, vicistis: nullum morte telum[16] ad vincendum[z] homini ab Diis immortalibus acrius datum est.'

45. His adhortationibus cum utrimque ad certamen accensi militum animi essent, Romani ponte Ticinum jungunt, tutandique pontis causa castellum insuper imponunt. Pœnus, opere occupatis hostibus, Maharbalem cum ala Nu-

[x] *Qui habent quo perfugii vel auxilii causa respiciant.* Alias, et forte melius, *qui receptum habent*, id est, *locum quo se recipiant.*

[y] *Et nulla re vobis relicta, quæ inter victoriam et mortem media sit, omnibusque ademtis sine ulla spe.*

major vis, major auctoritas erat.'' *J. F. Gronov.*—12 Olim legebatur *Sardiniam ademit, nisi adimat etiam Hispaniam.*—13 Nonnulli libri exhibent *τὸ si* ante *inde.*—14 Olim legebatur *vindicaverimus.* Put. et Voss. *vindicaremus.* 'Suspicari possis *vindicabimus;* sed futurum, quod dicitur exactum, *ἀορίστως* et modestius rem exprimit.' *Rupert.*—15 '*Receptum* non male forsan Edd. a Mogunt. ad Gron. h. e. qui sciunt, quo se recipiant: quo sensu tamen et nostram lect. cepit Bauer.' *Rupert.*—16 'In Mss. pro *morte telum* est *contemtum* et *contemtu,* sine commodo sensu: unde intpp. varia vel conjecere vel substituere. Valla: *nullum incitamentum* cet. J. Fr. Gron. et Drak. eodem sensu *nullum momentum* cet. (cui voci *τὸ acrius* non satis convenit.) Andreas et alii: *nullum contemtu,* Grævius *n. contemtu sui,* et Stroth. *n. contemtu mortis ... acrius telum datum est.* Jac. Gron. *nullum eo telum,* et Doer. *nullum enim telum ... acrius datum est.* Quod nos reposuimus, ad lectionem Mss. propius accedit.' *Rupert.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[y] *Et inde cessero*] Ponamus ut etiam ex Hispania discedam, (ait Hannibal quasi nomine populi Carthaginiensis,) tu, Romane, transibis in Africam.

[z] *Nullum morte telum* [*momentum*] *ad vincendum*] Alii codices *contentum* habent, aut *contemtu.* Valla legit *incitamentum:* at *momentum* ex Gronovii est conjectura. Sumitur autem hic *momentum* pro adjumento, adminiculo, incitamento, ut lib. XXIX. 'haud parvum momentum ad opem ferendam sociis.'

midarum, equitibus quingentis, ad depopulandos sociorum populi Romani agros mittit. Gallis parci quam maxime jubet, principumque animos solicitari ad defectionem. Ponte perfecto, traductus Romanus exercitus in agrum Insubrium quinque millia passuum a Victumulis[17 a] consedit. Ibi Hannibal castra habebat: revocatoque propere Maharbale atque equitibus, cum instare certamen cerneret, nihil unquam satis dictum præmonitumque ad cohortandos milites ratus, vocatis ad concionem certa præmia pronuntiat, in quorum spem pugnarent. 'Agrum sese daturum esse in Italia, Africa, Hispania, ubi quisque velit, immunem ipsi, qui accepisset, liberisque: qui pecuniam, quam agrum, maluisset, ei se argento satis facturum: qui sociorum cives Carthaginienses fieri vellent, potestatem facturum: qui domos redire mallent, daturum se operam, ne cujus suorum popularium mutatam[18] secum fortunam esse vellent.' Servis quoque dominos prosecutis libertatem proponit,[19] binaque pro his mancipia dominis se redditurum. Eaque ut rata scirent fore, agnum læva manu, dextera silicem retinens, si falleret, Jovem ceterosque precatus Deos, ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset, secundum precationem caput pecudis saxo elisit.[b] Tum vero

17 *Vico tumulis* Mss. omnes et Edd. vetustiores. Inde postea Rubenius effecit *Victumviis*, quod recentiores Edd. receperunt.—18 Vet. lib. ap. Sigon.

NOTÆ

[a] *Quinque millia passuum a Victumulis* [*Vico tumulis*] Vulgaris hæc lectio est. Et sane in tabulis occurrit locus inter Ticinum et Novariam amnes, vulgo *Dimoli;* quod nomen satis convenit cum voce *Tumuli*. Gronovius *Victumviis* reposuit. Et vero *Victumvias* aut *Vicumnias* Emporium Romanis Gallico bello munitum paulo post nominat Liv. cap. 57. Sed illud ad dextram Padi prope Placentiam fuisse scribit. Hic vero vicus, de quo nunc agitur, ad lævam fluminis, ac trans Ticinum fuit in agro Insubrium.

A Victumulis [*Victumviis*] Cum hic Mss. habeant *Vicotumulis*, J. F. Gronovius suspicabatur legi posse, *Ictimulis*, quod nomen est loci in Vercellensi agro. Sed agitur de loco qui non procul a Placentia, et forte ad alteram Padi ripam. Vide c. 57. *J. Clericus.*

[b] *Saxo elisit*] Descriptus est solennis hic firmandi jurisjurandi ritus l. 1. cap. 24. De jurejurando per Jovem lapidem Favorinus apud Gell. lib. 1. cap. 21. Plutarchus in Sylla. Poly-

omnes, velut Diis auctoribus in spem suam quisque[20] acceptis,[z] id moræ, quod nondum pugnarent, ad potienda sperata rati, prælium uno animo et voce una poscunt.

46. Apud Romanos haudquaquam tanta alacritas erat, super cetera recentibus etiam territos prodigiis. Nam et lupus intraverat castra,[c] laniatisque obviis ipse intactus evaserat; et examen apum[d] in arbore prætorio imminente consederat. Quibus procuratis,[a] Scipio, cum equitatu jaculatoribusque expeditis profectus ad castra hostium, exque propinquo[1] copias, quantæ et cujus generis essent, speculandas, obvius fit Hannibali, et ipsi cum equitibus ad exploranda circa loca progresso. Neutri alteros primo cernebant. Densior deinde incessu tot hominum equorumque oriens pulvis signum propinquantium hostium fuit. Constitit utrumque agmen, et prælio sese expediebant.[2] Scipio jaculatores et Gallos equites in fronte locat; Romanos, sociorumque quod roboris fuit, in subsidiis. Hannibal frænatos equites in medium accipit, cornua Numidis firmat. Vixdum clamore sublato, jaculatores fugerunt inter subsi-

[z] *Quasi unusquisque Deos haberet sponsores promissorum ab Hannibale præmiorum, quorum spem conceperat.*

[a] *Post hæc prodigia sacrificiis expiata.*

immutatam.—19 Vet. lib. apud eundem *promittit.*—20 'Vox *quisque* arcte jungenda cum *omnes*, vel delenda; vel leg. *cuique*, aut *velut Diis quoque auctoribus in s. s. a.*' Rupert.

1 '*Ex propinquo.* Sic in duobus Mss. extat, in reliquis fere, ut et in vetust. Edd. est *ex quo propinquo:* unde Valla effecit *exque propinquo*, quod recentiores Edd. receperunt. In nonnullis tamen Mss. est *ex loco propinquo.*' Stroth.

NOTÆ

bius lib. III. ubi de fœdere Romanorum cum Carthaginiensibus, qui si hoc genere usi, quemadmodum hoc loco Hannibal, a Romanis, opinor, sunt mutuati. Hi tamen non agno, sed cæsa jungebant fœdera porca.

[c] *Lupus intraverat castra*] Mali apud Romanos ominis habitum fuisse, si lupus loca septa, intra quæ homines versari soliti, esset ingressus, et antea observavimus, et ex lib. XXVII. cap. 37. confirmari potest.

[d] *Et examen apum*] Prodigiis quoque annumerabatur, si apes, quæ natura sua feræ, juxta sedes hominum examen posuissent, sive uvam fecissent, ut Plin. notat lib. I. c. 17. quo respicit Juvenalis Satira XIII. 'Atque examen apum longa consederit uva Culmine delubri.' Et revera non semel Pompeio Magno cladem ea res portendisse credita est: quod tamen non fuisse perpetuum observat ibidem Plinius, exemplo Drusi.

dia ad secundam aciem.[3] Inde equitum certamen erat aliquamdiu anceps; dein, quia turbabant equos pedites intermixti, multis labentibus ex equis, aut desilientibus, ubi suos premi circumventos vidissent, jam magna ex parte ad pedes pugna ierat;[b] [4] donec Numidæ, qui in cornibus erant, circumvecti paululum, ab tergo se ostenderunt. Is pavor perculit Romanos,[c] auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque intercursu tum primum pubescentis filii propulsatum. Hic erit juvenis,[5] penes quem perfecti hujusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Hannibale Pœnisque appellatus. Fuga tamen effusa jaculatorum maxime fuit, quos primos Numidæ invaserunt. Alius confertus equitatus consulem in medium acceptum, non armis modo, sed etiam corporibus suis, protegens, in castra, nusquam trepide neque effuse cedendo, reduxit. Servati consulis decus Cœlius ad servum natione Ligurem delegat.[d] Malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et fama obtinuit.[6]

47. Hoc primum cum Hannibale prælium fuit; quo facile apparuit, et equitatu meliorem Pœnum esse, et ob id campos patentes, quales sunt inter Padum Alpesque, bello gerendo Romanis aptos non esse. Itaque proxima nocte, jussis militibus vasa silentio colligere,[e] castra ab Ticino

[b] *Equites plerique, omissa pugna equestri, desilierant ad pedes.*
[c] *Metus inde conceptus Romanos turbavit.*
[d] *Attribuit servo, qui gente Ligur.*

—2 Olim legebatur *et prælio se expediebant.* Put. et Flor. *et ad prælium se expediebant.*—3 'Pleonasmum *inter subsidia, ad secundam aciem* vix ferri posse Jac. Gronovius putat, sed vel legendum *ac secundum*, vel cum cod. Cant. plane eliminandum *τὸ inter subsidia.* Sed distinguuntur h. l. *subsidia et secunda acies.* Sup. lib. III. cap. 63. 'eques inter ordines peditum tectus se ad equos recipit.' Si quid eliminandum esset, potius abjicerem *τὸ ad secundam aciem,* quod speciem interpretamenti *τοῦ inter subsidia* habet.' *Stroth.*—4 'In Mss. *vierat,* unde forsan leg. *venerat.*' Rupert. *Τὸ venerat* recepit Kreyssigius.—5 'Ita optimi Mss. pro vulg. *erat,* probb. Gron. Drak. et Str. tanquam vividius et præsentius, quia sit futura pars narrationis, etsi rei gestæ præteritæ, ut ap. Flor. II. 6. 'Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ crescit.' Cf. sup. VII. 1. pr. et Ovid. Fast. II. 386. Perperam autem Stroth. jungebat *hic juvenis Africanus appellatus erit.* Immo: *juvenis,* qui postea *Africanus appellatus* est. Itaque ob particip. *appellatus* non restituendum vulg. *erat,* suadente Doer.' *Rupert.*—6 Vid. Not. Var.

mota, festinatumque ad Padum est; ut ratibus, quibus junxerat flumen,[f] nondum resolutis, sine tumultu atque insectatione hostis, copias trajiceret. Prius Placentiam[g] pervenere, quam satis sciret Hannibal ab Ticino profectos: tamen ad sexcentos moratorum[7] in citeriore ripa,[e] segniter ratem solventes, cepit. Transire non potuit pontem, ut extrema[8] resoluta erant, tota rate in secundam aquam[9] labente.[f] Cœlius auctor est, Magonem cum equitatu et Hispanis peditibus flumen extemplo transnasse;[10] ipsum Hannibalem per superiora Padi vada exercitum traduxisse, elephantis in ordinem ad sustinendum impetum fluminis oppositis. Ea peritis amnis ejus vix fidem fecerint.[g][11] Nam neque equites, armis equisque salvis, tantam vim fluminis superasse verisimile est, ut jam Hispanos omnes inflati transvexerint utres;[h] et multorum dierum circuitu Padi vada petenda fuerant,[12] qua exercitus gravis impedimentis traduci posset. Potiores apud me auctores

[e] *Sexcentos fere eorum qui morati plus ceteris fuerant, et tardius ad flumen pervenerant.*

[f] *Quia, statim atque extrema pars ratis soluta fuerat, et separata a ripa cui adhærebat, tota ratis in inferiora Padi defluxerat, secundo flumine abrepta.*

[g] *Ea non facile credent qui noverint Padi fluminis naturam.*

7 ' Hoc a Crevierio et Drak. etiam receptum ex conjectura Gronovii est. In Mss. legitur *ad hæc moratorum*, in reliquis Edd. vero *aliquot moratorum*. Porro recte monuit Drak. *moratorum* non a *moratus* sed a *morator* descendere.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—8 Vet. lib. apud Sigon. *quod extrema.*—9 Conj. J. F. Gronov. *vi secundæ aquæ*, non male, judice Stroth.—10 Al. *transnatasse.*—11 Olim legebatur *Ea periti amnis vix fecerint.* Vid. Not. Var.—12 *Fuerint* Cre-

NOTÆ

[e] *Vasa silentio colligere*] Gall. *Faire la retraite sans bruit.* Vasa sive sarcinas per silentium colligere opponitur ei quod dicitur vasa conclamare: quo genere significabatur palam discessus, ut fiducia hostibus ostenderetur.

[f] *Quibus junxerat flumen*] Scipio scilicet.

[g] *Placentiam*] Hæc urbs in Gallia Cispadana erat, quæ post ex divisione Augusti octava regio Italiæ fuit. Tunc in agro erat Gallici populi a Boiis atque ab Insubribus diversi, qui Anamani aliis vel Amares dicuntur (forte Ambarri, aut Cavares fuerunt). Nostris hæc urbs, *Plaisance;* Ital. *Piacenza;* est in Longobardia Cispadana, et Ducis Parmensis ditione.

[h] *Ut jam* (id est, quamvis etiam) *Hispanos omnes inflati transvexerint utres*] De hoc *utrium* apud Hispanos usu, supra cap. 27.

sunt, qui biduo vix locum rate jungendo flumini inventum tradunt; ea cum Magone equites Hispanorum expeditos præmissos. Dum Hannibal, circa[13] flumen legationibus Gallorum audiendis moratus, trajicit gravius peditum agmen, interim Mago equitesque ab transitu fluminis diei unius itinere Placentiam ad hostes contendunt. Hannibal paucis post diebus sex millia a Placentia castra communivit, et postero die, in conspectu hostium acie directa, potestatem pugnæ fecit.

48. Insequenti nocte cædes in castris Romanis, tumultu tamen quam re major, ab auxiliaribus Gallis facta est. Ad duo millia peditum et ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis, ad Hannibalem transfugiunt: quos Pœnus benigne allocutus, et spe ingentium donorum accensos, in civitates quemque suas, ad solicitandos popularium animos dimisit. Scipio, cædem eam signum defectionis omnium Gallorum esse ratus, contactosque eo scelere, velut injecta rabie, ad arma ituros, quanquam gravis adhuc vulnere erat, tamen quarta vigilia noctis insequentis tacito agmine profectus ad Trebiam[i] fluvium, in loca altiora lucosque[14] impeditiores equiti castra movet. Minus, quam ad Ticinum, fefellit:[h] missisque Hannibal primum Numidis, deinde omni equitatu, turbasset utique novissimum agmen, ni aviditate prædæ in vacua Romana castra Numidæ devertissent.[15] Ibi dum, perscrutantes loca omnia castrorum, nullo satis digno moræ pretio tempus terunt, emissus hostis de manibus est: et cum jam transgressos Trebiam Romanos metantesque castra conspexissent, paucos moratorum

[h] *Scipionis discessus non latuit Hannibalem, quemadmodum cum castra a Ticino moverat.*

vier.—13 *Citra* Mogunt. Frob. Francof. Grut. Gronov. Crevier. all.
14 Ita in Ms. Gud. in reliquis *locusque*, et in plerisque Edd. *collesque*, ex emend. Vallæ. Strothius conj. *saltusque*.—15 *Divertissent* Edd. omnes ante

NOTÆ

[i] *Ad Trebiam*] Fluvius Trebia nomen adhuc retinet, vulgo *la Trebbia*, ad Placentiam in Padum confluens. Huic nihil commune cum Trebia Umbriæ oppido ad Clitumnum, vulgo *Trevi*.

occiderunt, citra[16] flumen interceptos. Scipio, nec vexationem vulneris in via jactanti[17] [k] ultra patiens, et collegam[l] (jam enim et revocatum ex Sicilia audierat) ratus expectandum, locum, qui prope flumen tutissimus stativis est visus, delectum communiit. Nec procul inde Hannibal cum consedisset, quantum victoria equestri elatus, tantum anxius inopia, quæ per hostium agros euntem, nusquam præparatis commeatibus, major in dies excipiebat, ad Clastidium[m] vicum, quo magnum frumenti numerum congesserant Romani, mittit. Ibi cum vim pararent,[n] spes facta proditionis: nec sane magno pretio, nummis aureis quadringentis,[o] Dasio Brundusino præfecto præsidii corrupto, traditur Hannibali Clastidium. Id horreum fuit Pœnis sedentibus ad Trebiam. In captivos ex tradito præsidio, ut fama clementiæ in principio rerum colligeretur, nihil sævitum est.

Drak.—16 Al. *circa*.—17 ' Mss. nonnulli et Edd. vett. *jactantis*: perperam, nisi aliud lateat. Ceterum durum visum est nonnullis, quod *via jactans* dicatur, ad instar fere vernaculi *durch das Stossen des Wegs* vel *auf dem stossenden Wegs:* melius utique videtur *jactati*, sed Mss. non addicunt.' *Stroth.* ' Mihi quidem nec viam *jactantem* nec vulnus *jactatum* dixisse videtur Livius. Latere potius aliud quoddam verbum in corrupta lectione *jactantis* existimo, fortasse *ingravescentis*.' Doering. Vid. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[k] *In via jactanti*] Vulgo est *jactantis*, ut referatur ad *vulneris*, et *jactantis* dicatur pro *jactati;* quemadmodum ' tondenti ' apud Virgilium, et ' lavanti regi ' apud ipsum Livium, pro eo quod est cum tonderetur, cum lavaretur. Gronovio ex Puteani codice magis probatur *jactanti*, ut conjungatur cum *via:* et Noster quidem lib. xxx. habet ' simul sperans leviorem in navigatione quam in via jactationem vulneris fore.' Sed *jactatio* receptum est eo sensu nomen: ' via jactans ' non facile alibi occurrit. Quidni demta una litera *jactati*, ut sit, vulneris jactati?

[l] *Et collegam*] Sempronium.

[m] *Ad Clastidium*] Oppidum hoc Galliæ Cisalpinæ, in confinio Liguriæ, inter Apenninum et Padum, vulgo nunc *Chiastezzo*, aliis *Schiattezzo;* in agro Papiensi Cispadano, Placentiam inter ac Dertonam.

[n] *Cum vim pararent*] Supple Carthaginienses.

[o] *Nummis aureis quadringentis*] Hoc igitur primum tempore, aut summum biennio ante, percussi aurei nummi apud Romanos: nisi forte Gallici fuerint hi nummi. Romani porro aurei temporibus illis duodequinquaginta in singulas libras feriri ac signari soliti, majoris paulo pretii erant, quam Ludovici nostri.

49. Cum ad Trebiam terrestre constitisset bellum, interim circa Siciliam insulasque Italiæ imminentes, et a Sempronio consule, et ante adventum ejus, terra marique res gestæ. Viginti quinqueremes, cum mille armatis ad depopulandam oram Italiæ a Carthaginiensibus missæ, novem Liparas,[18] [p] octo insulam Vulcani tenuerunt, tres in fretum avertit æstus. Ad eas conspectas a Messana [q] duodecim naves ab Hierone rege Syracusanorum missæ, qui tum forte Messanæ erat, consulem Romanum opperiens, nullo repugnante captas naves Messanam in portum deduxerunt. Cognitum ex captivis, præter viginti naves, cujus ipsi classis essent,[i] in Italiam missas, quinque et triginta alias quinqueremes Siciliam petere ad solicitandos veteres socios. Lilybæi occupandi [r] præcipuam curam esse : cre-

[i] *Quibus constabat classis ex qua ipsi erant.*

NOTÆ

[p] *Liparas*] Lipareæ dicuntur insulæ septem inter Italiam et Siciliam, hujus lateri septemtrionali objectæ, freto Siculo et Peloro promontorio proximæ. Vocantur et Æoliæ, quia ibi Æolus tertius regnaverit, quem ventorum regem Homerus finxit, quod ventis ea maria maxime agitentur. Dicuntur etiam Vulcaniæ, quod in earum una, ubi mons flammas evomit, officinam Vulcani poëtæ locaverint. Hoc loco per *Liparas* non omnes hæ insulæ intelliguntur, sed sola præcipua quæ ceteris nomen dedit, ejusve oppidum quod Straboni plurali numero effertur. Et vero Livius insulas deinde Vulcani memorat, tanquam diversas; quarum tamen una id sibi nomen proprium habet. Hodie *Volcano*.

[q] *A Messana*] Diximus Messanam urbem esse inter primarias Siciliæ. Nomen accepit a Messeniis Peloponnesi populis, cum antea Zancle diceretur : quo nomine Siculi falcem appellant. Eam habuere Mamertini ex Samnitibus orti. Sita est in ora septemtrionali ad Pelorum promontorium. Dicitur adhuc *Messina*, estque urbs Archiepiscopalis, quæ de primatu cum Panormo contendit.

[r] *Lilybæi occupandi*] Cognitum est captivorum relatu, id præsertim in animo Carthaginienses habere, ut Lilybæum occuparent. Lilybæum promontorii, portus, et urbis nomen est. Promontorium unum est ex tribus præcipuis, quorum causa Sicilia Trinacriæ nomen accepit, ad occasum hybernum vergens, et Carthagini longe oppositum, quam inde cerni potuisse ab iis, quorum acutissimus visus, traditum est. Hodie corrupte *Capo di Boco* nominatur, teste Cluverio : in Sansonis tabula Siciliæ *Capo Coco*. Juxta positum oppidum inter munitissima Siciliæ numerabatur : a Carthaginiensibus conditum fuisse dicitur expugnata a Dionysio Tyranno Motya eorundem colonia. Portum habuit eximium : in ejus ruinis posita hodie creditur *Marsalla* in valle, sive provincia *di Mazara*.

dere eadem tempestate,[19] qua ipsi disjecti forent, eam quoque classem ad Ægates insulas dejectam. Hæc, sicut audita erant, rex M.[20] Æmilio prætori, cujus Sicilia erat provincia, perscribit, monetque, Lilybæum firmo teneret præsidio. Extemplo et circa a prætore[s] ad civitates[1] missi legati tribunique, qui suos ad curam custodiæ intenderent:[k] ante omnia Lilybæum teneri; ad apparatum belli, edicto proposito, ut socii navales decem dierum cocta cibaria ad naves deferrent: ubi signum datum esset, ne quis[2] moram conscendendi faceret; perque omnem oram quidam ex speculis prospicerent[3] adventantem hostium classem. Simul itaque (quanquam de industria morati cursum navium erant Carthaginienses, ut ante lucem accederent Lilybæum) præsensum tamen est, quia et luna pernox erat, et sublatis armamentis[l] veniebant; extemplo datum e speculis signum, et in oppido ad arma conclamatum est, et in naves conscensum. Pars militum in muris portarumque in[4] sta-

[k] *Ut excitarent Romanos ad custodiendum solicite civitates sibi commissas.*
[l] *Tota nocte fulgebat luna, et instrumentis velisque navium in altum elatis.*

18 Conj. Rupert. *Liparam.*—19 *Curam esse credere: eadem tempestate* Gronov. Doujat.—20 *Rex Messana M.* iid. *rex Messanæ* Edd. vett.—1 ' *Circa prætorem a civitate* Edd. vetustiss. et Mss. nonnulli: *circa prætorem ad civitates* Mss. plerique, ut et Edd. medii et recentt. Nostrum [*c. a. p. ad c.*] in uno cod. extat, probatum a Sigonio et Drak. Quodsi vulgatum verum sit, non jungo *legati circa prætorem missi sunt ad civitates*, sed potius *legati tribunique missi ad civitates circa prætorem*, i. e. circa eum locum ubi prætor erat.' *Stroth.*—2 Malit Sigon. *ne quid.*—3 ' Τὸ *erant* ab optimis plurimisque Mss. abest. forsan legendum: *perque omnem oram dispositi, qui ex speculis prospicerent.*' Stroth. ' Delendum omnino est τὸ *erant*, quod omnem orationem turbat. Nec tamen cum Strothio legerim *dispositi, qui*, debebat enim certe esse *disponerentur, qui.* Mihi quidem scripsisse videtur Livius, *perque omnem oram quidam ex speculis prospicerent* cet.' *Doering.* Conj. J. F. Gronov. non male, judice Rupert. *p. o. o. uti ex s. prospicerent.*—4 Τὸ *in* del. Doujat. Crevier.

NOTÆ

[s] *Circa a prætore* [*circa prætorem*] Hellenismus est: dicunt enim Græci, qui circa Platonem, non tantum pro discipulis sive comitibus Platonis, sed etiam pro Platone ipso; unde Sigonius non male, meo quidem judicio, *circa prætorem*, interpretatur *a prætore;* quicquid contra nitatur Gronovius; licet enim legati tribunique circa prætorem essent, non tamen hic dicitur, ' ab iis qui circa prætorem erant,' quemadmodum in exemplis ab eo allatis.

tionibus, pars in navibus erant. Et Carthaginienses, quia rem fore haud cum imparatis cernebant, usque ad lucem portu se abstinuerunt, demendis armamentis eo tempore aptandaque ad pugnam classe absumto. Ubi illuxit, recepere classem in altum, ut spatium pugnæ esset, exitumque liberum e portu naves hostium haberent. Nec Romani detrectavere pugnam, et memoria circa ea ipsa loca gestarum rerum freti, et militum multitudine ac virtute.

50. Ubi in altum evecti sunt, Romanus conserere pugnam, et ex propinquo vires conferre velle: contra eludere Pœnus, et arte, non vi, rem gerere, naviumque, quam virorum aut armorum, malle certamen facere.[5] Nam ut sociis navalibus affatim instructam classem, ita inopem milite habebant:[6] et, sicubi conserta navis[7] esset,[m] haudquaquam par numerus armatorum ex ea pugnabat. Quod ubi animadversum est, et Romanis multitudo sua auxit animum, et paucitas illis minuit. Extemplo septem naves Punicæ circumventæ; fugam ceteræ ceperunt.[8] Mille et septingenti fuere in navibus capti, milites nautæque; in his tres nobiles Carthaginiensium. Classis Romana incolumis, una tantum perforata navi, sed ea quoque ipsa reduce, in portum rediit. Secundum hanc pugnam, nondum gnaris ejus,[9] qui Messanæ erant, Ti. Sempronius consul Messanam venit. Ei fretum[10] intranti rex Hiero classem ornatam obviam duxit: transgressusque ex regia in prætoriam navem, gratulatus sospitem cum exercitu et navibus advenisse, precatusque prosperum ac felicem in Siciliam transitum; statum deinde insulæ et Carthaginiensium conata exposuit: pollicitusque est, quo animo priore bello populum Romanum juvenis adjuvisset, eo senem adjuturum. Frumentum vestimentaque sese legionibus consulis sociisque navalibus gratis

[m] *Quando navigia hostilia e proximo invicem committebantur.*

5 'Gruterus *facere* expunctum vellet; ego *malle*, si opus esset: sed maneat utrumque.' *J. F. Gronov.*—6 *Habebat* Edd. omnes ante Drak.—7 Olim legebatur *conserta manus.*—8 Vet. lib. apud Sigon. *ceteræ fugam cep.*—9 Al. *eis.*—

præbiturum. Grande periculum Lilybæo maritimisque civitatibus esse, et quibusdam volentibus novas res fore.[l] [11] Ob hæc consuli nihil cunctandum visum, quin Lilybæum classe peteret: et rex regiaque classis una profecti. Navigantes inde, pugnatum ad Lilybæum, fusasque et captas hostium naves, accepere.

51. A Lilybæo consul, Hierone cum classe regia dimisso, relictoque prætore ad tuendam Siciliæ oram, ipse in insulam Melitam,[t] quæ a Carthaginiensibus tenebatur, trajecit. Advenienti Hamilcar, Gisgonis filius, præfectus præsidii, cum paulo minus duobus millibus militum, oppidumque cum insula traditur: inde post paucos dies reditum Lilybæum, captivique et a consule et a prætore, præter insignes nobilitate viros, sub corona venierunt. Postquam ab ea parte satis tutam Siciliam censebat consul, ad insulas Vulcani[u] (quia fama erat, stare ibi Punicam classem) trajecit. Nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Jam forte transmiserant ad vastandam Italiæ oram: depopulatoque Vibonensi [12] agro,[x] urbem etiam terrebant. Repetenti Siciliam consuli exscensio [13] hostium in agrum Vibonensem facta nuntiatur: literæque ab senatu de transitu in Italiam

[l] *Et nonnullos Siculorum ad res novandas spectare.*

10 *Venit, et fretum* Edd. vett. Gronov. Doujat.—11 Olim legebatur *Lilybæorum.* ' *Grande periculum Lilybæo esse,* jam adesse a Pœnis, *et, quibusdam volentibus novas res,* cum quidam eas optarent, *fore* sc. grande periculum, adhuc imminere Lilybæo. Ita exponere malim, quam cum Stroth. *τὸ volentibus* dupliciter capere, ut tam ad *novas res,* quam ad *fore* referatur, et altera vice significet *cupientibus,* altera *non invitis.* Idem tamen non male conj. *et a quibusdam.* Conf. ad c. 39. ubi Gron. monet, perperam deleri *τὸ fore* a Grutero, non cogitante se corrumpere elegantiam verbi *volentibus:* quare *volentibus fore* junxisse videtur.' *Rupert.*

12 Mss. *uiuoniensi.*—13 Edd. vett. *excursio* contra Mss.

NOTÆ

[t] *In insulam Melitam*] Siciliam inter et Africam jacet insula Melita, continenti Africæ quam Europæ propior: vulgo *Malte:* ubi hodie sedem fixere equites Sancti Joannis Hierosolymitani, Melitenses inde dicti.

[u] *Ad insulas Vulcani*] De Vulcaniis insulis, quæ hic a Lipara distinguuntur, supra cap. prox.

[x] *Vibonensi agro*] Vibo Valentia, alias Hipponium, oppidum fuit Bruttiorum ad sinum Hipponiatem, qui et Lametinus, ubi nunc *Monte Leone,* ducatus in ulteriore Calabria.

Hannibalis, et, ut primo quoque tempore collegæ ferret auxilium, missæ traduntur. Multis simul anxius curis, exercitum, extemplo in naves impositum, Ariminum supero mari misit: Sex. Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit: M. Æmilio prætori quinquaginta navium classem explevit:[y] ipse, compositis Siciliæ rebus, decem navibus oram Italiæ legens, Ariminum pervenit: inde cum exercitu suo profectus ad Trebiam flumen, collegæ conjungitur.

52. Jam ambo consules, et quicquid Romanarum virium erat, Hannibali oppositum, aut illis copiis defendi posse Romanum imperium, aut spem nullam aliam esse, satis declarabat. Tamen consul alter, equestri prælio uno [14] et vulnere suo minutus,[z] trahi rem malebat: recentis animi alter, eoque ferocior, nullam dilationem patiebatur. Quod inter Trebiam Padumque agri est, Galli tum incolebant; in duorum præpotentium populorum certamine, per ambiguum favorem, haud dubie gratiam victoris spectantes. Id Romani, ne quid modo moverent,[m] æquo satis, Pœnus periniquo animo ferebat, ab Gallis accitum se [a] venisse ad liberandos [15] eos, dictitans. Ob eam iram,[n] simul ut præ-

[m] *Dummodo Galli nihil molirentur.*
[n] *Ea de causa, quæ iram ejus provocaverat.*

14 ' Vox *uno* h. l. parum apta: *victus* conj. Stroth. et *una* Sigon. Hoc si voluisset Livius, *simul* posuisset; Gron. Forte leg. *vano*.' Rupert.—15 Olim

NOTÆ

[y] *Quinquaginta navium classem explevit*] Habebat quidem jam classem prætor M. Æmilius, sed minorem. Itaque Sempronius consul e sua classe ei attribuit quod deerat, ut quinquaginta navium numerus expleretur.

[z] *Et vulnere suo minutus*] Homeri aliorumque Græcorum exemplo *minutum* dixit pro debilitato et fracto: eo fere sensu, quo jurisconsulti 'capite minutum' dicunt eum, qui pristino statu aliquatenus excidit.

[a] *Gallis accitum se*] Boii quidem, Galliæ Italicæ populi, legatos ad eum miserant, antequam Alpes transcendisset, supra cap. 25. et 29. Sed a reliquis Cisalpinorum Gallorum eum vocatum Livius non affirmat.

da militem aleret, duo millia peditum et mille equites, Numidas plerosque, mixtos quosdam et Gallos, populari omnem deinceps agrum usque ad Padi ripas jussit. Egentes ope Galli, cum ad id dubios servassent animos,[o] coacti ab auctoribus injuriæ ad vindices futuros declinant: legatisque ad consulem [16] missis, auxilium Romanorum terræ, ob nimiam cultorum fidem in Romanos laboranti,[p] orant. Cornelio nec causa, nec tempus agendæ rei placebat: suspectaque ei gens erat, cum [17] ob infida multa facinora, tum, ut alia vetustate obsolevissent, ob recentem Boiorum perfidiam.[b] Sempronius contra, continendis in fide sociis maximum vinculum esse primos, qui egissent [18] ope, defensos,[c] censebat. Tum, collega cunctante, equitatum suum, mille peditum jaculatoribus ferme admixtis,[q] ad defendendum Gallicum agrum trans Trebiam mittit. Ii, sparsos et incompositos, ad hoc[19] graves præda plerosque, cum inopinatos invasissent, ingentem terrorem cædemque ac fugam usque ad castra stationesque hostium fecere: unde multitudine effusa pulsi, rursus subsidio suorum prælium restituere. Varia inde pugna sequente,[20] [d] quanquam ad ex-

[o] *Cum eatenus in neutram partem animis inclinassent.*

[p] *Regioni, quæ propter incolarum eximium in Romanos studium vexetur.*

[q] *Equitatum suum misit, admixtis mille peditibus, qui magna ex parte jaculatores.*

legebatur *ad liberandum.*—16 Drak. legendum putat *consules.*—17 *Tum* Edd. vett. Gronov.—18 Put. Voss. Andreas, et omnes aliæ vett. edd. præter Mogunt. *primosque qui coissent.*—19 *Ad hæc* Gronov. Doujat. Crevier. In Edd. vett. utrumque desideratur. Vid. Not. Var.—20 ' *Sequente* pro vulg. *sequen-*

NOTÆ

[b] *Ob recentem Boiorum perfidiam*] Vide supra c. 25. et 48.

[c] *Primos, qui eguissent ope, defensos*] Sic habent primæ editiones et optimi codices: quod cum non absurdam recipiat interpretationem, mihi non omnino improbatur: quicquid velit Gronovius, qui ait, opprimendos potius quam defendendos eos qui primi coissent, id est, qui cœtus fecissent. At *coëundi* verbum licet de cœtibus qui adversus nos fiunt sæpenumero sumatur; nihil vetat de iis accipi qui nobiscum coëunt atque conveniunt. Nec refert, quod Galli egeni opis dicantur: nam id ipsum suadet hujus loquendi formæ repetitionem Liviana gravitate minus dignam. Erit itaque sensus, ad retinendos in fide socios nihil fortius esse, quam si primi qui nobiscum coierint, auxilio nostro fuerint defensi.

[d] *Varia inde pugna sequente*] Polybius rem sic narrat lib. III. postquam

tremum æquassent certamen, major tamen hostium † Romanis fama victoriæ fuit.

53. Ceterum nemini omnium major justiorque, quam ipsi consuli, videri; gaudio efferri, 'qua parte [e] copiarum alter consul victus foret, ea se vicisse. Restitutos ac refectos militibus [1] animos: nec quenquam esse, præter collegam, qui dilatam dimicationem vellet: eum, animo magis, quam corpore, ægrum, memoria vulneris aciem ac tela horrere. Sed non esse cum ægro senescendum. Quid enim ultra differri aut teri tempus? [2] Quem tertium consulem, quem alium exercitum expectari? Castra Carthaginiensium in Italia, ac prope in conspectu Urbis esse. Non Siciliam ac Sardiniam, victis ademtas, nec cis Iberum Hispaniam peti, sed solo patrio terraque, in qua geniti forent, pelli Roma-

tes scripsi ex emend. Jac. Gron. *cedentes sequentesque* conj. J. Fr. Gron. Mox junge: *major tamen fama victoriæ hostium*, de victis hostibus, *Romanis*, apud Romanos, *fuit*, h. e. Romani tamen de victis hostibus magis gloriati sunt; Doer. Durior est ratio eorum, qui ad *hostium* ex seqq. *victoriæ fama* intelligunt. Alii hæc menda non carere facile putant animadverti: *major tamen justiorque Romanæ f. v. f.* conj. J. Fr. Gron. ut Livius scita verborum repetitione luserit. cf. cap. seq. pr. *m. t. cum Romanis f. v. f.* (ut XXIII. 33. 'tertia victoria cum Pœnis erat') Jac. Gron. Vocem *cædes* post *hostium* inserebat Burm. Sed τὸ *major* ad *famam* referendum. cf. verba seqq.' *Rupert.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

Sempronius suis primum victoribus, deinde repulsis subsidium miserat; Gallos, qui scilicet ab Hannibale stabant, in tutum se recipere coactos: Hannibalem vero, cum se non satis paratum ad justam dimicationem judicaret, receptui cani jussisse, suosque cohibuisse, ne amplius cum Romanis confligerent: hos autem, frustra lacessitis aliquamdiu hostibus, sua quoque in castra se recepisse, paucis e suorum numero desideratis: ideo Sempronium, tanquam re prospere gesta, elatum animo, de summa rerum decernere statuisse, quo in se unum gloriam victoriæ verteret, ægro collega. Hinc erui potest loci hujus satis difficilis sensus, ut velit Livius, Romanos per varia sive ambigua certamina insecutos esse copias hostiles; sed id tantum consecutos, ut inspecta rerum summa æquo marte discessisse videri possent: majorem tamen fuisse victoriæ Romanorum famam, quam victoriæ Carthaginiensium. At Sempronio consuli præsertim majorem et justiorem visam famam illam victoriæ Romanorum.

† *Major tamen hostium, &c.*] Ordo est, *fama victoriæ major fuit Romanis* fama victoriæ *hostium*. Brevitati studens Livius sæpe paulo obscurius loquitur, nec est propterea tentandus. *J. Clericus.*

[e] *Qua parte*] Nimirum equitatu: vide supra c. 47.

nos. Quantum ingemiscant,' inquit, 'patres nostri, circa mœnia Carthaginis bellare soliti, si videant nos, progeniem suam, duos consules consularesque exercitus, in media Italia paventes intra castra? Pœnum, quod inter Alpes Apenninumque agri sit, suæ ditionis fecisse?' Hæc assidens ægro collegæ, hæc in prætorio prope concionabundus agere. Stimulabat et tempus propinquum comitiorum, ne in novos consules bellum differretur, et occasio in se unum vertendæ gloriæ, dum æger collega erat. Itaque, nequicquam dissentiente Cornelio, parari ad propinquum certamen milites jubet. Hannibal, cum, quid optimum foret hosti, cerneret, vix ullam spem habebat, temere atque improvide quicquam consules acturos, cum alterius ingenium,[3] fama prius, deinde re cognitum, percitum ac ferox sciret esse, ferociusque factum prospero cum prædatoribus suis certamine crederet; adesse gerendæ rei fortunam haud diffidebat. Cujus ne quod prætermitteret tempus, solicitus intentusque[4] erat, dum tiro hostium esset miles, dum meliorem ex ducibus inutilem vulnus faceret, dum Gallorum animi vigerent: quorum ingentem multitudinem sciebat segnius secuturam, quanto longius ab domo traherentur.[5] Cum ob hæc taliaque speraret propinquum certamen, et facere, si cessaretur, cuperet,[7] speculatoresque Galli, ad ea exploranda, quæ vellet, tutiores, quia in utrisque castris militabant, paratos pugnæ esse Romanos retulissent; locum insidiis circumspectare Pœnus cœpit.

54. Erat in medio rivus, præaltis utrimque clausus ripis, et circa obsitus palustribus herbis et, quibus inculta ferme vestiuntur, virgultis vepribusque. Quem ubi equiti quoque tegendo[6] satis latebrosum locum circumvectus ipse oculis

[7] *Cum speraret Hannibal prælium statim secuturum sponte Sempronii, et ipse, etiamsi forte Romani ab eo abstinerent, vellet tamen illud committere.*

1 Olim legebatur *militum.*—2 Al. *ac teri t.*—3 Olim legebatur *sed cum alterius ingenium*, et mox *recognitum.*—4 Al. *solicitusque et intentus.*—5 Al. *traheretur.*

6 'Sic ex fide nonnullorum Mss. edidi. At in longe plurimis, iisque optimis, extat *equites quoque tegendo*, ex quo vulgata Edd. lectio *ad equites quoque*

perlustravit: 'Hic erit locus,' Magoni fratri ait, 'quem teneas. Delige centenos viros ex omni pedite atque equite; cum quibus ad me vigilia prima venias. Nunc corpora curare tempus est.' Ita prætorium [7] missum.[f] Mox cum delectis Mago aderat. 'Robora virorum cerno,' inquit Hannibal: 'sed, ut et numero etiam, non animis modo, valeatis, singulis vobis novenos ex turmis manipulisque vestri similes eligite; Mago locum monstrabit, quem insideatis. Hostem cæcum ad has belli artes habebitis.'[s] Ita mille equitibus Magoni,[8] mille peditibus dimissis,[t] Hannibal prima luce Numidas equites, transgressos Trebiam flumen, obequitare jubet hostium portis, jaculandoque in stationes elicere ad pugnam hostem; injecto deinde certamine, cedendo sensim citra flumen pertrahere. Hæc mandata Numidis. Ceteris ducibus peditum equitumque præceptum, ut prandere omnes juberent; armatos deinde, instratisque equis, signum expectare. Sempronius, ad tumultum Numidarum primum omnem equitatum, ferox ea parte virium, deinde sex millia peditum, postremo omnes copias ad destinatum jam ante consilio,[9] avidus certaminis, eduxit. Erat forte brumæ tempus et nivalis dies in locis Alpibus Apenninoque interjectis, propinquitate etiam fluminum ac paludium [10] prægelidis. Ad hoc [11] raptim eductis hominibus atque equis,

[s] *Vobis res erit cum hostibus, quibus hæ fraudes insidiarum incognitæ.*

[t] *Cum Hannibal fratri Magoni ducendos ad locum destinatum permisisset equites mille totidemque pedites.*

tegendos nata est.' *Stroth.*—7 Al. *præconium.*—8 Malit Rupert. *Magonis,* vel *cum Magone dimissis,* vel *Magoni commissis.*—9 '*Ad destinatum locum jam ante consilio* Edd. fere omnes ante Drak. contra omnes Mss. *ad destinatum jam ante consilium* nonnulli Mss. et Edd. vett. quod ferri possit. Possit etiam legi *ut destinatum jam ante consilio:* sed emendatione non opus est.' *Stroth.*—10 *Pa-*

NOTÆ

[f] *Ita prætorium missum*] Dicebatur mitti prætorium, cum legati ceterique præfecti, qui circa belli ducem et in tentorio frequentes esse solebant, dimittebantur sub noctem ad curanda præsertim corpora, *quand le Général congédioit sur le soir les hauts Officiers qui étoient autour de lui.*

Prætorium missum] Hoc est, legati, tribuni, ducesque copiarum, qui ad prætorium conveniebant, in tentoria dimissi. Vide Just. Lipsium de mil. Rom. IV. Dial. 2. *J. Clericus.*

non capto ante cibo, non ope ulla ad arcendum frigus adhibita, nihil caloris inerat: et quicquid auræ fluminis appropinquabant,[12] afflabat acrior frigoris vis. Ut vero refugientes Numidas insequentes aquam ingressi sunt, (et erat pectoribus tenus aucta nocturno imbri,) tum utique egressis rigere omnibus corpora, ut vix armorum tenendorum potentia essent, et simul lassitudine,[13] procedente jam die, fame etiam deficere.

55. Hannibalis interim miles, ignibus ante tentoria factis, oleoque per manipulos, ut mollirent artus, misso, et cibo per otium capto, ubi transgressos flumen hostes nuntiatum est, alacer animis corporibusque arma capit, atque in aciem procedit. Baliares locat ante signa levemque armaturam,[14] octo ferme millia hominum;[u] dein graviorem armis peditem, quod virium, quod roboris erat: in cornibus circumfudit decem millia equitum; et ab cornibus in utramque partem divisos[15] elephantos statuit. Consul effusos[16] sequentes equites, cum ab resistentibus subito Numidis incauti exciperentur, signo receptui dato, revocatos circumdedit peditibus. Duodeviginti millia Romani[17] [g] erant, socium nominis[18] Latini viginti; auxilia præterea Cenomanorum. Ea sola in fide manserat Gallica gens. His copiis concursum est. Prælium a Baliaribus ortum est. Quibus cum majore robore legiones obsisterent, deductæ[19] propere in

[u] *Sed collocat ante aciem funditores ex insulis Baliaribus, quibus maxime constabat levis armatura, octo circiter millium numerum implens.*

ludum Gronov. Doujat. Crevier.—11 *Ad hæc* Edd. ante Gronov.—12 Olim legebatur *appropinquabat.*—13 Ita e III. Mss. edidit Drak. et *simul jejuni* Gronov. Doujat. Crevier. In plerisque Mss. legitur *et similitudine;* in quibusdam *et lassitudine;* in Edd. antt. *et simul.*

14 '*Baliares locat ante signa levemque armaturam,* ut XXII. 4. et τοὺς λογχοφόρους καὶ Βαλιαρεῖς ap. Polyb. III. 72. et 83. Hinc *levemque* ex vet. libro Sigon. recepi pro vulg. *levem.*' Rupert.—15 Al. *diversos.*—16 Conj. Rupert. *effuse.*—17 Al. *Romanorum.*—18 *Nominisque* Edd. omnes ante Drak.—19 'Pro

NOTÆ

[g] *Duodeviginti millia Romani*] Quatuor erant legiones, quaternum singulæ millium, teste sub initio hujus libri ipso Livio: unde verisimilior calculus Polybii sexdecim millia peditum Romanorum in eo exercitu numerantis.

cornua leves armaturæ sunt. Quæ res effecit, ut equitatus Romanus extemplo urgeretur. Nam cum vix jam per se resisterent decem millibus equitum quatuor millia, et fessi plerisque integris,[20] obruti sunt insuper velut nube jaculorum a Baliaribus conjecta. Ad hoc elephanti, eminentes ab extremis cornibus, (equis maxime non visu modo, sed odore insolito territis,) fugam late faciebant. Pedestris pugna par animis magis quam viribus erat; quas recentes Pœnus, paulo ante curatis corporibus, in prælium attulerat: contra jejuna fessaque corpora Romanis et rigentia gelu torpebant. Restitissent tamen animis, si cum pedite solum foret pugnatum. Sed et Baliares, pulso equite, jaculabantur in latera, et elephanti jam in mediam peditum aciem sese tulerant: et Mago Numidæque, simul latebras eorum improvida præterlata acies est,[x] exorti ab tergo ingentem tumultum ac terrorem fecere. Tamen in tot circumstantibus malis mansit aliquamdiu immota acies, maxime præter spem omnium adversus elephantos. Eos velites,[1] ad id ipsum locati, verutis conjectis et avertere, et insecuti aversos sub caudis, qua maxime molli cute vulnera accipiunt, fodiebant.

56. Trepidantes propeque[2] jam in suos consternatos media acie[3] in extremam, ad sinistrum cornu, adversus Gallos auxiliares agi jussit Hannibal. Extemplo haud dubiam fecere fugam. Additus quoque novus terror Romanis, ut fusa auxilia sua viderunt. Itaque, cum jam in orbem pugnarent,[5] decem millia ferme hominum, cum alia[6] evadere nequissent, media Afrorum acie, quæ Gallicis auxiliis firmata erat, cum ingenti cæde hostium perrupere. Et cum neque in castra reditus esset flumine interclusis,

[x] *Statim atque Romanorum copiæ imprudenter prætergressæ fuerant locum, ubi Mago cum Numidis latebat.*

deductæ malim cum Drakenborchio *diductæ.*' Doering.—20 Olim legebatur *fessi Romani plerisque integris Pœnis.*—1 Al. *eos pedites.* Vid. Not. Var.

2 In plerisque Mss. et Edd. legitur *trepidantesque prope* prob. Stroth.—3 Conj. Rupert. *e* vel *a media acie*, vel *media ab acie.*—4 Malit J. F. Gronov. *fecere fugam: additusque novus terror.*—5 Olim legebatur *cum jam in orbem*

neque præ imbri satis decernere[7] possent, qua suis opem ferrent, Placentiam recto itinere perrexere. Plures deinde in omnes partes eruptiones factæ: et, qui flumen petiere, aut gurgitibus absumti sunt, aut inter cunctationem ingrediendi[y] ab hostibus oppressi. Qui passim per agros fuga sparsi erant, vestigia cedentis sequentes agminis,[8] Placentiam contendere. Aliis timor hostium[z] audaciam ingrediendi flumen fecit, transgressique in castra pervenerunt. Imber nive mixtus, et intoleranda vis frigoris, et homines multos, et jumenta, et elephantos prope omnes, absumsit.[9] Finis insequendi hostis Pœnis flumen Trebia fuit: et ita torpentes gelu in castra rediere, ut vix lætitiam victoriæ sentirent. Itaque nocte insequenti, cum præsidium castrorum,[10] et quod reliquum ex magna parte militum erat, ratibus Trebiam trajicerent, aut nihil sensere, obstrepente pluvia; aut, quia jam moveri præ lassitudine nequibant ac vulneribus, sentire sese dissimularunt: quietisque Pœnis, tacito agmine ab Scipione consule exercitus Placentiam est perductus: inde Pado trajectus Cremonam,[h] ne duorum exercituum hybernis una colonia premeretur.

57. Romam tantus terror ex hac clade perlatus est, ut jam ad Urbem crederent[11] infestis signis hostem venturum; nec quicquam spei aut auxilii esse, quo portis mœnibusque

[y] *Dum cunctantur ingredi flumen.* [z] *Metus ab hostibus illatus.*

utrimque pugnarent.—6 In ed. Mogunt. *alio; alias* Francof. Grut. in multis Mss. et edd. recentt. *alii.*—7 Al. *discernere.*—8 Olim legebatur *vestigia cedentes sequentis agminis.*—9 Al. *consumsit.*—10 ‘ Editores antt. *Romanorum* inseruere ante *castrorum*, et mox *Pœni* post *sensere:* quæ voces, ab interprete adjectæ, ab omnibus fere Mss. absunt, et sine damno aut ambiguitate sensus omittuntur.’ Ita ex Gronov. notat Rupert.

11 ‘ *Ut jam ad urbem Romam crederent.* Quædam vett. edd. *Romani.* Put.

NOTÆ

[h] *Cremonam*] Antiquissimum est oppidum, a Cenomanis Gallis primo in Italiam Celtarum transgressu instar vici conditum trans Padum: quo Romani hoc ipso anno, ut supra observatum, coloniam sex millium deduxerant: nomen hodieque retinet in ducatu Mediolanensi, ubi *il Cremonese* ad lævam Padi ripam, inter agrum Papiensem, Mantuanum, et Brixianum.

vim arcerent. ‘ Uno consule ad Ticinum victo, altero ex Sicilia revocato, duobus consulibus, duobus consularibus exercitibus victis,[12] quos alios duces, quas alias legiones esse, quæ arcessantur?’ Ita territis Sempronius consul advenit, ingenti periculo per effusos passim ad prædandum hostium equites (audacia magis, quam consilio aut spe fallendi resistendive, si non falleret) transgressus. Id quod unum[13] maxime in præsentia desiderabatur, comitiis consularibus habitis, in hyberna rediit. Creati consules Cn. Servilius et C. Flaminius.[14] Ceterum ne hyberna quidem Romanis quieta erant, vagantibus passim Numidis equitibus, et, qua[15] his impeditiora erant,[i] Celtiberis Lusitanisque. Omnes igitur clausi undique commeatus erant, nisi quos[16] Pado naves subveherent. Emporium prope Placentiam[k] fuit, et opere magno munitum, et valido firmatum præsidio.[17] Ejus castelli oppugnandi spe[18] cum equitibus ac levi armatura profectus Hannibal, cum plurimum in celando incepto ad effectum spei habuisset,[a] nocte adortus, non fefellit vigiles. Tantus repente clamor est sublatus, ut Placentiæ quoque audiretur. Itaque sub lucem cum equitatu consul aderat, jussis quadrato agmine legionibus sequi.

[a] *Cum præcipuam spem incepti perficiendi collocasset in eo tegendo et celando.*

Romanam: sed rectius ea vox deleatur.’ *J. F. Gronov.*—12 ‘Forte cum Gron. leg. *Uno consule ad Ticinum, altero ex Sicilia revocato, ad Trebiam, cum duobus consularibus exercitibus, victis.* Saltem verba *ad Trebiam* excidisse videntur.’ *Rupert.* Vid. Not. Var.—13 ‘ Non male Gron. conj. *transgressus; et, quod unum.*’ Rupert.—14 Conj. Rupert. *et C. Flaminius II.*—15 *Quæ* Edd. ante Gronov.—16 *Quod* Gronov. Doujat.—17 Olim legebatur *et opere valido et magno munitum præsidio.*—18 Leg. monet Perizonius *expugnandi.* ‘ Forte vox *spe*, quæ mox haud venuste repetitur, e glossa irrepsit: saltem abesse

NOTÆ

[i] *Et, qua his impeditiora erant*] Ait, ubi loca montuosa et saxosa, ideoque aditu difficiliora, a Numidis equitibus per planities vagari solitis minus commode incursari poterant, eo missos ab Hannibale Hispanos montibus magis assuetos.

[k] *Emporium prope Placentiam*] Intelligit oppidum in quo portus et quasi navale Placentinorum a Romanis in dextra Padi ripa eodem hoc tempore conditum, ut esset forum rerum venalium; cum ipsa Placentia mille quingentis passibus a flumine distaret.

Equestre prælium interim commissum: in quo, quia saucius Hannibal pugna excessit, pavore hostibus injecto, defensum egregie præsidium est. Paucorum inde dierum quiete sumta, et vixdum satis percurato vulnere, ad Victumvias ire pergit[1] oppugnandas. Id emporium a Romanis Gallico bello fuerat munitum. Inde locum frequentaverant accolæ mixti undique ex finitimis populis; et tum terror populationum eo plerosque ex agris compulerat. Hujus generis multitudo, fama impigre defensi ad Placentiam præsidii accensa, armis arreptis obviam Hannibali procedit. Magis agmina, quam acies,[m] in via concurrerunt;[19] et, cum ex altera parte nihil, præter inconditam turbam, esset, in altera et dux militi, et duci fidens miles, ad triginta quinque millia hominum a paucis fusa. Postero die, deditione facta, præsidium intra mœnia accepere: jussique arma tradere cum dicto paruissent, signum repente victoribus datur, ut tanquam vi captam urbem diriperent. Neque ulla, quæ in tali re memorabilis scribentibus videri solet, prætermissa clades est: adeo omnis libidinis crudelitatisque et inhumanæ superbiæ editum in miseros est exemplum. Hæ fuere hybernæ expeditiones Hannibalis.

58. Haud longis inde temporibus,[20] dum intolerabilia frigora erant, quies militi data est: et ad prima ac dubia signa veris profectus ex hybernis, in Etruriam ducit, eam quoque gentem, sicut Gallos Liguresque, aut vi aut voluntate adjuncturus. Transeuntem Apenninum[1] adeo atrox

potest.' *Rupert.*—19 Olim legebatur *Magis agmine quam acie in via concurrerunt.*

20 'Perplacet conjectura J. F. Gronovii, *Haud longi inde temporis* legendum esse suspicantis: nam *quies haud longis temporibus* durissime dictum et vix Livianum videtur.' *Doering.*—1 Vet. lib. apud Sigon. *Transeuntem autem*

NOTÆ

[1] *Ad Victumvias ire pergit*] Fuit hoc quoque emporium antea munitum a Romanis. Vide supra cap. 45.

[m] *Agmina, quam acies*] Sumitur aliquando agmen pro turba quavis, licet incomposita, et sine ordine, atque acervatim incedente: ut apud Cic. in Pis. 'A Brundusio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ vidi.' Acies vero, cum de militibus dicitur, copias instructas significat.

adorta tempestas est, ut Alpium fœditatem prope superaverit. Vento mixtus imber cum ferretur in ipsa ora, primo, quia aut arma omittenda erant, aut contra enitentes vortice intorti affligebantur,[b] constitere: dein, cum jam spiritum includeret,[2] nec reciprocare animam[c] sineret, aversi a vento parumper consedere. Tum vero ingenti sono cœlum strepere, et inter horrendos fragores micare ignes. Capti auribus et oculis metu omnes torpere. Tandem, effuso imbre, cum eo magis accensa vis venti esset, ipso illo, quo deprehensi erant, loco castra ponere necessarium visum est. Id vero laboris velut de integro initium fuit. Nam nec explicare quicquam, nec statuere poterant; nec, quod statutum esset, manebat,[d] omnia perscindente vento et rapiente. Et mox aqua levata vento, cum super gelida montium juga[3] concreta esset,[e] tantum nivosæ grandinis dejecit, ut, omnibus omissis, procumberent homines, tegminibus suis magis obruti, quam tecti. Tantaque vis frigoris insecuta est, ut, ex illa miserabili hominum jumentorumque strage cum se quisque attollere[4] ac levare vellet, diu nequiret, quia, torpentibus rigore nervis, vix flectere artus poterant. Deinde, ut tandem agitando sese movere ac recepere animos, et raris locis ignis fieri est cœptus, ad alienam opem quisque inops tendere. Biduum eo loco, velut obsessi, mansere. Multi homines, multa jumenta, elephanti quoque ex his, qui prælio ad Trebiam facto superfuerant, septem absumti.

59. Degressus Apennino retro ad Placentiam castra movit, et ad decem millia progressus consedit. Postero

[b] *Vel, si niterentur adversus ventum, tum circumacti et quasi rotati turbine, prosternebantur.*

[c] *Auram accipere atque halitum remittere.*

[d] *Inchoandus denuo fuit labor, cum non possent evolvere instrumenta ulla, nec tentoria figere: quin et, si quæ fixa erant, eorum nihil diu stare poterat.*

[e] *Cum aqua vi venti rarior et levior facta, et elata supra ingentium montium vertices, in glaciem esset indurata.*

Apenninum.—2 *Intercluderet* Edd. omnes ante Drak.—3 Al. *cacumina.*—4 Put. *extollere.*

die duodecim millia peditum, quinque equitum adversus hostem ducit. Nec Sempronius consul (jam enim redierat ab Roma) detrectavit certamen: atque eo die tria millia passuum inter bina castra fuere. Postero die ingentibus animis, vario eventu, pugnatum est. Primo concursu adeo res Romana superior fuit, ut non acie vincerent solum, sed pulsos hostes in castra[5] persequerentur; mox castra quoque oppugnarent. Hannibal, paucis propugnatoribus in vallo portisque positis, ceteros confertos in media castra recepit, intentosque signum ad erumpendum spectare jubet. Jam nona ferme diei hora[n] erat, cum Romanus, nequicquam fatigato milite, postquam nulla spes erat potiundi castris, signum receptui dedit. Quod ubi Hannibal accepit, laxatamque pugnam et recessum a castris[6] vidit, extemplo equitibus dextra lævaque emissis in hostem, ipse cum peditum robore medius[7] castris erupit.[o] Pugna raro ulla magis sæva et cum utriusque[8] partis pernicie clarior fuisset, si extendi eam dies in longum spatium sivisset.[9] Nox accensum ingentibus animis prælium diremit. Itaque acrior

5 '*Sed perculsos hostes in castra.* Sigon. *pulsos*, et confirmant nostri. Voss. *sed solos hostes*, cujus in margine, *fusos.*' J. F. Gronov.—6 'Sic omnes: et non necesse est cum Lipsio *ire cessim a castris.*' J. F. Gronov.—7 '*Medius* ex conj. Gron. *mediis* alii auctore Lips. In Mss. et edd. antt. plerisque *de his*, in quibusdam *de iis*, et in cod. Put. *diis.* Hinc potius non dubito, quin verba *de his castris* et *de iis castris* margini ascripta sint, et glossatoribus, non Livio, debeantur.' *Rupert.* Conj. Stroth. *dehinc.*—8 '*Pugna raro ulla magis sæva et cum utriusque.* Laur. Vallæ commentum, et Mediolani primo receptum: nam Andreas: *pugna raro magis ulla ea et cum utriusque:* quicum consentiunt duo Pall. Tertius et Voss. *raro magis ulla cum utriusque.* Gud. *raro magis ulla ea cum:* sed Florent. *raro magis ulla ea utriusque:* unde certum habeo scribendum, *pugna raro magis dubia et utriusque partis pernicie clarior fuisset.*' J. F. Gronov.—9 Olim legebatur *si extendi a die in l. s. quivisset.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[n] *Jam nona ferme diei hora*] Gall. *Il étoit près de trois heures après midi.* Numerabant quippe horas Romani ab ortu Solis, id est, eo tempore a sesqui septima fere nostro more numerata; Sol enim, exeunte hyeme, in Liguria oritur circa eam horam: sed horæ apud Romanos hyeme quam æstate breviores, die occasu Solis finita.

[o] *Medius castris erupit*] Lipsius emendat, *mediis castris*, cum antea legeretur, *de his castris erupit.* Gronovius mavult *medius*, cum peditibus scilicet, ut referatur ad equites dextra lævaque emissos eodem tempore ex iisdem castris.

concursus fuit, quam cædes; et, sicut æquata ferme pugna erat, ita clade pari discessum est:[9] ab neutra parte[10] sexcentis plus peditibus, et dimidium ejus equitum cecidit. Sed major Romanis, quam pro numero, jactura fuit, quia equestris ordinis aliquot, et tribuni militum quinque, et præfecti sociorum tres, sunt interfecti. Secundum eam pugnam Hannibal in Ligures, Sempronius Lucam concessit.[p] Venienti in Ligures Hannibali per insidias intercepti duo quæstores Romani, C. Fulvius et Lucretius, cum duobus tribunis militum, et quinque equestris ordinis senatorum ferme liberis,[q] quo magis ratam fore cum his[11] pacem societatemque crederet, traduntur.[f]

60. Dum hæc in Italia geruntur, Cn. Cornelius Scipio,[12] in Hispaniam cum classe et exercitu missus, cum, ab ostio Rhodani profectus, Pyrenæosque montes circumvectus, Emporiis appulisset[r] classem, exposito ibi exercitu, orsus a Lacetanis,[s] omnem oram usque ad Iberum flumen,[13] partim renovandis societatibus, partim novis instituendis, Romanæ ditionis fecit. Inde conciliata clementiæ fama non ad maritimos modo populos, sed, in mediterraneis quoque ac montanis, ad ferociores jam gentes valuit:

f Ut Hannibali certius persuaderent Ligures fœdus atque amicitiam secum ab Hannibale initum adversus Romanos firmam esse futuram.

—9 Al. *ita clade discessum est.*—10 Al. *Ab utraque parte.*—11 'Forsan legendum *iis*, sc. Liguribus.' *Stroth.*

12 Al. *geruntur Cn. Scipio.*—13 Olim legebatur, *orsus a Lacetanis usque ad*

NOTÆ

p *Lucam concessit*] Urbs est Etruriæ inter Macram amnem et Pisas.

q *Senatorum ferme liberis*] Filii Senatorum, antequam in Senatum allecti essent, censebantur ordinis equestris.

r *Emporiis appulisset*] Emporiæ, urbs Hispaniæ cis Iberum in finibus Indigetum, non procul Iberico mari: oppidum olim geminum teste Plin. partem enim veteres incolæ, partem incolebant Græci Phocensium soboles: alias Episcopatus fuit sub Tarraconensi metropoli, hodie comitatus, vul. *Ampurias*, ager *Lampourdan* vocabulo corrupto ex Emporitano.

s *Lacetanis*] Vide supra: *ce sont les Diocéses d'Urgel, de Solsonne, et de Lerida en partie:* malim tamen hic legi *a Laletanis*, populis Diœcesis Barcinonensis. Nam Lacetani non ad oram, sed in mediterraneis colebant, a Pyrenæis ad Iberum.

nec pax modo apud eos, sed societas etiam armorum, parata est: validæque aliquot auxiliorum cohortes ex iis conscriptæ sunt. Hannonis cis Iberum provincia erat:[14] eum reliquerat Hannibal ad regionis ejus præsidium. Itaque prius, quam alienarentur omnia, obviam eundum ratus, castris in conspectu hostium positis, in aciem eduxit. Nec Romano differendum certamen visum: quippe qui sciret, cum Hannone et Hasdrubale sibi dimicandum esse; malletque adversus singulos separatim, quam adversus duos simul, rem gerere. Nec magni certaminis ea dimicatio fuit. Sex millia hostium cæsa, duo capta cum præsidio castrorum. Nam et castra expugnata sunt, atque ipse dux cum aliquot principibus capiuntur: et Scissis,[15][t] propinquum castris oppidum, expugnatur. Ceterum præda oppidi parvi pretii rerum fuit; supellex barbarica, ac vilium mancipiorum. Castra militem ditavere; non ejus modo exercitus, qui victus erat, sed et ejus, qui cum Hannibale in Italia militabat,[g] omnibus fere caris rebus (ne gravia impedimenta ferentibus essent) citra[16] Pyrenæum relictis.

61. Prius quam certa hujus cladis fama accideret,[h] transgressus Iberum Hasdrubal cum octo millibus peditum, mille equitum,[17] tanquam ad primum adventum Romanorum occursurus, postquam perditas res ad Scissim amissaque[18]

[g] *Ditati sunt Romani milites spoliis ac præda in castris Pœnorum inventa: quæ constabat ex pretiosissimis quibusque rebus duorum exercituum, tum hujus devicti in Hispania sub Hannone, tum in Italiam abducti ab Hannibale.*

[h] *Antequam ad eum pervenisset certus rumor illius stragis.*

Iberum flumen.—14 Vid. Not. Var.—15 *Scissum* Edd. ante Gronov.—16 Al. *circa.*

17 Olim legebatur *cum octo millibus peditum, mille equitibus.*—18 Al. *post-*

NOTÆ

[t] *Et Scissis*] Alii *Stissum*, vel *Scissum* habent, Polybius *Cissam* appellat; quorum nominum nulla apud Geographos mentio. Corruptum forte vocabulum ex *Setelsis*, quod fuit Lacetanorum oppidum apud Ptolemæum; et cujus situs videtur respondere non tam Urgello, ut putavit vir eruditus Nic. Sanso, quam Solsonæ, si graduum latitudinis et longitudinis aliqua ratio habeatur. Fuit et *Lyssa* oppidum ad Sicorim, quam Cissam idem Sanso dictam suspicatur, eoque loco in Hispaniæ veteris tabula ponit, ubi nunc *Camarasa.*

castra accepit, iter ad mare convertit. Haud procul Tarracone classicos milites navalesque socios, vagos palantesque per agros, (quod ferme fit, ut secundæ res negligentiam creent,)[19u] equite passim dimisso, cum magna cæde, majore fuga, ad naves compellit. Nec diutius circa ea loca morari ausus, ne a Scipione opprimeretur, trans Iberum sese recepit. Et Scipio, raptim ad famam novorum hostium agmine acto,[i 20] cum in paucos præfectos navium animadvertisset,[1] præsidio Tarracone modico relicto, Emporias cum classe rediit. Vixdum digresso eo, Hasdrubal aderat: et, Ilergetum populo,[x] qui obsides Scipioni dederat, ad defectionem impulso, cum eorum ipsorum juventute agros fidelium Romanis sociorum vastat. Excito deinde Scipione hybernis, toto cis Iberum rursus cedit agro. Scipio, relictam ab auctore[2] defectionis[y] Ilergetum gentem cum infesto exercitu invasisset, compulsis omnibus Athanagiam, urbem[z] (quæ caput ejus populi erat) circumsedit: intraque dies paucos, pluribus quam ante obsidibus imperatis, Ilergetes, pecunia etiam mulctatos, in jus ditionemque recepit. Inde in Ausetanos[a] prope Iberum, socios et ipsos Pœno-

[i] *Ducto exercitu.*

quam perditas res amissaque.—19 *Quod ferme fit, ubi secundæ res negligentiam creant* emend. Doering. *Creant* malit et Tan. Faber.—20 Vett. libb. *accito.* —1 ' *Cum in paucos præfectos paululum animadvertisset.* Lipsius, *palam.* Put. PAVIUM, hoc est, *navium:* nam de illis agitur, lib. XXIII. In ipso impetu movendarum de integro rerum perculit eum præfectorum navium transitio.'' *J. F. Gronov.*—2 ' Ita post Sigonium a Grutero reliquisque receptum est, duobus vel tribus Mss. astipulantibus; in Frob. Francof. et all. legitur: *hybernis, hostis cis Iberum rursus cedit. Agros Scipio relictos ab auctore def. et Ilergetum g.* In Mss. vero et vetustissimis Edd. vitiose: *hybernis stoicosis Tarracone Iberum rursus cedit. Agros,&c.* vide num olim scriptum fuerit: *hostico cis Iberum rursus cedit agro.* Sed erroris causa in *hybernis toto cis* fere fa-

NOTÆ

[u] *Ut secundæ res negligentiam creent*] Mallet T. Fab. *creant:* quod rectum esset si posterior tantum hujus membri pars spectaretur: sed quæ præcedunt, nempe *quod ferme fit, ut,* subjunctivum exigunt modum.

[x] *Ilergetum populo*] *Diocèse de Lerida, au-delà de la Sègre.*

[y] *Ab auctore defectionis*] Hasdrubale nimirum.

[z] *Athanagiam, urbem*] Sic primum appellabatur, quæ post dicta est *Ilerda,* nunc Castellanis *Lerida,* incolis *Lleida* ad Sicorim, in Catalonia.

[a] *In Ausetanos*] Hod. *Diocèses de Vic et de Girone.* Sed hi nulla ex

rum, procedit: atque, urbe eorum obsessa,[b] Lacetanos auxilium finitimis ferentes nocte, haud procul jam urbe, cum intrare vellent,[3] excepit insidiis. Cæsa ad duodecim millia: exuti pæne omnes armis, domos passim palantes per agros diffugere; nec obsessos alia ulla res, quam iniqua oppugnantibus hyems, tutabatur. Triginta dies obsidio fuit: per quos raro unquam nix minus quatuor pedes alta jacuit: adeoque pluteos ac vineas Romanorum operuerat, ut ea sola, ignibus aliquoties conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit. Postremo cum Amusitus princeps eorum ad Hasdrubalem profugisset, viginti argenti talentis[c] pacti deduntur. Tarraconem in hyberna reditum est.

62. Romæ aut circa urbem[4] multa ea hyeme prodigia facta: aut (quod evenire solet,[†] motis semel in religionem animis) multa nuntiata et temere credita sunt: in quis ingenuum infantem semestrem in foro olitorio[d] triumphum clamasse:[5] et foro boario bovem in tertiam contignationem sua sponte escendisse, atque inde tumultu habitatorum territum sese dejecisse: et navium speciem de cœlo affulsisse, et ædem Spei, quæ est in foro olitorio, fulmine ictam: et

cilius deprehenditur.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—3 Malit Rupert. *haud procul urbe, cum jam intrare vellent.*

4 Olim legebatur *Romæ autem et circa urbem.* Conj. J. F. Gronov. *Romæ*

NOTÆ

parte Iberum attingunt, intermediis hinc Lacetanis, inde Laletanis et Cosetanis. Hic itaque *Cosetanos* pro Ausetanis lubens scriberem, nisi caput Cosetanorum esset Tarraco, Scipionum opus. Sed illorum forte angulus aliquis Tarraconem inter et Iberum a Romanis tunc defecerat.

[b] *Urbe eorum obsessa*] Ausetanorum urbs Ausa dicebatur, postea Aquæ-Voconiæ, nunc *Vic d'Osona.*

[c] *Viginti argenti talentis*] Ostendimus ratione habita ponderis et comparatione facta argenti ad argentum, talenta illa æquiparari posse duobus millibus librarum nostratium, additis quingentis et quinquaginta libris: sic viginti talenta respondebunt ferme 51000. libris Francicis.

† *Quod evenire solet, &c.*] Ex hoc loco excusari potest frequens prodigiorum commemoratio, quæ apud Livium occurrit: ne quis eum omnia credidisse putet, quæ narrat. *J. Clericus.*

[d] *In foro olitorio*] Fuit forum olitorium in regione Urbis undecima ex Augusti descriptione, haud procul Circo maximo: ibi fere ubi nunc *Piazza Montanara.* Boarium vero regione Urbis octava, quæ est fori Romani, nec procul ab olitorio.

Lanuvii hastam se commovisse: et corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse: et in agro Amiternino[e] multis locis hominum specie procul candida veste visos, nec cum ullo congressos:[6] et in Piceno lapidibus pluisse: et Cære sortes extenuatas:[f] et in Gallia lupum vigili gladium e vagina raptum abstulisse. Ob cetera prodigia libros adire decemviri jussi. Quod autem lapidibus pluisset in Piceno, novemdiale sacrum editum, et subinde aliis procurandis prope tota civitas[7] operata[8] fuit. Jam primum omnium Urbs lustrata est, hostiæque majores,[g] quibus editum[9] est,[h] Diis cæsæ; et donum ex auri pondo quadraginta[i] Lanuvium ad Junonis[10]

et circa.—5 Conj. Stroth. *olitorio io triumphe clamasse.*—6 ' *Hominum species . . . . visas, nec tamen illis congressos.* Vett. libb. alii, *nec tamen cum illis congressos;* alii, *nec tamen cum ullo congressos.*' Sigon. Vid. Not. Var.—7 Al. *prope civitas.*—8 ' Occurrebat primum legi posse *occupata:* sed vulgatum probum est.' *Stroth.*—9 Al. *edictum.*—10 Quidam codd. *Lanuvium et Junoni.*—11

NOTÆ

[e] *In agro Amiternino*] Amiternum oppidum fuit Vestinorum, qui pars Samnii latius sumti, ad amnem Aternum; ejus ruinæ visuntur non procul Aquila, ad pagum qui hodie *S. Vittorino* in Aprutio ulteriori regni Neapolitani provincia.

[f] *Sortes extenuatas*] Notat Salmasius, in portentis et somniis prosperum judicari ab aruspicibus et somniorum interpretibus, quoties res majores apparent, quam pro natura sua; contra infaustum haberi, si minores solito videantur: quod confirmari potest exemplo vaccarum septem pinguium, totidemque macilentarum, quæ Pharaoni in somnis visæ. Hic igitur *sortes attenuatæ*, vel *extenuatæ*, pro mali ominis ostento referuntur.

Sortes extenuatas] Infra *attenuatæ* dicuntur, et lib. XXII. cap. 1. ' sua sponte attenuatæ.' Just. Lipsius conjiciebat *extæniatas*, hoc est, tæniis quibus involutæ erant expeditas, Elect. l. II. c. 12. Malim cum aliis interpretari de talis, qui jaciebantur ante statuam Numinis, quod consulebatur; et qui cum in cista sacra servarentur, minores sint inventi, quam fuerant, ut quidem templi antistites dicebant. Simile quid de triente æneo Serviliorum habet Plinius l. XXXIV. c. 13. ut recte observavit J. F. Gronovius. Ceterum de ratione consulendorum Deorum per sortes, vide quæ collegit Ant. Van-Dale, Diss. de Divin. Idol. sub V. T. c. 4. *J. Clericus.*

[g] *Hostiæque majores*] Ætate scilicet grandiores, non lactentes.

[h] *Quibus editum est*] Id est, Diis qui nominati ab decemviris sacrorum fuerunt ut iis supplicaretur. Sed etsi legatur *quibus edictum*, non erit diversa sententia; qui enim pro magistratu et officio aliquid publice denuntiant, præscribunt, aut imperant, edicere proprie dicuntur.

[i] *Ex auri pondo quadraginta*] Auri defæcati libra Romano pondere quin-

portatum est; et signum æneum matronæ Junoni in Aventino dedicaverunt;[11] et lectisternium Cære, ubi sortes attenuatæ[12] erant, imperatum; et supplicatio Fortunæ in Algido; Romæ quoque et lectisternium Juventati,[13] et supplicatio ad ædem Herculis nominatim, deinde universo populo circa omnia pulvinaria, indicta; et Genio majores hostiæ cæsæ quinque; et C. Atilius Serranus prætor vota suscipere jussus, si in decem annos res publica eodem stetisset statu. Hæc, procurata votaque ex libris Sibyllinis, magna ex parte levaverant religione animos.[14]

63. Consulum designatorum alter Flaminius, cui eæ legiones, quæ Placentiæ hybernabant, sorte evenerant, edictum et literas ad consulem misit,[k] ut is exercitus Idibus Martiis Arimini[l] adesset[15] in castris. Huic in provincia consulatum inire consilium erat, memori veterum certaminum cum Patribus, quæ tribunus plebis,† et quæ postea consul, prius de consulatu, qui abrogabatur, dein de triumpho habuerat; invisus etiam Patribus ob novam legem, quam Q. Claudius[16] tribunus plebis adversus senatum, uno Patrum adjuvante C. Flaminio, tulerat: ne quis senator, cuive senatorius pater fuisset,[17] maritimam navem,

Olim legebatur *ædificaverunt*.—12 Al. *extenuatæ*.—13 Al. *Juventæ*.—14 *Animos religione* Gronov. Doujat. Crevier. '*Levaverunt animum religione*. Lipsius ex suo *animum religionis*, quod in Voss. notavimus. Ceteri non subscribunt. Put. *religione animos*.' J. F. Gronov.

15 Al. *esset*.—16 Olim legebatur *invisus etiam senatui ob novam legem, quam inique Q. Claudius*. Pro *adversus senatum* conj. J. F. Gronov. *adverso senatu*. —17 'Sic ex conjectura dedi pro vulgato vitioso et inepto: *quive Senatoris*

NOTÆ

gentis sexaginta ferme libris nostratibus æstimanda venit. Itaque quadraginta libræ sive pondo efficient 22400. libras Francicas, præter manus pretium.

[k] *Ad consulem misit*] Ad Sempronium, cui provincia Gallia superiori anno evenerat.

[l] *Arimini*] Est Ariminum oppidum veteris Umbriæ ultra Apenninum, quam diu Senones occuparunt, vulgo *Rimini*, ad ostium cognominis fluvii, (qui nunc *Marecchia*,) citra Rubiconem, ubi Flaminiæ, et provinciæ totius Galliæ Cisalpinæ initium: ideoque hic dicitur maluisse Flaminium inire consulatum in provincia, quam Romæ et in Italia proprie dicta.

† *Quæ tribunos plebis, &c.*] Vide supplem. Freinshemiana l. xx. c. 19. et c. 49. *J. Clericus*.

quæ plus quam trecentarum amphorarum [m] esset, haberet. Id satis habitum ad fructus ex agris vectandos. Quæstus omnis Patribus indecorus visus. Res, per summam contentionem acta, invidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio, favorem apud plebem alterumque inde consulatum, peperit. Ob hæc ratus auspiciis ementiendis,[18] [n] Latinarumque feriarum [o] mora, et consularibus aliis impedimentis retenturos se in Urbe, simulato itinere privatus clam in provinciam abiit. Ea res, ubi palam facta est, novam insuper iram infestis jam ante Patribus movit: ‘ Non cum senatu modo, sed jam cum Diis immortalibus, C. Flaminium bellum gerere. Consulem ante inauspicato factum revocantibus ex ipsa acie Diis atque hominibus non paruisse; et nunc conscientia spretorum [19] [p] et Capito-

pater fuisset: quasi is nec ipse esset senator, et ex dignitate filii aliquid in patrem redundaret. Immo ne plusquamperfectum quidem *fuisset* sic locum habere posset. Ob eandem rationem neque Perizonii conjectura, *filius* pro *pater* reponentis, vera esse potest: dicendum enim fuisset: *quive senatoris filius esset*, non *fuisset*. Propior est Roelli conjectura *cuive senator pater fuisset*. At nostra ad literas propius accedit, neque insolens videri debet, *senatorius pater;* cum inveniatur ‘ senatoria domus ’ (Sueton. in Claud. cap. 35.), ‘ senatoria necessitas ’ (Tacit. Ann. XI. 4.), et ‘ senatorii seminis homo ’ (Sidon. Epist. I. 6.)’ *Stroth.*—18 Olim *emendis.* Malit Sigon. *repetendis.*—19 ‘ *Conscientias prætorum* Edd. vetustissimi et Mss. omnes: *conscientia præteritorum* Sigon. Francof. Grut. *comitia prætorum* Mogunt. Frob. Nostrum, [*c. spr.*] quod

NOTÆ

[m] *Trecentarum amphorarum*] Dicuntur amphoræ Græcis quæ ex utraque parte ansis feruntur, Latine quadrantalia; vasa continendis liquoribus, et mensuræ genus. Capiebat autem amphora urnas duas, congios octo, sextarios octo supra quadraginta: id est, pintas Parisienses ferme 28.

[n] *Auspiciis ementiendis*] Verebatur Flaminius, ne Senatores, falsa auguria atque omina per augures obnuntiando, ipsum tanquam inauspicato creatum consulem in urbe morarentur, aliisve impedimentis, auspiciorum vel feriarum, ei honorem delatum eriperent.

Ementiendis] Fingendo auspicia vitiosa. Vide exemplum auguris, in contrarium l. x. c. 40. Nec dubito quin tales fraudes sæpe fierent, cum in gratiam coss. tum ut eorum consiliis obsisteretur. Ubi quod prodest, aut nocet, facile est factu, non desunt amici, aut inimici qui rem aggrediantur, vel ut prosint, vel ut noceant. *J. Clericus.*

[o] *Latinarumque feriarum*] Per quas novi consules sacrificium in monte Albano una cum sociis Latini nominis Jovi Latiari facere soliti antequam in provincias suas discederent.

[p] *Conscientia spretorum*] Deorum nempe atque hominum, de quibus

lium et solennem votorum nuncupationem fugisse: ne die initi magistratus[q] Jovis optimi maximi templum adiret: ne senatum, invisus ipse,[20] et sibi uni invisum, videret consuleretque: ne Latinas indiceret, Jovique Latiari solenne sacrum in monte faceret:[1] ne, auspicato profectus in Capitolium ad vota nuncupanda, paludatus inde cum lictoribus ad provinciam[2] iret. Lixæ modo[k] sine insignibus, sine lictoribus, profectum clam, furtim, haud aliter quam si exilii causa solum vertisset. Magis pro majestate videlicet imperii Arimini, quam Romæ, magistratum initurum, et in deversorio hospitali, quam apud penates suos, prætextam sumturum.' Revocandum universi retrahendumque censuerunt; et cogendum omnibus prius præsentem in Deos hominesque fungi officiis, quam ad exercitum et in provinciam iret. In eam legationem (legatos enim mitti placuit) Q. Terentius et M. Antistius profecti, nihilo magis eum moverunt, quam priori consulatu literæ moverant ab senatu missæ. Paucos post dies magistratum iniit, immolantique ei vitulus jam ictus e manibus sacrificantium sese cum proripuisset, multos circumstantes cruore respersit. Fuga procul etiam major apud ignaros, quid trepidaretur, et concursatio fuit. Id a plerisque in omen[3] magni terroris acceptum. Legionibus inde duabus a Sempronio prioris anni consule, duabus a C. Atilio prætore acceptis, in Etruriam per Apennini[4] tramites exercitus duci est cœptus.

[k] *Tanquam unus e numero lixarum, vel calonum.*

sine dubio verum est, primus Gronovius recepit.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—20 Vet. lib. ap. Sigon. *invisus ipsi.*—1 Olim *Jovique Latiali solenne sacrum in monte Albano faceret.*—2 Olim legebatur *paludatus inde ad provinciam*, sine vocibus *cum lictoribus.*—3 Pro *in omen* Duk. et Drak. conj. *ut omen*, et J. F. Gron. *omen*, ut ap. Tac. Ann. I. 28.—4 Olim *in Etruriam jam per Apennini.*

NOTÆ

antea. Acute Gronovius hunc locum sic emendavit, cum alias legeretur *conscientia præteritorum*, vel *conscientias prætorum.*

[q] *Ne die initi magistratus, &c.*] Describuntur solennia ab ineuntibus consulatum servari consueta.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXII.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Hannibal mutando vestem sese ab insidiis Gallorum munit, maturiusque ex hybernis movet. Servilio cos. magistratum ineunte invidia redintegratur in Flaminium. Prodigia nuntiantur procuranturque. 2. Quia Flaminium jam Arretium pervenisse fama est, Hannibal Etruriam petit propiore via per paludes, et, multis jumentis hominibusque amissis, ipse altero oculo capitur. 3. Tum vastatione agrorum irritat Flaminium, temerarium ducem, qui neque consiliis salutaribus neque prodigiis movetur. 4. Eundem trahit in insidias, et lacu Trasimeno montibusque Cortonensibus clausum copiis suis circumfundit. 5. Atrox exoritur prælium, ingentemque terræ motum nemo pugnantium sentit. 6. Mors Flaminii; cædes et fuga Romanorum. 7. Numerus cæsorum. Diversa captivorum sors. Ingens terror et tumultus in Urbe. Varii vultus digredientium ab nuntiis, et fœminarum præcipue insignia tum gaudia tum luctus.

8. Quatuor millia equitum, cum C. Centenio proprætore a Servilio ad Flaminium missa, a Pœnis capiuntur. Prodictatorem populus creat Q. Fabium Maximum et magistrum equitum M. Minucium Rufum. 9. Hannibal frustra oppugnat Spoletum, et Picenum aliosque Italiæ agros depopulatur. Servilius ad Urbem iter intendit, et Fabio auctore decemviri libros Sibyllinos adire jubentur. 10. Ver sacrum, ludi magni et ædes voventur. Supplicatio et lectisternium habetur per triduum. 11. Fabius cum duabus legionibus obviam proficiscitur Servilio, qui sine lictoribus ad dictatorem venire et extemplo Ostiam contendere jubetur, ut persequatur hostium classem ac littora Italiæ tutetur. 12. Dictator haud procul Arpis in conspectu Pœnorum ponit castra, et constanter agmen ducit per loca alta, neque omittens hostem, neque congrediens: quæ sana consilia non magis Pœno displicent, quam feroci magistro equitum. 13.

Hannibal ex Hirpinis in Samnium, et, Capuæ potiundæ spe ipsi facta, in Campaniam transit ; a duce autem viæ, Punica nominum pronuntiatione decepto, Casilinum ducitur, non in agrum Casinatem, quo contendere statuerat, ut ibi occuparet saltum et exitum Romanis ad opem sociis ferendam intercluderet. 14. Falernus ager colonorumque Sinuessæ tecta exuruntur sub oculis militum Fabii, quos seditiosa hinc oratione accendit Minucius. 15. Dictator obstinatus perstat in cunctatione, et L. Hostilius Mancinus, exploratum missus cum CD. equitibus, ardorem pugnandi morte luit. 16. Hannibal vallibus includitur, via ad Casilinum obsessa, sed arte evadit, 17. frustrans Romanos, terrensque aspectu flammæ, ex boum, furenter discurrentium, cornibus relucentis. 18. Populabundus Samnium, Pelignos et Apuliam peragrat. Fabius sacrorum causa Romam proficiscitur, præmonito magistro equitum, ne cum hoste confligeret.

19. In Hispania Cn. Scipio in fugam convertit classem Hasdrubalis, naves prope terram exercitumque in littore ducentis. 20. Capit XXV. hostium naves, et Honoscam, Longunticam, Ebusumque insulam diripit. Multi Hispaniæ populi legatos mittunt pacem petentes, et amplius CXX. civitates se Romanis dedunt. Hasdrubal in Lusitaniam ac propius Oceanum concedit. 21. Mandonius Indibilisque, fratres et reguli Ilergetum, funduntur a Scipione, et Hasdrubal, qui cis Iberum ad socios tutandos redierat bis, a Celtiebris. 22. P. Scipio Proc. in Hispaniam missus, fratri se conjungit, et cum eo Iberum transgressus petit Saguntum, ubi obsides totius Hispaniæ, Pœnis dati, a Bostare custodiebantur. Hi arte Abelucis, nobilis Hispani, in castra perducuntur Scipionum, et ab his remittuntur in civitates suas, quæ, tali beneficio obstrictæ, mox omnes a Pœnis deficiunt.

23. Solers Fabii cunctatio angit Hannibalem, et damnatur a civibus. Ager ejus, omnibus circa solo æquatis, non violatur ab hoste, ut occulti alicujus pacti ea merces videri possit, sed mox a dictatore venditur, ut pecunia inde redacta captivos redimat. 24. Eo absente Minucius læto magis quam prospero eventu cum hostibus pugnat. 25. Ita augetur invidia Fabii, et M. Metilius tribunus plebis rogationem promulgat de æquando magistri equitum et dictatoris jure. Pridie quam ejus ferendæ dies adest, Fabius nocte ad exercitum abit, creato ante consule M. Atilio Regulo. 26. Rogatio illa perfertur, suadente C. Terentio Varrone, viro humili loco orto, qui proclamando pro sordidis hominibus favorem captaverat popularem, et ad magnos jam honores pervenerat. 27. Exercitus inter Fabium et Minucium dividuntur. 28. Minucius mox in aciem descendit, et laborat, insidiatoribus in latera atque ab tergo incursantibus. 29. Fabiana acies repente, velut cœlo demissa, auxilio venit, Pœnusque canit receptui. 30. Minucius castra cum Fabio jungit, rogatque, ut magisterium sibi equitum reddatur. Dictator Parens ac milites ejus Patroni salutantur: et nunc ille par gloria est apud cives hostesque.

31. Cn. Servilius Geminus cos. male rem gerit in Africa, et in Italiam trajicit, accitus literis Fabii, qui ipsi et collegæ ejus, M. Atilio Regulo, exercitum suum, duas utrique legiones, tradit. 32. Consules artibus Fabianis cum summa inter se concordia bellum gerunt, et Hannibal inopia pæne cogitur Galliam repetere. Neapolitani legatos Romam mittunt cum XL.

pateris aureis, e quibus una tantum eaque ponderis minimi a senatu accipitur. 33. Speculator Pœnus Romæ deprehenditur, et servi, qui conjuraverant, in crucem aguntur. Legati mittuntur ad Philippum, qui deposcant Demetrium Pharium, ad Ligures, Pœnorum socios, et in Illyrios ad stipendium a Pineo rege postulandum. Ædes Concordiæ, biennio ante a L. Manlio vota, in arce facienda locatur, comitiorumque consularium habendorum causa dicitur dictator, eo autem vitio creato, interreges produntur. 34. C. Terentius Varro petit consulatum, cognatusque ejus, Q. Bæbius Herennius trib. pl. acerba oratione in senatum, augures, ac nobiles invehitur.

35. C. Terentius Varro et L. Æmilius Paullus II. consules creantur, ac prætoria habentur comitia. 36. Numerus et legionum et militum in illis augetur. Prodigia nuntiantur procuranturque ex libris Sibyllinis. Pæstani pateras aureas mittunt, ut paulo ante Neapolitani. 37. Classis Hieronis cum magno commeatu, aurea Victoria, sagittariis ac funditoribus accedit Ostiam: et ad classem T. Otacilii proprætoris in Sicilia XXV. quinqueremes adduntur. 38. Milites non sacramento, sed nunc primum jure jurando adiguntur. Conciones consulum, multæ ac feroces Varronis, veriores, quam populo gratiores Paulli. 39. Fabius proficiscentem Paullum alloquitur. 40. Hic respondet, et cum collega ad castra contendit. Hannibal adventu consulum mire gaudet ob angustias commeatus, discordiam ducum, temeritatem alterius consulis et multitudinem tironum. 41. Pabulatores Pœni cæduntur, et Hannibal, castris relictis, milites suos trans proximos montes, loco insidiis apto, condit, oppressurus hostes, diripiendis castris occupatos. 42. Solitudine ibi satis comperta, milites et consul alter signa proferri jubent. Hic tamen nuntio mali auspicii, et illi, imperio ducum haud parentes, adventu perfugarum, qui hostes in insidiis sedere nuntiant, ad reditum compelluntur. 43. Ob inopiam frumenti milites mercenarii Hannibalis jam de transitione agitant, et ipse de fuga in Galliam. Longius itaque recedit ab hoste et in loca Apuliæ calidiora eoque maturiora messibus. Insequuntur eum Romani, refragante Paullo, donec venit Cannas, ubi castra ponit aversa a Vulturno vento. 44. Ibidem consules bina castra communiunt ad utramque Aufidi amnis ripam, nec quisquam detrectat pugnam præter Paullum. 45. Numidæ fugant aquatores Romanos, et Varro indignatur, collegam a prælio abhorrere. Postero autem die, quo penes eum summa est imperii, copias flumen traducit et aciem instruit. 46. Idem facit Hannibal, et sol quidem utrique parti obliquus est, sed ventus, Romanis adversus, pulvere eos obcæcat. 47. Initio pugnæ in dextro cornu Rom. pelluntur equites, peditesque, incaute in medium irruentes, ab Afris clauduntur. 48. In sinistro cornu D. Numidæ ad Romanos transfugiunt, et recepti mox aversam eorum aciem adoriuntur. Hasdrubal autem, dextro cornu fugato, etiam lævum adoritur. 49. Virtus Paulli et mors. Fuga cladesque Romanorum. 50. Ex minoribus castris sexcenti, hortante ac duce P. Sempronio Tuditano trib. mil. in majora, et inde cum multis aliis Canusium confugiunt. 51. Hannibal, Maharbale judice, victoria uti nescit. Postero die spolia leguntur, et strages spectatur, miserabilis et fœda etiam hostibus. 52. Bina

Romanorum castra victori traduntur. Munificentia Busæ, mulieris Apulæ. 53. Canusii ad P. Scipionem summa imperii defertur, et ab eo opprimitur conjuratio nobilium juvenum, qui, suadente L. Cæcilio Metello, Italiam deserere decreverant. 54. Fugitivi, qui Venusiam ad Varronem pervenerant, ab eo Canusium traducuntur. Romæ tantus pavor tumultusque est, ut verbis exprimi nequeat. 55. Senatus consulitur a prætoribus de custodia Urbis: Fabius autem censet, expeditos prius equites mittendos, qui certa referant, et quietem silentiumque in Urbe restituendum. 56. Literæ a Terentio consule afferuntur, sacrumque anniversarium Cereris intermittitur ob luctum; qui SCto diebus xxx. finitur, ne alia quoque sacra deserantur. Patribus, post sedatum tumultum in curiam revocatis, nuntiatur ab T. Otacilio proprætore, classe Punica regnum vastari Hieronis, aliamque ad Ægates insulas stare; itaque nova sibi classe opus esse. 57. Vestales duæ stupri compertæ, aliaque prodigia. Q. Fabius Pictor Delphos mittitur sciscitatum de placatione Deorum ac belli fine. Interim ex fatalibus libris sacra aliquot extraordinaria fiunt: inter quæ Gallus et Galla, Græcus et Græca, in foro boario sub terram vivi demittuntur. M. Claudius Marcellus ab Ostia milites Romam mittit, et cum tertia legione contendit Canusium, ut exercitum ibi a consule accipiat. A M. Junio dictatore scribuntur iv. legiones, et octo millia servorum armantur. 58. Hannibal, captivis productis segregatisque, socios sine pretio dimittit, et Romanis redimendi se copiam facit. Ab his decem Romam ad senatum mittuntur, postquam juraverant se redituros: e quibus unus, velut aliquid oblitus, in castra redit et ante noctem comites assequitur. 59. Princeps eorum, M. Junius, orationem in senatu habet. 60. T. Manlius Torquatus ostendit, captivos haud dignos esse, qui redimantur. 61. Senatus censet eos non redimendos, et legatum quoque illum, qui fallaci reditu in castra jure jurando se exsolvisset, deducendum ad Hannibalem esse. Alia de his legatis fama. Multi Italiæ populi ad Pœnos deficiunt. Neque tamen pacis ulla mentio apud Romanos fit; et consuli redeunti omnes obviam eunt ordines gratiasque agunt, quod de re publica non desperaverit.

1. Jam ver appetebat, cum Hannibal ex hybernis [a] movit, et nequicquam ante conatus transcendere Apenninum intolerandis frigoribus, et cum ingenti periculo moratus ac metu. Galli, quos prædæ populationumque conciverat spes, postquam pro eo, ut ipsi ex alieno agro raperent agerentque, suas terras sedem belli esse, premique utriusque partis exercituum hybernis viderunt; [1] verterunt retro ad Hannibalem

NOTÆ

[a] *Ex hybernis*] Ex Gallia Cispadana, in quam ex Liguribus se ad hybernandum receperat, auctore Polyb.

ab Romanis odia: petitusque sæpe principum insidiis, ipsorum[2] inter se fraude, eadem levitate, qua consenserant, consensum indicantium, servatus erat; et, mutando nunc vestem, nunc tegumenta capitis, errore etiam sese ab insidiis munierat. Ceterum hic quoque ei timor causa fuit maturius movendi ex hybernis. Per idem tempus Cn. Servilius consul Romæ[3] Idibus Martiis[b] magistratum iniit.* Ibi cum de re publica retulisset, redintegrata in C. Flaminium invidia est. 'Duos se consules creasse, unum habere. Quod enim illi justum imperium,[c] quod auspicium esse? Magistratus id a domo, publicis privatisque penatibus, Latinis feriis actis, sacrificio in monte perfecto, votis rite in Capitolio nuncupatis, secum ferre: nec privatum auspicia sequi, nec sine auspiciis profectum in externo ea solo nova atque integra concipere posse.' Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata: in Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardinia autem[4] in muro circumeunti vigilias equiti scipionem, quem manu tenuerat,[5] arsisse, et littora crebris ignibus fulsisse, et scuta duo sanguine sudasse,[6] et milites quosdam ictos fulminibus, et solis orbem minui visum; et Præneste ardentes lapides[7] cœlo cecidisse; et Arpis[d] parmas[8] in cœlo visas, pugnantemque cum luna solem, et Capenæ duas interdiu lunas ortas; et aquas Cæretes[9] sanguine mixtas fluxisse,[e] fontemque ipsum Herculis[10] cruentis manasse sparsum ma-

1 Olim legebatur *viderent hybernis.*—2 *Ipsorumque* Edd. ante Crevier.—3 Olim *Cn. Servilius Romæ.*—4 'Pro *autem* in Mss. *audes, audex, cudes, rudes,* et in quibusdam *sudes,* unde Jac. Gronov. non male conj. *Sulcis. Sulci* antiqua et clarissima Sardiniæ urbs.' *Rupert.*—5 '*Tenuerit* suspicari possis.' *Rupert.*—6 '*Sanguinem sudasse* omnes Edd. ante Drak. non male! h. e. sudando emisisse.' *Rupert.*—7 In uno Ms. *lampades,* probb. Drak. et Stroth.—8 Al. *palmas.*—9 Al. *Cærete.*—10 Conj. Rupert. *frontemque ipsam Herculis.*—

NOTÆ

[b] *Idibus Martiis*] Hic tunc solennis ineundi magistratus dies.

* A. U. C. 536.

[c] *Quod enim illi justum imperium*] Negabant Senatores Flaminium consulem habendum, quod justum imperium in provinciam ferre non potuisset.

[d] *Arpis*] Arpi urbs Apuliæ. Diversa fuit ab Arpino Volscorum oppido juxta confluentes Liris et Fibreni, Ciceronis patria.

culis; et in Antiati[a] metentibus[11] cruentas in corbem spicas cecidisse; et Faleriis cœlum findi velut magno hiatu visum, quaque patuerit, ingens lumen effulsisse; sortes sua sponte attenuatas, unamque excidisse, ita scriptam: MAVORS TELUM SUUM CONCUTIT; et per idem tempus Romæ signum Martis Appia via ad simulacra[12] luporum sudasse; et Capuæ speciem cœli ardentis fuisse, lunæque inter imbrem cadentis.[13] Inde minoribus† etiam dictu prodigiis fides habita: capras lanatas‡ quibusdam factas, et gallinam in marem, gallum in fœminam sese vertisse. His, sicut erant nuntiata, expositis, auctoribusque in curiam introductis: consul de religione Patres consuluit. Decretum, ut ea prodigia, partim majoribus hostiis, partim lactentibus,[b] procurarentur; et uti supplicatio per triduum ad omnia pulvinaria haberetur. Cetera, cum decemviri libros inspexissent, ut ita fierent, quemadmodum cordi esse Divi carminibus præfarentur.[c] [14] Decemvirorum monitu decretum est,[15] Jovi primum donum fulmen aureum pondo

[a] *In agro Antii Volscorum oppidi.*
[b] *Immolatis animalibus quæ nondum ab ubere matris depulsa essent.*
[c] *Agerentur eo modo quo sibi placere significarent numina per libros Sibyllinos.*

11 '*In Antii agro metentibus* ab Sigonio est. Prius erat, *et Antii metentibus.* Omnibus certe, quos vidimus, abest *τὸ agro*, quod Sigonius adjecit. Suspicor scripsisse Livium: *et in Antiate metentibus.*' J. F. Gronov.—12 Put. *Appia via ac simulacra.*—13 Drak. malebat *lanæque i. i. cadentis*, Sigon. vero et Stroth. *lunæque i. i. candentis*, i. e. splendentis.—14 '*Quemadmodum cordi esse* sibi *Divi carminibus* Sibyllinis *præfarentur*, h. e. prædicerent, quo sensu in omnibus libris h. l. et ap. Catull. LXIV. 383. legitur illud verbum: *profarentur* emend. Gron. Drak. et Doer. putantes, hoc verbum, non illud, eo sensu dici. Quanta vero similitudo intercedit inter *præfari* et *prædicere?* Pro *Divi* ex Ms. Rec. *Divis* recepit Str. [et Kreyssig.] In reliquis Mss. et in antt. Edd. *divinis:* unde forsan leg. *Divi his*, vel cum Jac. Gron. *Divi suis* aut *iis carminibus.*' Rupert.—15 '*Id Decemvirorum monitu decretum est.* Optimi, *Id virorum.* Scribe,

NOTÆ

[e] *Et aquas Cæretes sanguine mixtas fluxisse*] Aquæ Cærites, sive Cæretanæ, sex milliaribus a Cære veteri in Tuscia, Apollinares postea dictæ, celebres omni ævo fuere, nunc *Acque di Stigliano.*

† *Inde minoribus, &c.*] Vide l. XXI. cap. 62. et quæ illic notata. *J. Clericus.*

‡ *Capras lanatas*] Ita ut haberent lanam similem lanæ ovium; nam alioqui suam etiam capræ lanam habent, sed breviorem. *Idem.*

quinquaginta [f] fieret; Junoni Minervæque ex argento dona darentur; [16] et Junoni Reginæ in Aventino, Junonique Sospitæ Lanuvii majoribus hostiis sacrificaretur; matronæque, pecunia collata, quantum [17] conferre cuique commodum esset, donum Junoni Reginæ in Aventinum ferrent, lectisterniumque fieret; quin et libertinæ ut ipsæ,[18] unde Feroniæ donum daretur,[g] pecuniam pro facultatibus suis conferrent. Hæc ubi facta, decemviri Ardeæ in foro majoribus hostiis sacrificarunt. Postremo Decembri [19] jam mense ad ædem Saturni Romæ immolatum est, lectisterniumque imperatum, (et eum [20] lectum senatores straverunt,) et convivium publicum; ac per Urbem Saturnalia diem ac noctem clamatum,[1] populusque eum diem festum habere ac servare in perpetuum jussus.

2. Dum consul placandis Romæ Diis habendoque [2] delectu dat operam, Hannibal, profectus ex hybernis, quia jam Flaminium consulem Arretium pervenisse [h] fama erat, cum aliud longius, ceterum commodius, ostenderetur iter, propiorem viam per paludem petit, qua fluvius Arnus [i] per

deleta prima voce, *Decemvirorum monitu.*' J. F. Gronov.—16 Olim *ex argento daretur.*—17 Conj. J. F. Gronov. *quantam.*—18 *Quin et libertinæ et ipsæ* Edd. ante Gronov. Mss. *quæ et ut libertinæ.*—19 Olim legebatur *Postremo ex libris Decembri jam mense in ædem Saturni.*—20 ' Ex postrema vocis *imperatum* parte *atum*, natum videtur hoc *et eum*, incommodum et otiosum. Fatendum tamen est pronomen *is* sæpe redundare apud Nostrum.' *Stroth.*—1 *Io Saturnalia* conj. Burm. et *Saturnalia clamata* J. F. Gronov. quod firmari loco Macrob. Sat. I. 10. monet Drak. Crevierius in codice Puteanæo *clamatam* exhiberi observat.

2 ' *Habendoque* Ms. Ber. unus et omnes Edd. ante Gronov. *Romæ distrahendoque* Mss. reliqui: unde *trahendoque* (h. e. producendo) reposuere Gron. et Drak. Sed Duk. et Stroth. recte monent, dilationem delectus neutiquam

NOTÆ

[f] *Pondo quinquaginta*] Auri puri libræ quinquaginta Romanis ponderibus redderent hodie lib. Francicas ferme 28000.

[g] *Feroniæ donum daretur*] Feronia Deæ nomen, quam sunt qui Proserpinam interpretentur. De fanis Feroniæ lib. I. cap. 30.

[h] *Arretium pervenisse*] Una ex principibus duodecim urbibus Etruriæ fuit Aretium, sive Arretium, in cujus finibus ortum habet Arnus fluvius; hodie *Arezzo* vulgo dicitur; in ditione magni Tusciæ Ducis.

[i] *Fluvius Arnus*] Ex Apennino, haud procul Tiberis fontibus, ortus, per

eos dies solito magis inundaverat. Hispanos et Afros, (id omne veterani erat robur exercitus,)[3] admixtis ipsorum impedimentis, necubi consistere coactis necessaria ad usus deessent, primos ire jussit: sequi Gallos, ut id agminis medium esset: novissimos ire equites: Magonem inde cum expeditis Numidis cogere agmen, maxime Gallos, si tædio laboris longæque viæ (ut est mollis ad talia gens) dilaberentur aut subsisterent, cohibentem. Primi, qua modo præirent duces per præaltas fluvii ac profundas voragines, hausti pæne limo immergentesque se, tamen signa sequebantur. Galli[4] neque † sustinere se prolapsi, neque assurgere[5] ex voraginibus poterant; aut corpora animis, aut animos spe sustinebant: alii fessa ægre trahentes membra; alii, ubi semel victis tædio animis procubuissent, inter jumenta, et ipsa jacentia passim, morientes. Maximeque omnium vigiliæ conficiebant, per quatriduum jam et tres noctes toleratæ. Cum, omnia obtinentibus aquis, nihil, ubi in sicco fessa sternerent corpora, inveniri posset, cumulatis in aquas sarcinis insuper incumbebant. Jumentorum itinere toto prostratorum passim acervi tantum, quod extaret aqua, quærentibus ad quietem parvi temporis necessarium cubile dabant.[e] Ipse Hannibal, æger oculis ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, elephanto, qui unus superfue-

[e] *Galli, cum quærerent locum, ubi ad breve tempus quiescerent, cumuli jumentorum passim jacentium per iter aquis inundatum eis quodammodo præbebant vicem cubilis, quatenus aliqua eorum pars super aquas eminebat.*

cadere in Servilium et tam periculosum tempus.' *Rupert.*—3 '*Hispanos et Afros* (*id omne veterani erat robur exercitus*) cet. ita legitur nunc ex emend. Gron. at in Edd. antt. *Hispanos et A. et omne quod veterani* cet. idque forte non spernendum, (vel, quia *τὸ quod* a Mss. abest, et *quod* et *erat* delendum,) quoniam sic Livius ab verbum expressit Polyb. III. 79. pr. nisi potius ibi *καὶ* est exegeticum: nam idem Polyb. mox solos memorat Hispanos et Afros, nec præter eos aliud erat *robur exercitus.*' Rupert.—4 Add. *qui* Elzev. Gronov. Doujat.—5 ' Cum Crevier. forte leg. *neque sustinere se, neque prolapsi a.*' Ru-

NOTÆ

agrum Aretinum, Florentiam, atque inde Pisas defertur; hinc in mare Tuscum defluens, retento adhuc nomine, vulgo *l'Arno.*

† *Galli neque*] Erat *qui neque*, sed cum absit a Mss. et editionibus melioribus, delevi ex Gronovii sententia. In sequentibus nihil mutandum: *aut corpora* fessa *animis, aut animos* languentes *spe sustinebant.* J. Clericus.

rat, quo[6] altius ab aqua extaret, vectus;[k] vigiliis tandem et nocturno humore palustrique cœlo[l] gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur.

3. Multis hominibus jumentisque fœde amissis, cum tandem de paludibus emersisset, ubi primum in sicco potuit, castra locat; certumque per præmissos exploratores habuit, exercitum Romanum circa Arretii[7] mœnia esse. Consulis deinde consilia atque animum, et situm regionum, itineraque, et copias ad commeatus[8] expediendos, et cetera, quæ cognosse in rem erat,[9] summa omnia cum cura inquirendo exequebatur. Regio erat in primis Italiæ fertilis, Etrusci campi, qui Fæsulas[m] inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris et omnium copia[10] rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum ac Patrum majestatis, sed ne Deorum quidem satis metuens.[11] Hanc insitam ingenio ejus temeritatem fortuna prospero civilibus bellicisque rebus successu aluerat. Itaque satis apparebat, nec Deos nec homines consulentem ferociter omnia ac præpropere acturum. Quoque pronior esset in vitia sua, agitare eum atque irritare Pœnus parat: et, læva relicto hoste, Fæsulas petens, medio Etruriæ agro[n] prædatum[12] profectus, quantam maximam vastitatem potest,

pert.—6 *Quod* Edd. ante Crevier.

7 Put. *Romanum incirca Arretii.*—8 Al. *atque commeatus.*—9 Olim legebatur *cetera quæ cognoscenda in re erant.*—10 Ms. Cantabr. *copiæ.*—11 *Erat* addunt

NOTÆ

[k] *Elephanto ... vectus ... altero oculo capitur*] Huc alludit Satiricus hoc versu: 'Cum Gætula ducem portaret bellua luscum.'

[l] *Palustrique cœlo*] Noxium aërem intelligit, ex iis paludibus, opinor, quas fluvius Clanis, vulgo *la Chiana*, interfluit.

[m] *Fæsulas*] Fæsulæ urbs Etruriæ fuit, Florentiæ vicina, haud procul Arno: destructa post a Gothis, atque ad formam vici redacta: retinet tamen adhuc sedem Episcopalem, vulgo *Fiesole.*

[n] *Medio Etruriæ agro*] Non intelligit agrum Etruscum fuisse inter Flaminium et Hannibalem: est enim exigua hæc pars Etruriæ, quæ inter Arretium et Fesulanum iter jacet: sed vult Hannibalem per medios agros Etruriæ prædandi causa iter cœpisse.

cædibus incendiisque consuli procul ostendit. Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat, tum vero, postquam res sociorum ante oculos prope suos ferri agique vidit, suum id dedecus ratus, per mediam jam Italiam vagari Pœnum, atque, obsistente nullo, ad ipsa Romana mœnia ire oppugnanda; ceteris omnibus in consilio salutaria magis, quam speciosa, suadentibus, 'collegam expectandum, ut conjunctis exercitibus, communi animo consilioque, rem gererent; interim equitatu auxiliisque levium armorum[f] ab effusa[13] prædandi licentia hostem cohibendum;' iratus se ex consilio proripuit; signumque simul itineris pugnæque proposuit. 'Quin immo Arretii ante mœnia sedeamus,'[o] inquit; 'hic enim patria et penates sunt. Hannibal emissus e manibus perpopuletur Italiam, vastandoque et urendo omnia ad Romana mœnia perveniat; nec ante nos hinc moverimus, quam, sicut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio Patres acciverint.' Hæc simul increpans, cum ocyus signa convelli juberet, et ipse in equum insiluisset, equus repente corruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus, qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nuntiatur, signum, omni vi moliente signifero, convelli nequire. Conversus ad nuntium, 'Num literas quoque,' inquit, 'ab senatu affers, quæ me rem gerere vetent? Abi, nuntia, signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint.' Incedere inde agmen cœpit; primoribus, super quam quod dissenserant a consilio, territis etiam duplici prodigio;[p] milite in vulgus læto ferocia ducis, cum spem magis ipsam, quam causam spei, intueretur.

[f] *Et velitibus ex numero auxiliariorum.*

Edd. nonnulli.—12 Olim *Fæsulas petens Etruriæ agros prædatum.*—13 *Effuse* pro *effusa* conj. Duk.

NOTÆ

[o] *Arretii ante mœnia sedeamus*] Hæc omnia ironice dicuntur a Flaminio; sed sarcasmus ille in ipsius caput vertit.

[p] *Duplici prodigio*] Consulis ex equo effusi, et signi ægre convulsi.

4. Hannibal, quod agri est inter Cortonam [q] urbem Trasimenumque lacum,[r] omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam pervenerant ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus [14] subit.[s] Via tantum interest perangusta, velut ad id ipsum de industria relicto spatio: deinde paulo latior patescit campus; inde colles assurgunt.[15] Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque consideret. Baliares ceteramque levem armaturam post montes circumducit: equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat; ut, ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent. Flaminius cum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato,[t] postero die, vix dum satis certa luce, angustiis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit, id tantum hostium, quod ex adverso erat, conspexit:[16] ab tergo et super caput decepere [17] insidiæ.[g]

[g] *Illum insidiæ latuerunt, quas tum a tergo, tum supra caput Hannibal struxerat.*

14 Al. *Thrasumenus, Thrasymenus, Thrasimenus, Trasumenus.* Mss. *in Trasimenum.*—15 Put. et Reg. *adinsurgent.*—16 *Aspexit* Edd. omnes ante Drak. —17 ' Ita ex Lipsii conjectura recentiores Edd. receperunt. In plerisque Mss. est *deceptæ*, (de quo erroris genere vid. Gronovius ad Livii lib. VI. c. 3. § 8.) in reliquis, sicut in Edd. vett. omnibus, *detectæ*. Forsan olim in libris erat, *ab tergo et super caput haut detectæ insidiæ;* eliso *τῷ haut* propter vici-

NOTÆ

[q] *Inter Cortonam*] Cortona Etruriæ urbs ultra Clanim fl. et Clusinam paludem, ad montes qui Trasimeno imminent lacui, a quo millibus passuum quatuor distat Vulturnum versus: nomen adhuc retinet, paretque magno Tusciæ Duci: Veteres Coritum appellabant, quos secutus Virgilius.

[r] *Trasimenumque lacum*] Medio ferme inter paludem Clusinam (quam permeat Clanis) et Tiberim spatio, montibus undique cingitur hic lacus, nunc a Perusia Pontificii dominii urbe, quæ ad ortum est, vulgo *Lago di Peruggia* appellatur, partim etiam *Lago di Castiglione* ab altero oppido eidem apposito.

[s] *Ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit*] Id est, qua parte Trasimenus montibus Cortonensibus quam proxime subjectus est. Manuscripti habent, *ubi maxime montes Cortonenses in Trasimenum;* idque se explicare ait Gronov. IV. Observat. 16.

[t] *Inexplorato*] Adverbialiter dicitur. Alias sic expresseris, cum iter præmissis de more speculatoribus non explorasset.

Pœnus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus [18] et circumfusum suis copiis habuit hostem,[h] signum omnibus dat simul invadendi.[19] Qui ubi, qua cuique proximum fuit, decucurrere,[20] eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo, quam montibus, densior sederat, agminaque hostium ex pluribus collibus [1] ipsa inter se satis conspecta, eoque magis pariter decucurrerunt. Romanus clamore prius undique orto, quam satis cerneret, se circumventum esse sensit; [i] [2] et ante in frontem lateraque pugnari cœptum est, quam satis instrueretur acies, aut expediri arma stringique gladii possent.

5. Consul, perculsis omnibus, ipse satis, ut in trepida re, impavidus, turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur; et, quacumque adire audirique potest, adhortatur,[3] ac stare et pugnare jubet; 'nec enim inde votis aut imploratione Deum, sed vi ac virtute, evadendum esse. Per medias acies ferro viam fieri: et, quo timoris minus sit, eo minus ferme periculi esse.' Ceterum præ strepitu ac tumultu nec consilium nec imperium accipi poterat. Tantumque aberat, ut sua signa atque ordinem et locum nosceret miles, ut vix ad arma capienda, aptandaque pugnæ competeret animus: opprimerenturque quidam, onerati magis his, quam tecti: et erat in tanta caligine major usus aurium, quam

[h] *Romanos Pœnorum exercitu circumdatos.*

[i] *Romani, exorto undequaque clamore, circumseptos se atque inclusos senserunt, antequam discussa nebula plane perspicere quicquam possent.*

num *caput.*' Stroth. Vid. Not. Var.—18 Olim legebatur *clausum lacu montibusque.*—19 Al. *dat invadendi.*—20 Al. *decurrere.*—1 '*Ex pluribus collibus* pro vulg. *ex p. vallibus* cum Stroth. recepi ex verissima conjectura Lipsii in Epist. Quæst. v. 1. Nam non intelligo, quomodo agmina in pluribus vallibus considentia inter se conspecta, aut ex iis decurrisse dici possint; Duk. Neque tamen, quod Doer. suadet, *eo* reponendum pro *eoque*, i. e. ideoque. Verba *inter se satis conspecta* continent rationem illorum: *eoque magis pariter;* Livius autem variavit orationem, et verbo *decucurrerunt* junxit primo partic. *conspecta,* deinde adv. *pariter.*' Rupert.—2 '*Romanus clamore undique orto prius, quam satis cerneret, se circumventum esse sensit:* ita forte τὸ *prius* transponendum, saltem verba eo ordine capienda, et ad *cerneret* subintell. *se circumveniri* vel *se circumventum esse.* Stroth. conj. *quam hostes* aut *q. satis hostes cerneret.*' Rupert.

oculorum. Ad gemitus vulnerum ictusque corporum aut armorum, et mixtos strepentium paventiumque clamores,[u] circumferebant ora oculosque. Alii fugientes pugnantium globo illati hærebant: alios redeuntes in pugnam avertebat fugientium agmen. Deinde, ubi in omnes partes nequicquam impetus capti,[4] et ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium acies claudebat, apparuitque, nullam, nisi in dextra ferroque, salutis spem esse; tum sibi quisque[5] dux adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro pugna exorta est; non illa ordinata per principes hastatosque ac triarios,[6][x] nec ut pro signis antesignani,[7] post signa alia pugnaret acies; nec[8] ut in sua legione miles, aut cohorte, aut manipulo esset. Fors[9] conglobat,[y] et animus suus cuique ante aut[10] post pugnandi ordinem dabat: tantusque fuit ardor armorum,[11] adeo intentus pugnæ animus, ut eum motum terræ,[z] qui multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit, avertitque cursu rapidos[12] amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit.

6. Tres ferme horas pugnatum est, et ubique atrociter. Circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est.[13] Eum et robora virorum sequebantur, et ipse, quacumque in parte

3 Olim legebatur *quacumque potest, adhortatur.*—4 *Facti* Gronov. all.—5 Al. *unusquisque.*—6 *Per hastatos principesque ac t.* legendum monuit Duk.—7 *Antesignanus* Edd. omnes ante Drak.—8 *Nec* del. Grut. all.—9 '*Sors* male Edd. ante Gron. qui et mox *dat* pro *dabat* in optimis Mss. legi monet.' *Rupert.*—10 *Et* Grut. Elzev. Cler. Gronov. Doujat. Crevier.—11 Olim *animorum.*—12 '*Avertitque cursu rapidos* cum Stroth. recepi ex duobus optimis Mss. pro vulg. *rapido.*' Rupert.

NOTÆ

[u] *Et mixtos* [*missos*] *strepentium paventiumque clamores*] Illud *missos* redundare facile credideris: alioquin dicendum videretur *missos a paventibus clamores.*

[x] *Per principes hastatosque ac triarios*] De hac apud Veteres ordinatione, actum lib. VIII. cap. 8. ubi cuncta huc pertinentia abunde explicantur.

[y] *Fors conglobat*] Vult fortuna et mero casu, non disciplina factum, ut Romani in globos seu catervas invicem congregarentur; nec ordinem dimicandi inter primos et inter postremos aliunde, quam ex cujusque animo natum.

[z] *Eum motum terræ*] Meminit hujus terræ motus Plut. in Fabio.

premi ac laborare senserat suos, impigre ferebat opem; insignemque[k] armis et hostes summa vi petebant,[14] et tuebantur cives: donec Insuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noscitans,[15] 'Consul, en,' inquit, 'hic est,'[16] popularibus suis, 'qui legiones nostras cecidit, agrosque et urbem est depopulatus: jam ego hanc victimam manibus peremtorum fœde civium[l] dabo:' subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit: obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam objecerat, consulem lancea transfixit. Spoliare cupientem triarii objectis scutis[17] arcuere. Magnæ partis fuga inde primum cœpit: et jam nec lacus, nec montes obstabant pavori. Per omnia arcta præruptaque velut cæci evadunt: armaque et viri super alium alii præcipitantur. Pars magna, ubi locus fugæ deest, per prima vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus humerisque extare possunt, sese immergunt. Fuere, quos inconsultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit. Quæ ubi immensa ac sine spe erat,[m] aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut nequicquam fessi vada retro ægerrime repetebant,[18] atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur. Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes eruptione impigre facta, ignari omnium, quæ post se agerentur, ex saltu evasere. Et, cum in tumulo quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnæ esset, neque scire, nec perspicere[19] præ caligine poterant. Inclinata denique re, cum incalescente sole dispulsa nebula aperuisset diem, tum liquida jam luce montes campique perditas res stratamque ostendere fœde Romanam aciem. Itaque, ne in conspec-

[k] Repete e proximo *consulem*, sive *eum*.
[l] *Suorum nempe Insubrum.*
[m] *Cum scilicet fuga per lacum nec finem haberet, nec spem evadendi.*

13 *Erat* aut *esse* conj. Bauer.—14 Olim legebatur *insignisque armis et hostem summa vi petebat.*—15 Al. *donec Insuber equum, Ducario nomen erat, faciemque noscitans.*—16 Put. *Consulem, inquit, hic est.*—17 Al. *clypeis.*—18 Olim legebatur *aut ubi nequicquam festinaverant, retro ægerrime terram repetebant.*—19

tos procul immitteretur eques, sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt. Postero die, cum super cetera extrema fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis passurum, sese dediderunt. Quæ Punica religione servata fides ab Hannibale est, atque in vincula omnes conjecit.[20]

7. Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata populi Romani clades. Quindecim millia Romanorum[1] in acie cæsa sunt; decem millia, sparsa fuga per omnem Etruriam, diversis[1] itineribus Urbem petiere. Mille quingenti hostium in acie, multi postea utrimque[2] ex vulneribus periere. Multiplex cædes utrimque facta traditur ab aliis. Ego, præterquam quod nihil haustum ex vano[3] velim, quo nimis inclinant ferme scribentium animi, Fabium æqualem temporibus hujusce belli potissimum auctorem habui. Hannibal, captivorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis,[a] Romanis in vincula datis, segregata ex hostium coacervatorum cumulis corpora suorum cum sepeliri jussisset, Flaminii quoque corpus, funeris causa magna cum cura inquisitum, non invenit. Romæ, ad primum nuntium cladis ejus, cum ingenti terrore ac tumultu concursus in forum populi est factus. Matronæ

Prospicere malebat Drak.—20 ' In Edd. ante Gron. *conjecti*, recte forsan, etsi adversantur Mss. Insolentior est h. l. a passivo ad activum transitus, maxime cum copula *atque* duo adjuncta unius subjecti jungat; et tolerabilius esset, si copula *atque* deleta major distinctio post *est* poneretur; Str. *qui* leg. pro *atque;* Doer. Aspera quoque excidisse, ut Thucydidi, ita et Nostro, possunt; Bauer.' *Rupert.*

1 Pro *diversis* Mss. *adversis.*—2 ' Recte monuit Perizonius, hoc *utrimque* eliminandum esse, ut ex sequente ortum; cum h. l. de sola hostium clade lo-

NOTÆ

[a] *Captivorum qui Latini nominis essent, sine pretio dimissis*] Supplendum hic aliquid, ut sit *captivorum* forte *eis*, vel *illis, qui Latini nominis essent.* Dividit enim Livius captivos in duo genera: eorum alios sine pretio dimissos ait, eos scilicet qui Latini nominis erant; alios in vincula conjectos, nimirum Romanos. Vel genitivus *captivorum* reddendus per ablativum cum præpositione, quasi sit *ex captivis:* quod vitavit Liv. ne tot pluralis numeri ablativos conjungeret.

vagæ per vias, quæ repens clades allata, quæque fortuna exercitus esset, obvios percunctantur.[4] Et cum frequentis concionis modo turba in comitium et curiam versa magistratus vocaret; tandem haud multo ante solis occasum M. Pomponius prætor, 'Pugna,' inquit, 'magna victi sumus:' et, quanquam nihil certius ex eo auditum est, tamen alius ab alio impleti rumoribus domos referunt, 'consulem cum magna parte copiarum cæsum: superesse paucos, aut fuga passim per Etruriam sparsos, aut captos ab hoste.' Quot casus exercitus victi fuerant, tot in curas dispertiti eorum animi erant, quorum propinqui sub C. Flaminio consule meruerant, ignorantium, quæ cujusque suorum fortuna esset. Nec quisquam satis certum habet, quid aut speret, aut timeat. Postero ac deinceps aliquot diebus ad portas major prope mulierum, quam virorum, multitudo stetit, aut suorum aliquem, aut nuntios de his opperiens: circumfundebanturque obviis sciscitantes; neque avelli, utique ab notis, prius, quam ordine omnia inquisissent, poterant. Inde varios vultus digredientium[5] ab nuntiis cerneres, ut cuique aut læta aut tristia nuntiabantur: gratulantesque aut consolantes redeuntibus domos circumfusos. Fœminarum præcipue et gaudia insignia erant, et luctus. Unam in ipsa porta, sospiti filio repente oblatam,[6] in conspectu ejus expirasse ferunt; alteram, cui mors filii falso nuntiata erat, mœstam sedentem domi, ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimatam. Senatum prætores per dies aliquot ab orto[7] usque ad occidentem solem in curia retinent, consultantes, quonam duce, aut quibus copiis, resisti victoribus Pœnis posset.

8. Prius quam satis certa consilia essent, repens alia nuntiatur clades: quatuor millia equitum, cum C. Centenio[8] pro prætore missa ad collegam ab Servilio consule, in Umbria,[b] quo post pugnam ad Trasimenum auditam aver-

quatur Livius.' *Stroth.*—3 *Ex vario* conj. Ernest.—4 'Forte *percunctabantur*, aut *sit* pro *esset*.' Bauer.—5 *Degredientium* pro *digred.* reposuit Bauer.—6 Olim *oblato.*—7 Mss. fere omnes *ab ortu.*

terant iter, ab Hannibale circumventa. Ejus rei fama varie homines affecit. Pars, occupatis majore ægritudine animis, levem, ex comparatione priorum, ducere recentem equitum jacturam : pars non id, quod acciderat, per se æstimare, sed, ut in affecto corpore quamvis levis causa magis, quam valido [9] gravior, sentiretur; ita tum ægræ et affectæ civitati quodcumque adversi inciderit, non rerum magnitudine, sed viribus extenuatis, quæ nihil, quod aggravaret, pati possent, æstimandum esse. Itaque ad remedium, jam diu neque desideratum nec adhibitum,[c] dictatorem dicendum, civitas confugit; et [10] quia et consul aberat, a quo uno dici posse videbatur, nec per occupatam armis Punicis Italiam facile erat aut nuntium, aut literas mitti, nec dictatorem populus creare poterat, quod nunquam ante eam diem factum erat, prodictatorem [d] populus creavit Q. Fabium Maximum, et magistrum equitum M. Minucium Rufum. Hisque negotium ab senatu datum, ut muros tur-

8 Al. *Centronio.*—9 ' Malim, quod jam Drakenborchio in mentem venisse

NOTÆ

[b] *In Umbria*] Vetus Umbria ad mare usque Superum protendebatur, antequam Galli Senones maritimam ejus regionem occupassent. Olim enim sub Romanis Umbria in duas partes intermedio Apennino divisa fuit: Maritimam, quæ, ab Arimino ad Æsin fluvium protensa, hodie *Ducato d'Urbino* appellatur; et Mediterraneam, quæ, Tiberim inter et Narem sita, nunc vocatur *Ducato di Spoleto;* utraque in Ecclesiæ Romanæ ditione.

[c] *Ad remedium, jam diu neque desideratum nec adhibitum*] Ita legitur hic locus in exaratis manu : quasi per ea tempora dictaturam Romani nec voluissent, nec jamdiu usurpassent. Quod mirum a Livio affirmari, cum hic ipse Q. Fabius Maximus Verrucosus ante triennium, anno scilicet U. C. 532. Dictator fuisse legatur in Fastis Capitolinis. Editi scribunt, *remedium jamdiu desideratum, neque adhibitum:* sensu, ni fallor, satis idoneo; significatur enim, periculosum reip. statum jam ante desiderasse dictaturam, tanquam præsentium imminentiumque malorum remedium, quamvis eo Senatus uti distulisset.

[d] *Prodictatorem*] Cur dictator statim dictus non fuerit Q. Fabius rationem reddit paulo ante, quod scilicet nonnisi per majorem magistratum auctore Senatu dici dictator posset, illius autem nulla nunc quidem copia, nec populus ejus creandi jus haberet; unde per populum dicendus fuit, qui, sine dictatoris nomine, tamen dictatoris munere fungeretur.

resque Urbis firmarent, et præsidia disponerent, quibus locis viderentur, pontesque rescinderent fluminum: ad penates[11] pro Urbe dimicandum esse, quando Italiam tueri nequissent.

9. Hannibal recto itinere[12] per Umbriam usque ad Spoletum [e] venit. Inde, cum perpopulato agro urbem oppugnare adortus esset, cum magna cæde suorum repulsus, conjectans ex unius coloniæ haud nimis prospere tentatæ viribus, quanta moles Romanæ urbis esset, in agrum Picenum [f] avertit iter, non copia solum omnis generis frugum abundantem, sed refertum præda, quam effuse avidi atque egentes rapiebant. Ibi per dies aliquot stativa habita: refectusque miles, hybernis itineribus ac palustri via prælioque, magis ad eventum secundo, quam levi aut facili, affectus.[n] Ubi satis quietis[13] datum [g] præda ac popula-

[n] *Et milites Hannibalis, qui ex itinere defessi, quod hyeme ac per vias paludosas fecerant, et præterea pugna ipsa ad Trasimenum debilitati erant, quæ licet, inspecto exitu, prospera fuisset, non tamen sine magna difficultate magnoque damno fuerat commissa, recreati ac restaurati sunt.*

video: *quam in valido.'* Doering.—10 Muretus conj. *sed.*—11 *Ad penates* ex emend. J. F. Gronov. In Mss. *ac penatibus*, et *ac cum penatibus;* in Edd. antt. *ac tum pro penatibus*, et *ac cum Pœnis*, quod probabat Sigon. Vid. Not. Var.

12 Olim legebatur *Hannibal interim recto itinere.*—13 '*Ubisatis quietis* ad corpora reficienda *datum* est a duce militibus, *præda* cet. Hoc *quietis* recepi e conj. Gron. pro vulg. *ubi satis quieti datum* sc. temporis a militibus, vel duce: quod non improbabant Str. et Drak. Ille τὸ *gaudentibus* (sc. militibus) pro ablat. absol. accipiebat; hic vero jungebat cum *profectus*, ut al. *magnis* (cum) copiis, vel *novo* (cum) *exercitu profectus* cet. Nihil horum Livio dignum: et Stroth. ad cap. 4. recte monuit, 'malum esse criticorum morem, pro mero arbitrio unam quandam conjecturam recipere, aliam longe probabiliorem ac magis necessariam negligere.'' *Rupert.* 'Mihi unice vera videtur conjec-

NOTÆ

[e] *Ad Spoletum*] Alias *Spoletium*, ad Clitumni fontes situm, hodiernæ Umbriæ caput, nomen retinet; dicitur enim *Spoleto.*

[f] *In agrum Picenum*] Picenum sive Picenus ager, aut Picentium regio ex eo nomen habere putatur, quod Sabini cum Asculum proficiscerentur, in vexillo eorum picus avis consederit, ut Festus est auctor: ab Æsi flumine ad Matrinum secundum mare porrigebatur, hodie *Marca d'Ancona*, cum parte Aprutii ulterioris versus occasum æstivum.

[g] *Ubi satis quietis* [*quieti*] *datum*] Num potius legendum *quietis?* ut referatur ad sequentia, sitque sensus; satis quietis datum militibus præda

tionibus magis, quam otio aut requie, gaudentibus; profectus Prætutianum[h] Hadrianumque agrum, Marsos[i] inde Marrucinosque[k] et Pelignos[l] devastat, circaque Arpos et Luceriam[m] proximam Apuliæ regionem. Cn. Servilius consul, levibus præliis cum Gallis actis, et uno oppido ignobili expugnato, postquam de collegæ exercitusque cæde audivit, jam mœnibus patriæ metuens, ne abesset in discrimine extremo, ad Urbem iter intendit. Q. Fabius Maximus dictator iterum,† quo[14] die magistratum iniit, vocato senatu, ab Diis orsus, cum edocuisset Patres, plus negligentia cærimoniarum‡ auspiciorumque, quam temeritate atque inscitia, peccatum[15] a C. Flaminio consule esse,

tura Gronovii, *quieti* in *quietis* mutantis.' *Doering.*—14 Al. *Q. Fabius M. dictator, quo.*—15 Olim legebatur *plus negligentia c. auspiciorumque temeritate,*

NOTÆ

magis quam otio gaudentibus: alioquin τὸ *gaudentibus* accipiendum erit in ablativo, sive absolute.

[h] *Prætutianum*] Prætutii inter Helvinum et Vomanum fluvios, quorum primarium oppidum Interamnium, seu Interamna, nunc *Téramo*, et *Térano*, inter confluentes Tordini et Viciolæ amnium, in ulteriori Aprutio. At Hadrianus ager, ab Hadria oppido dictus, vulgo *Atri*, inter Vomanum et Matrinum amnes. Olim hic ager Picentibus contributus fuit, nunc pars Aprutii ulterioris, quæ provincia est regni Neapolitani, ad mare Adriaticum.

[i] *Marsos*] Samniticis gentibus annumerati Marsi, quorum caput Alba Fucentis, nunc *Albi*, ad Fucinum lacum, vul. *Lago di Celano*. Hos inter et Prætutianos Vestini aliique populi hic nominati, attributi et ipsi aliquando Samnitibus, qui post in Aprutiorum nomen transierunt. Vulgo *Abruzzo*.

[k] *Marrucinosque*] Horum præcipuum oppidum Theate, vulgo *Chieti*, ad Aternum fluvium, non procul ejus ostio in Aprutio citeriore.

[l] *Et Pelignos*] Siti fuere Peligni populi mediterranei inter Aternum et Sagrum fluvios, quorum prior eos a Vestinis, posterior a Samnitibus proprie dictis dividebat. Caput olim Corfinium, hodie *Sulmo*, vulgo *Sulmona* in Aprutio citeriore.

[m] *Arpos et Luceriam*] Hæc Apuliæ loca non sane proxima superioribus: interjacebant quippe ad mare quidem Frentani, interius Samnites.

† *Dictator iterum*] Forte abdicaverat se prodictatura, et a consule proditus dictator iterum. Nam ex antecedentibus satis liquet multos sine dictatore abiisse annos, et hoc primum anno magistratu illo functum esse Fabium. *J. Clericus.*

‡ *Plus negligentia cærimoniarum*] Satis patet ex narratione Livii, Flaminii temeritate et imprudentia male rem gestam; sed Fabius aut solari Romanos voluit, re in Deorum iram rejecta, aut animum iis addere, ut, placatis Diis, melius in posterum sperarent. *Idem.*

quæque piacula iræ Deum essent, ipsos Deos consulendos esse; pervicit, ut,[o] quod non ferme decernitur, nisi cum tetra prodigia nuntiata sunt, decemviri libros Sibyllinos[n] adire juberentur. Qui, inspectis fatalibus libris, retulerunt Patribus, ‘ quod ejus belli causa votum Marti foret,[o] id non rite factum, de integro atque amplius faciendum esse: et Jovi ludos magnos, et ædes Veneri Erycinæ ac Menti vovendas esse, et supplicationem lectisterniumque habendum, et ver sacrum[p] vovendum, si bellatum prospere esset, resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset.’ Senatus, quoniam Fabium belli cura occupatura esset, M. Æmilium prætorem, ex collegii pontificum sententia,[16] omnia ea ut mature fiant, curare jubet.

10. His senatus consultis perfectis, L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, consulente collegio prætorum,[q]

[o] *Et a Diis ipsis exquirendum esse, quibus sacrificiis expianda esset eorum ira; obtinuit ut imperaret Senatus decemviris, &c.*

quam inscitia, peccatum.—16 ‘ *M. Æmilium prætorem cum collegis* vel *et collegas ex* vel *de pontificum sententia* malebant Pigh. in Ann. ad a. 536. et Gron. Recte, si cap. 10. pr. vera est omnium pæne Mss. lectio *consulente collegio prætorum*, non, quod vett. Edd. exhibent, *c. collegio pontificum*, vel, quod Lips. et Drak. malebant, quodque Gron. recepit quidem, nec tamen probavit, *c. collegium prætore*. Cf. Duk. et Drak. ad XXXIII. 44. Periz. anim. hist. c. 4. p. 163. Ceterum *M. Æmilium* Regillum (cf. c. 33. et XXVII. 33.) non alium fuisse putabat Sigon. quam eum, de quo v. XXIV. 7-9. et XXIX. 11.’ *Rupert.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[n] *Decemviri libros Sibyllinos*] Non solebant consuli libri Sibyllini, nisi denuntiata essent prodigia: tunc autem jubebantur Senatusconsulto eos inspicere decemviri; qui duumviri tantum fuerant initio, ut alibi dixi. Eam in rem sæpe exquirebatur pontificum sententia, quoties nempe quid inciderat dubitationis: lectis autem libris renuntiabant decemviri qua ratione placandi essent Dii; quod ex conjectura magis, quam ex certis indiciis, opinor, fiebat.

[o] *Quod ejus belli causa votum Marti foret*] Nempe *ver sacrum*, ab A. Cornelio votum.

[p] *Ver sacrum*] Quid sit *ver sacrum* ex Festo discimus, qui tradit Italos magnis periculis vovere solitos, quæcumque proximo vere nata essent apud se animalia immolaturos. Sed cum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatem velabant, atque ita extra fines suos exigebant.

[q] *Consulente collegio prætorum* [*collegium prætore*] Alias *consulente collegio pontificum*, quorum utrumque non

omnium primum populum consulendum de vere sacro censet: injussu populi voveri non posse. Rogatus in hæc verba populus, 'Velitis jubeatisne[r] hoc sic fieri: si res publica populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam,[s] salva[17] servata erit hisce duellis; (quod duellum populo Romano cum Carthaginiensi est, quæque duella cum Gallis sunt, qui cis Alpes sunt;) datum donum duit populus Romanus Quiritium,[18] quod ver attulerit ex suillo, ovillo, caprino, bovillo grege, quæque profana erunt, Jovi fieri, ex qua die senatus populusque jusserit.[p] Qui faciet, quando volet, quaque lege volet, facito: quo modo faxit, probe factum esto. Si id moritur, quod fieri oportebit, profanum esto, neque scelus esto. Si quis rumpet occidetve insciens, ne fraus esto. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum erit. Si atro die faxit insciens, probe factum esto.[q] Si nocte sive luce, si[19] servus sive liber faxit, probe factum esto. Si anteidea[20] senatus populusque jusserit fieri, ac faxit, eo populus so-

[p] *Populus Romanus det in donum id quod vere proximo provenerit ex fœtu suum, ovium, caprarum, boum a die quem Senatus et populus designaverit, ut sacrificetur Jovi: modo hæc animalia profana sint, nec antea ulli Deorum dicata.*

[q] *Si animal illud, quod sacrificari oportet, moriatur, non habeatur pro sacro, nec culpæ imputetur ei qui sacrificare debebat. Si quis per imprudentiam aliquod horum animalium vulneraverit vel occiderit, id ei nequaquam noceat; si quis furatus sit, id ne populo vitio vertat. Si quis per ignorantiam sacrificaverit nefasto aut ominoso die, quo vetitum est sacra facere, pro recte sacrificato habeatur.*

17 'Scripti, *sic velim eamque salvam.* Forte, *sicuti maxime cum salva est.*' J. F. Gronov.—18 '*Datum, donum duit populus Rom. Quir.* cet. (cf. Gron. Obss. IV. 14.) Hæc verba non ante, sed post parenthesin, etsi adversantibus Mss. et edd. posui, suadentibus Stroth. et Bauer.' *Rupert.* Quærit Sigon. quid si *votum donum duit?*—19 *Sive* Edd. a Grut. ad Drak.—20 In Edd. vett.

NOTÆ

absurdum habet sensum, si diversimode accipias participium *consulente:* nam et L. Cornelius Lentulus Caudius Pontifex Maximus, nomine collegii totius pontificum, Æmilio prætori consulenti, id est, interroganti, respondere potuit; et consultante seu deliberante collegio pontificum, potuit idem de ipsorum sententia monere ut populus consuleretur.

[r] *Velitis jubeatisne*] Formula est magistratus populum interrogantis.

[s] *Sicut velim eam*] Remp. nempe servari, atque incolumem stare.

lutus, liber esto.'[r] Ejusdem rei causa[1] ludi magni voti æris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente:[t] præterea bubus Jovi trecentis, multis aliis Divis bubus albis, atque ceteris hostiis. Votis rite nuncupatis, supplicatio edicta: supplicatumque iere cum conjugibus[2] ac liberis non urbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publicæ quoque[3] contingebat cura.[s] Tum lectisternium[4] per triduum habitum, decemviris sacrorum curantibus. Sex pulvinaria[5] in conspectu fuere: Jovi ac Junoni unum; alterum Nep-

[r] *Si antea jusserit Senatus et populus Rom. hæc sacra fieri, quam privatus aliquis fecerit, tunc populus immunis sit a culpa.*

[s] *Qui publicæ fortunæ curam gerebant, quia ipsi versabantur in fortuna non incommoda.*

ante id ea.—1 Vett. libb. *et ejusdem rei causa.*—2 Olim legebatur *supplicatumque iit cum conjugibus.* Vid. Not. Var.—3 Muretus, *quos in publica fortuna sua quoque aliqua.*—4 Olim legebatur *Curatum lectisternium et per triduum.*—5

NOTÆ

[t] *Æris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente*] Plut. in Fabio non æris, sed sestertiorum ac denariorum numero hanc summam æstimat. Ponit igitur in sumtus theatrales, musicos nempe ac thymelicos, sestertia 333. ac denarios totidem cum triente, comparatque totam summam cum myriadibus drachmarum octo, sive octoginta millibus, atque insuper ter millenis, quingentis, octoginta tribus drachmis, quibus addit præterea duos obolos, tertiam scilicet drachmæ partem. Quam summam Budæus III. de asse ita computat, ut sestertia pro argenti dupondio et semisse habeat, et in singula pondo centenos denarios drachmasve numeret, sicque exeant in universum octoginta tria millia quingentæ octoginta tres drachmæ, obolique duo. Hæc autem quantitas hodierna pecuniæ argenteæ æstimatione exsurgeret ad 35522 lib. 18s. 4d. Quod si sextantarios asses ponamus, non multum a Plutarchi summa abibit Liviana computatio. Sed hujus rei accuratior disquisitio majoris esset operæ. Hic hæret Plut. cur tam anxie per numerum ternarium divisa hæc summa fuerit: nec videtur alia ratio facile reddi posse, præter vim ejus numeri, qui et perfectus est natura, et primus imparium, et multitudinis initium, omniumque deinceps numerorum quasi elementa mixta et coagmentata contineat. Certe apud Veteres sacrum esse hunc numerum constat, vel ex illo Virgilii: 'Terna tibi hæc primum triplici diversa colore Licia circumdo, terque hæc altaria circum Effigiem duco; numero Deus impare gaudet.'

Æris trecentis, &c.] Hæc summa est, ex calculo Gronovii de pec. vet. lib. IV. c. 2. trium millium trecentorum triginta trium coronatorum, et aliquantulum æris excurrentis; seu decem millium florenorum, aut circiter. *J. Clericus.*

tuno ac Minervæ; tertium Marti ac Veneri; quartum Apollini ac Dianæ; quintum Vulcano ac Vestæ; sextum Mercurio ac Cereri. Tum ædes votæ. Veneri Erycinæ[6] [u] ædem Q. Fabius Maximus dictator vovit; quia ita ex fatalibus libris editum erat, ut is voveret, cujus maximum imperium in civitate esset. Menti ædem [x] T. Otacilius prætor vovit.

11. Ita rebus divinis peractis, tum de bello reque de publica[7] dictator retulit, quibus quotve legionibus victori hosti obviam eundum esse Patres censerent. Decretum, ‘ut ab Cn. Servilio consule exercitum acciperet: scriberet præterea ex civibus sociisque, quantum equitum ac peditum videretur: cetera omnia ageret faceretque,[y] ut e re publica duceret.’ Fabius duas se legiones adjecturum ad Servilianum exercitum dixit. His, per magistrum equitum scriptis,[t] Tibur diem ad conveniendum edixit. Edictoque proposito, ut, quibus oppida castellaque immunita essent, uti[8] in loca tuta commigrarent; ex agris quoque demigrarent omnes regionis ejus, qua iturus Hannibal esset; tectis prius incensis ac frugibus corruptis, ne cujus rei

[t] *Conscriptis a magistro equitum.*

Al. *et pulvinaria.* Put. *ex pulvinaria.*—6 Al. *Tum ædes vota Veneri Erycinæ.*
7 ‘*Tum de bello reque publica.* Vet. lib. *deque rep.*’ Sigon.—8 Pro *uti* Gron.

NOTÆ

[u] *Veneri Erycinæ*] In honorem nimirum Veneris, quæ apud Erycem in Sicilia colebatur, celebri fano ab Ænea matri dicato, ædes nunc a Fabio Romæ vovetur, quæ post in Capitolio structa, alia ab ejusdem Veneris ad portam Collinam.

[x] *Menti ædem*] Fuit hæc Mentis ædes juxta illam Veneris Erycinæ Capitolinam, uno tantum ambæ canali discretæ. Mentem autem Romani tanquam Deam coluerunt, ut bonam mentem concederet.

[y] *Cetera omnia ageret faceretque*] Nihil mirum cum liberis mandatis missum adversus hostes Q. Fabium, ut qui dictator esset, id est, supremum magistratum ageret, cujus imperio consules quoque obnoxii, ut et ex hoc capite patet. Nam et proprio arbitrio ad exercitum Servilii consulis duas legiones adjecit, et eidem ut sine lictoribus ad se veniret denuntiavit. Consulibus autem raro similis potestas tribuebatur, nec nisi in summo rerum discrimine, cum decernebatur, ut viderent ne quid respublica detrimenti caperet.

copia esset; ipse, via Flaminia[z] profectus obviam consuli exercituique, cum ad Tiberim circa Ocriculum[a] prospexisset agmen, consulemque cum equitibus ad se prodeuntem,[9] viatorem misit, qui consuli nuntiaret, ut sine lictoribus ad dictatorem veniret. Qui cum dicto paruisset, congressusque eorum ingentem speciem dictaturæ apud cives sociosque, vetustate jam prope oblitos ejus imperii, fecisset; literæ ab Urbe allatæ sunt, naves onerarias, commeatum ab Ostia in Hispaniam ad exercitum portantes, a classe Punica circa portum Cosanum[10] [b] captas esse. Itaque extemplo consul Ostiam proficisci jussus, navibusque,[11] quæ ad urbem Romanam aut Ostiæ essent, completis milite ac navalibus sociis,[c] persequi hostium classem, ac littora Italiæ tutari. Magna vis hominum conscripta Romæ erat: libertini etiam,[d] quibus liberi essent et ætas militaris, in verba juraverant. Ex hoc urbano exercitu, qui minores quinque et triginta annis erant, in naves impositi: alii, ut Urbi præsiderent, relicti.

malebat *ut hi* vel *ii* h. l. et XXXVI. 3. Alii post *quoque* ponunt *uti*.—9 Al. *progredientem*.—10 Al. *Cossanum*.—11 *Navibus* Edd. ante Drak.

NOTÆ

[z] *Via Flaminia*] Hæc via sic dicta a Flaminio, qui eam censor cum L. Paulo anno U. C. 530. muniverat straveratque, et circum etiam Flaminium exstruxerat; quique biennio post ab Hannibale cæsus fuit ad Trasimenum lacum. Initium capiebat hæc via a porta Flumentana, perque Tusciam et Umbriam usque Ariminum perducebatur. Strabo hoc opus ascribit hujus Flaminii filio, et forte a patre inchoata, aut Aretium usque perducta; a filio vero continuata ad Ariminum.

[a] *Circa Ocriculum*] Umbriæ oppidum est ad confinia Sabinorum, vulg. *Otricoli*, Tiberi proximum.

[b] *Circa portum Cosanum*] Cosa sive Cossæ civitas Etruriæ maritima, in edito colle, sinui imminet qui inter Centumcellas, vulgo *Civita Vecchia*, et promontorium Argentarium portumque Herculis protenditur: ubi nunc *Lansedonia*, aut inde non procul. In maritima Senensis regionis parte, quæ vulgo *Maremma di Siena*. Portus hic Cosanus fuit, ubi hodie vel *Porto Hercole*, vel *S. Stefano*.

[c] *Navalibus sociis*] Dicuntur navales socii remiges qui ad navigandum adhibentur.

[d] *Libertini etiam*] Apud Romanos rarum alios quam ingenuos in militiam conscribi: sed belli hujus Punici secundi necessitas ad servos quoque conscribendos tandem adegit.

12. Dictator, exercitu consulis accepto a Fulvio Flacco legato, per agrum Sabinum Tibur, quo diem [12] ad conveniendum edixerat novis militibus, venit: inde Præneste ac [13] transversis limitibus in viam [u] Latinam est egressus: [14] unde, itineribus summa cum cura exploratis, ad hostem ducit; nullo loco, nisi quantum necessitas cogeret, fortunæ se commissurus. Quo primum die haud procul Arpis [15] in conspectu hostium posuit castra, nulla mora facta, quin Pœnus educeret in aciem, copiamque pugnandi faceret: sed ubi quieta omnia apud hostes, nec castra ullo tumultu mota videt; increpans quidem, victos tandem quoque Martios animos Romanis, [16] debellatumque et concessum [17] [f] propalam de virtute ac gloria esse, in castra rediit: ceterum tacita cura animum incensus, [18] quod cum duce, haudquaquam Flaminio Sempronioque simili, futura sibi res esset; ac tum demum edocti malis Romani parem Hannibali ducem quæsissent. Et prudentiam quidem, non vim, dictatoris extemplo timuit. Constantiam haud [19] dum expertus, agitare ac tentare animum movendo crebro castra, populandoque in oculis ejus agros sociorum, cœpit. Et modo citato agmine [20] e conspectu abibat, modo repente in aliquo flexu viæ, si excipere degressum in æquum posset, occultus subsistebat. Fabius per loca alta agmen ducebat, modico

[u] *Non recta via.*

12 '*Diem* ex Edd. antt. et Ms. Ber. revocavi: *die* plerique Mss. et edd. Gron. et Drak.' *Rupert.*—13 *Ac* deest in Edd. ante Crevier. mox in omnibus ante Gronov. ex conjectura Vallæ legitur *transversis tramitibus;* in Mss. multis est *adversis militibus.*—14 *Regressus* Edd. omnes ante Drak.—15 Al. *Æcis.* —16 *Victos tandem Martios animos Romanorum* Edd. omnes ante Drak. qui *quoque* ex conjectura Gronovii recepit. In Mss. omnibus est *victos tandem quos Martios, &c.*—17 'Post *concessum* omnes Mss. inserunt *quas*, vel *qui*, vel *quæ*, vel *quod:* at Edd. ante Crevier. *eis*, quod vel pro *sibi*, si ad Pœnos, vel pro *ab iis*, si ad Romanos referatur, positum monet Bauer. Aliam vocem, nescio quam, Livio reddendam esse, ex Mss. probabile fit.' *Rupert.*—18 '*Tacita cura* quoad *animum incensus*, fortius, quam *incessit*, quod malebant Mur. et Gron. Cf. ad hæc et seqq. Polyb. III. 89. 90.' *Rupert.*—19 Olim legebatur

NOTÆ

[f] *Et concessum* [*eis*] Vel per pronomen *eis* intelligendum Pœnis sive Carthaginiensibus; vel cum melioribus codicibus delendum τὸ *eis.*

ab hoste intervallo, ut neque omitteret eum, neque congrederetur. Castris, nisi quantum usus necessario cogeret, tenebatur miles. Pabulum et ligna nec pauci petebant, nec passim. Equitum levisque armaturæ statio, composita instructaque in subitos tumultus, et suo militi tuta omnia, et infesta effusis hostium populatoribus præbebat. Neque universo periculo summa rerum committebatur:[x] et parva momenta levium certaminum ex tuto cœptorum, finitimo[1] receptu, assuefaciebant territum pristinis cladibus[2] militem,[g] minus jam tandem aut virtutis, aut fortunæ pœnitere suæ. Sed non Hannibalem magis infestum tam sanis consiliis habebat, quam magistrum equitum; qui nihil aliud, quam quod impar erat imperio,[3] [h] moræ ad rem publicam præcipitandam habebat, ferox rapidusque in consiliis, ac lingua[4] immodicus. Primo inter paucos, dein

[x] *Et Fabius summam rerum in discrimen non mittebat periculum faciendo generalis prælii.*

constantiamque ejus haud.—20 Jac. Gronov. conj. *tacito agmine.*—1 Ita bene ex Lipsii conjectura receperunt recentiores Edd. In vett. ut et in Mss. est *finitimorum.*' Stroth. ' Possis etiam suspicari *finitimo tum* vel *cum receptu.*' Rupert.—2 ' Pal. Men. Voss. *pristinis in cladibus his.* Put. Pet. melior et similes Florent. *pristinis in his cladibus.* Scribe, *pristinis trinis cladibus.*' J. F. Gronov.—3 ' *Quod impar erat imperio* ex emend. Jac. Gronov. In Edd. antt. *quod non imperabat;* in plerisque Mss. *quod imperabat imperio;* in Lov. 5. *quod non impar erat imperio.* J. F. Gronov. conj. *quod imperabat sub imperio,* et *quod parebat in imperio.* Ruben. et Bauer, *quod parebat imperio.*' Rupert.—4

NOTÆ

[g] *Territum pristinis cladibus militem*] In melioribus codicibus scriptum habetur, *pristinis in cladibus his,* aut *pristinis in his cladibus.* Sed Gron. egregie mutat in *pristinis trinis cladibus:* nempe ad Ticinum, Trebiam, Trasimenum.

[h] *Quam quod impar erat* [*parebat in*] *imperio*] Plures hic lectiones proferuntur. Vulgata, *quam quod non imperabat, moræ, &c.* Rubenius probat *quod parebat imperio.* Hæc non insubtilis a Gronovio adducta, *quam quod imperabat sub imperio,* vel *quod parebat in imperio,* id est, quod etsi in imperio constitutus, parebat tamen majori: nam et magister equitum, qualis erat hic Minutius Rufus, imperator habebatur, quamvis sub alio imperatore, nimirum dictatore. Nec displicet quod in scriptis melioribus occurrit *quod imperabat imperio,* hoc est, moderabatur imperandi cupiditati, et juri quod aliquatenus habebat; utpote creatus a populo, non ab ipso Fabio, qui nec dictator, sed prodictator creatus erat. cap. 8. supra.

propalam in vulgus, pro cunctatore segnem, pro cauto[5] timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat; premendorumque superiorum arte (quæ[6] pessima ars nimis prosperis multorum successibus crevit) sese extollebat.[y]

13. Hannibal ex Hirpinis[7][i] in Samnium transit: Beneventanum[k] depopulatur agrum: Telesiam[l] urbem capit: irritat etiam de industria ducem, si forte accensum tot indignitatibus cladibusque sociorum detrahere[8] ad æquum certamen[m] possit. Inter multitudinem sociorum Italici generis, qui ad Trasimenum capti ab Hannibale dimissique fuerant, tres Campani equites[n] erant, multis jam tum illecti donis promissisque Hannibalis ad conciliandos popularium

[y] *Seque extollere conabatur artificio deprimendi superiores: quod deterrimum artificium invaluit inter homines propter plurimorum, eo genere se venditantium, felices eventus.*

Linguis Grut. Gronov. all.—5 In omnibus fere Mss. *et cauto*, probb. Gron. et Drak. in quibusdam *et pro cauto*.—6 'In omnibus Mss. *premendorum superiorum, quæ* cet. unde *premendoque superiorem, quæ* cet. recte, opinor, conj. J. F. Gronov.' *Rupert.*

NOTÆ

[i] *Ex Hirpinis*] Sic optimi codices: alii *ex Arpinis:* vulgata lectio *ex Arpis:* quod ratio itineris non abnuit; fuerunt enim Arpi in Apulia Daunia, et oppidi illius mentio facta est superiori cap. Nec ad Hirpinos venisse Hannibalem Noster adhuc memoravit. Gronovius tamen hac ratione utitur ut *ex Hirpinis* scribi malit, quam *ex Arpis:* quia scilicet Hirpini populi fuere, Arpi oppidum; præpositio autem *ex* gentem exigit, non oppidum. Sed hujus discriminis non ita exacte rationem Livius habet. Passim enim præpositiones ad loca præter aliorum morem addit: ut mox cap. 59. 'Jam enim redierat ab Roma:' et cap. 62. 'Supplicatio Fortunæ in Algido:' quod hic oppidi, ni fallor, nomen est. Hirpini gens Samnitici generis, Apennino a Samnitibus, proprie dictis, atque ab Apulis sejuncti, inter hos, et Campanos, Picentinosque siti. Horum primaria urbs *Compsa*. Hodie regio Principatus fere ulterioris nomine inter regni Neapolitani provincias censetur.

[k] *Beneventanum*] De Benevento Samnitium urbe ad Sabatum. Vide lib. IX. c. 10. Hodie Ducatus titulo paret Ecclesiæ Romanæ, tametsi regni Neapolitani limitibus inclusum.

[l] *Telesiam*] In Samnii Campaniam versus finibus fuit opp. Telesia, haud procul Sabato amne: nunc *Telese* in Terra Laboris.

[m] *Detrahere ad æquum certamen*] Sic ex optimis mavult Gronovius quam *trahere;* quod Fabius ex superioribus locis in planitiem devocandus et quasi dejiciendus esset, ut æquo marte prælium iniretur.

[n] *Tres Campani equites*] Capuæ scilicet nati.

animos. Hi nuntiantes, si in Campaniam exercitum admovisset, Capuæ potiendæ copiam fore, cum res major, quam auctores, esset,[z] dubium Hannibalem alternisque fidentem ac diffidentem, tamen, ut Campanos ex Samnio peteret, moverunt. Monitos, ut etiam atque etiam promissa rebus affirmarent,[9] jussosque, cum pluribus [10] et aliquibus principum redire ad se, dimisit. Ipse imperat duci, ut se in agrum Casinatem ducat: edoctus a peritis regionum, si eum saltum occupasset, exitum Romano ad opem ferendam sociis interclusurum. Sed Punicum abhorrens[11] ab Latinorum nominum prolatione,[o] pro Casino Casilinum dux ut acciperet,[p] fecit; aversusque ab suo itinere,[12] per Allifanum [q] Calatinumque [r] et Calenum agrum,[s] in campum Stellatem descendit. Ubi cum montibus fluminibusque

[z] *Cum negotium (potiendi Capuæ) videretur superare vires eorum qui hoc consilium dabant.*

7 *Arpis* Edd. ante Gronov.—8 Al. *trahere.*—9 Al. *confirmarent.* Suspicatur J. F. Gronov. scribendum: *monitosque etiam atque etiam, ut promissa rebus affirmarent.*—10 Al. *jussosque cum popularibus.*—11 Gronovius, quem secuti sunt Cleric. Crevier. Drak. et alii, post *abhorrens* inseruit *os.* Vid. Not. Var. —12 Olim legebatur *aversusque ab itinere.*

NOTÆ

[o] *Sed Punicum abhorrens* [*os*] *ab Latinorum nominum prolatione*] In vulgatis est *Punicum abhorrens ab Latino nomen:* potestque intelligi nomen *Casini,* Punica pronuntiandi forma prolatum ab Hannibale, abhorruisse a vero nomine Latino, adjecta, ut videtur, litera *L,* ita ut accederet ad nomen Casilini: quam in rem notat Gronovius ex Isidoro, familiarem fuisse Afris Lamdacismum, quo pro uno *L,* duo pronuntiantur. Sed nullum in Casino *L,* quod duplicaretur. In codice Regio et Colb. scribitur, *Sed Punicum abhorrens ab Latinorum nominum prolatione:* cui belle addit idem Gronov. nomen *os,* ut sit *Punicum os* pro lingua et sermone Punico: vel potius lingua sermoni Punico assueta, aliena a Latino.

[p] *Dux ut acciperet*] Vulgo *ducem accipere:* per *ducem* apparet ductorem viæ intelligi.

[q] *Per Allifanum*] Ad lævam Vulturni, in Samnii Campaniæque confinio, fuit oppidum Allifæ: nomen adhuc retinens in Terra Laboris, et regno Neapolitano.

[r] *Calatinumque*] De Calatia, nunc *Gaiazzo,* de campo Stellate, nunc *campo Mazzone,* de agro Falerno, Sinuessa, aliisque Campaniæ inter Vulturnum et Lirini fluvios locis, dixi ad posteriores primæ Decadis libros.

[s] *Et Calenum agrum*] Nomen sortitus videtur hic ager ab opp. Caleno, cujus meminit Plin. hod. *Carinola:* non a Calibus, nunc *Calvi:* quod inde non procul.

clausam regionem circumspexisset, vocatum ducem percunctantur, ubi terrarum esset? Cum is Casilini[t] eo die mansurum eum dixisset, tum demum cognitus est error, et Casinum longe inde[u] alia regione esse: virgisque cæso duce, et ad reliquorum terrorem in crucem sublato, castris communitis, Maharbalem cum equitibus in agrum Falernum prædatum dimisit. Usque ad aquas Sinuessanas populatio ea pervenit. Ingentem cladem, fugam tamen terroremque latius, Numidæ fecerunt. Nec tamen is terror, cum omnia bello flagrarent, fide socios dimovit: videlicet quia justo et moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere.

14. Ut vero ad Vulturnum[13] flumen castra sunt posita, exurebaturque amœnissimus Italiæ ager, villæque passim incendiis fumabant, per juga Massici montis Fabio ducente, tum prope de integro seditio ab duce seditionis accensa. Quieverant enim[x] per paucos dies;[14] quia, cum celerius solito ductum agmen fuisset, festinari ad prohibendam populationibus Campaniam[y] crediderant. Ut vero in extrema juga Massici montis ventum est, hostesque sub oculis erant,[15] Falerni agri colonorumque Sinuessæ tecta

13 'Put. Pet. Reg. *Ut vero quam ad V.* deinde *exurebatur*, sine τῷ *que*. Scribe: *Ut vero, cum ad Vulturnum f. c. s. posita, exurebatur a. I. a.*' J. F. Gronov.—14 'In plerisque Mss. legitur *seditio ac de seditione accensi, quidam fuerant enim per paucos dies:* in Edd. antt. est, *orta seditio ac duces seditionis accensi quidam: fuerat enim silentium per paucos dies.* Hinc Lips. conj. *seditio accensa: quieti fuerant enim*, et Gron. *seditio ab duce altero est accensa; quieverant enim perpaucos dies.* Hic tamen et Drak. edidere: *seditio accensa: quieverant enim per paucos dies.* Quod nos reposuimus, ad veterum librorum lectiones propius accedit, (nisi cum Lips. malis *quieti fuerant,*) neque abhorret a more Livii, easdem voces sæpe repetentis: *a duce seditionis* etiam Doer. conjecisse video.' *Rupert.*—15 'In scriptis, *hostes sub oculis;* iterum sine τῷ *que.* Scribe *ut v. i. e. j. Massici montis ventum, et hostes sub oculis erant.*' J.

NOTÆ

[t] *Cum is Casilini*] Fuit Casilinum ad Vulturnum, ubi hodie *Capoa.*

[u] *Casinum longe inde*] Volscorum olim, dein Latii novi oppidum: ubi nunc *Monte Cassino*, primarium Benedictini ordinis monasterium, juxta quod *San-Germano* sedes Episcopi Cassinensis in Terra Laboris.

[x] *Quieverant enim*] Romani milites ad seditionem antea impulsi.

[y] *Ad prohibendam populationibus Campaniam*] Hypallage, pro *ad populationes a Campania prohibendas.*

urentes, nec ulla erat mentio pugnæ, 'Spectatumne huc,' inquit Minucius, 'ut rem fruendam oculis,[a] [16] sociorum cædes et incendia venimus? nec si nullius alterius nos, ne civium quidem horum pudet, quos Sinuessam [17] colonos patres nostri miserunt, ut ab Samnite hoste tuta hæc ora esset: quam nunc non vicinus Samnis urit, sed Pœnus advena, ab extremis orbis terrarum terminis, nostra cunctatione et socordia, jam huc progressus. Tantum (pro!) [18] degeneramus a parentibus nostris, ut, præter quam [19] oram illi Punicas vagari classes, dedecus esse imperii sui duxerint,[b] eam nos nunc plenam hostium Numidarumque ac Maurorum [20] jam factam videamus? Qui modo, Saguntum oppugnari indignando, non homines tantum, sed fœdera et Deos, ciebamus, scandentem mœnia [1] Romanæ coloniæ Hannibalem lenti spectamus. Fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora venit; strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos, quam Deorum invocantium opem. Nos hic pecorum modo per æstivos saltus deviasque calles [2] exercitum ducimus, conditi nubibus sylvisque. Si hoc modo peragrando cacumina saltusque M. Furius recipere a Gallis Urbem voluisset, quo hic novus Camillus,[3] nobis dictator unicus [z] in rebus affectis [4] quæsitus, Italiam ab Hannibale recuperare parat; Gallorum Roma esset: quam vereor, ne, sic cunctantibus [a]

[a] *Veluti rem jucundam visu, et quæ cum voluptate oculorum spectanda sit.*
[b] *Ut plagam Campaniæ, secundum quam majores nostri navigare Carthaginiensium classes indignum putarunt majestate imperii Romani, &c.*

F. Gronov.—16 In Mss. et Edd. antt. *ad rem fruendam oculis.*—17 Al. *quos in Sinuessam.*—18 Olim legebatur *Tantum pro dolor!*—19 '*Præterquam quod* Edd. vett. ante Frob. et Mss. multi: perperam.' *Stroth.*—20 Al. *plenam Numidarum hostium ac Maurorum.*—1 *Tendentem ad mœnia* Edd. omnes ante Crevier.—2 Al. *deviosque colles;* al. *deviosque calles.*—3 'Bauer. sustulit comma post *Camillus,* ut jungantur *nobis recup. parat,* non *nobis quæsitus,* quod frigere

NOTÆ

[z] *Dictator unicus*] Sarcasmus est in Q. Fabium. Ceterum parum refert an scribatur *in rebus affectis,* ut est in melioribus libris, an *in rebus afflictis.*

[a] *Vereor, ne, sic cunctantibus*] Vult Minucius magister equitum credi, fore ut, si amplius cunctentur Romani ex instituto Fabii, frustra Romani veteres urbem ab hostium impetu

nobis, Hannibali ac Pœnis toties servaverint majores nostri. Sed vir, ac vere Romanus, quo die, dictatorem eum ex auctoritate Patrum jussuque populi dictum, Veios allatum est,[5] cum esset satis altum Janiculum,[b] ubi sedens prospectaret hostem, descendit in æquum; atque illo ipso die media in Urbe, qua nunc busta Gallica sunt, et postero die citra Gabios cecidit Gallorum legiones. Quid? post multos annos, cum ad Furculas Caudinas[6] [c] ab Samnite hoste sub jugum missi sumus, utrum tandem L. Papirius Cursor juga Samnii perlustrando, an Luceriam premendo obsidendoque, et lacessendo victorem hostem, depulsum ab Romanis cervicibus jugum superbo Samniti imposuit? Modo C. Lutatio[d] quæ alia res, quam celeritas, victoriam dedit? quod postero die, quam hostem vidit, classem gravem commeatibus, impeditam suomet ipsam[7] instrumento atque apparatu, oppressit. Stultitia est, sedendo aut votis debellari credere posse. Armari copias oportet, deducendas in æquum,[8] ut vir cum viro congrediaris. Audendo atque agendo[9] res Romana crevit, non his segnibus consiliis,[10] [e] quæ timidi cauta vocant.' Hæc velut concionanti Minucio circumfundebatur tribunorum equitumque Romanorum multitudo, et ad aures quoque militum dicta ferocia volvebantur; ac, si militaris suffragii res esset, haud dubie ferebant,[c] Minucium Fabio duci[11] prælaturos.

[c] *Manifeste præ se ferebant.*

arbitratur.' *Rupert.*—4 Al. *afflictis.*—5 Olim legebatur *Veios allatus est nuntius.*—6 Al. *ad Furcas Caudinas.*—7 Al. *suo ipsam;* al. *suo et ipsam.*—8 'Forte legendum: *armari copias oportet: deducendæ in æquum.*' Rupert.—9 Al. *Audendo agendoque.*—10 Mss. plerique *sensibus consiliisque.*—11 'Forte *ducem,* judice etiam Gron.' *Rupert.*

NOTÆ

defenderint, eamque non posteris suis servaverint, sed Hannibali et Carthaginiensibus qui ea potituri sint.

[b] *Satis altum Janiculum*] Comparat Janiculum montem circa Romam altissimum, a quo degressus est Camillus ut in urbem ad pellendos Gallos descenderet, cum Massico Campaniæ monte, unde digredi nolit Fabius, ut æquo marte cum Hannibale decernat ad socios colonosque Romanorum tuendos.

[c] *Cum ad Furculas Caudinas*] Vide lib. IX. c. 2.

[d] *Lutatio*] Vide lib. XXI. c. 25.

15. Fabius pariter,[12] in suos[f] haud minus quam in hostes intentus, prius ab illis[13] invictum animum præstat.[14] Quanquam probe scit, non in castris modo suis, sed jam etiam Romæ infamem suam cunctationem[15] esse;[d] obstinatus tamen eodem consiliorum tenore æstatis reliquum extraxit, ut Hannibal, destitutus ab spe summopere petiti certaminis,[16] jam hybernis locum circumspectaret; quia ea regio præsentis erat copiæ, non perpetuæ,[e] arbusta vineæque, et consita omnia magis amœnis, quam necessariis fructibus. Hæc per exploratores relata Fabio.[17] Cum satis sciret, per easdem angustias, quibus intraverat Falernum agrum, rediturum, Calliculam montem[g] et Casilinum occupat modicis præsidiis; quæ urbs, Vulturno flumine diremta, Falernum ac Campanum agros dividit:[18] ipse jugis iisdem exercitum reducit, misso exploratum cum quadringentis equitibus sociorum L. Hostilio Mancino: qui ex turba juvenum audientium sæpe ferociter concionantem magistrum equitum, progressus primo exploratoris modo, ut ex tuto specularetur hostem, ubi vagos passim per vicos Numidas vidit, per occasionem etiam paucos

[d] *Suum cunctandi consilium infamia quasi ex ignaviæ crimine in urbe quoque jam laborare.*

[e] *Rerum copiam non in perpetuum suppeditare poterat, sed in præsens tantum.*

12 'Τὸ *pariter* videtur glossa esse, vel leg. *per iter*, ut *per ludos* et al. Jac. Gron. conj. *acriter*, et Bauer. *pari tenore*, i. e. constans sibi, ut cœperat, civibus eundem se nunc, quem hostibus præbuerat, præbendo. Sed illud frigere videtur; hoc minus placet, quia mox sequitur *eodem consiliorum tenore*.' Rupert.—13 In Edd. vett. et fere in omnibus Mss. *ab aliis*. *Ab utrisque* conj. J. F. Gronov. et *a fabulis* Ruben.—14 *Præstans* Edd. ante Drak.—15 Olim legebatur *sed etiam Romæ suam cunctationem infamem.*—16 Olim *ab spe summa appetiti:* Pall. et Voss. *oppetiti:* Put. *ab spe summoppetiti.*—17 Olim *Hæc per exploratores relata fama Fabio.* Scribendum monet J. F. Gronov. *Hæc per ex-*

NOTÆ

[e] *Non his segnibus consiliis*] A Lipsio est: scripti habent *non his sensibus consiliisque;* quod eodem recidit.

[f] *Pariter, in suos*] Libens illud *pariter* deleverim. Sufficit enim et melius explicat quod sequitur *in suos haud minus quam in hostes intentus.*

[g] *Calliculam montem*] Inter Casilinum et Cales fuit hic mons, a Savone amne ad Vulturnum protensus, atque agrum Falernum terminans ad septemtrionem.

occidit; extemplo occupatus certamine est animus,[f] excideruntque præcepta dictatoris, qui, quantum tuto[19] posset, progressum prius recipere sese jusserat, quam in conspectum hostium veniret. Numidæ, alii atque alii occursantes refugientesque, ad castra prope ipsum cum fatigatione equorum atque hominum pertraxere. Inde Carthalo, penes quem summa equestris imperii erat, concitatis equis invectus, cum prius, quam ad conjectum teli veniret, avertisset hostem,[g] quinque millia ferme continenti cursu secutus est fugientes. Mancinus, postquam nec hostem desistere sequi, nec spem vidit effugiendi esse, cohortatus suos in prælium rediit, omni parte virium impar. Itaque ipse et delecti equitum circumventi occiduntur. Ceteri effuso rursus cursu Cales primum, inde prope inviis callibus ad dictatorem perfugerunt. Eo forte die Minucius se conjunxerat Fabio, missus ad firmandum præsidio saltum, qui super Tarracinam, in arctas coactus fauces, imminet mari, ne immunito Appiæ limite[20 h] Pœnus pervenire in agrum Romanum posset. Conjunctis exercitibus dictator ac magister equitum castra in viam deferunt, qua Hannibal ducturus erat. Duo inde millia hostes aberant.

16. Postero die Pœni, quod viæ inter bina castra erat, agmine complevere. Cum Romani sub ipso constitissent vallo, haud dubie æquiore loco, successit tamen Pœnus cum expeditis equitibus,[1] atque ad lacessendum hostem

f Statim Hostilii Mancini animum invasit ardor ineundi certaminis.
g Romanos in fugam vertisset.

ploratores res relata Fabio.—18 Al. *Falernum a Campano agro dividit.*—19 Al. *qui quam tuto.* Put. *quem.*—20 'In optimis Mss. *næ adminuisse Pœnus Appiæ limite:* unde Gron. ingeniose conj. *ne ab Sinuessa Pœnus Appiæ limite* cet.' *Rupert.*

1 '*Expeditis equitibusque* rectius forte optimi Mss. prob. Stroth.' *Rupert.*

NOTÆ

h *Ne immunito Appiæ limite*] Via Appia ab urbe per Latii maritima, Sinuessam, et in Campaniam; inde in Apuliam et Brundusium usque ducebat. Vult itaque Livius angustias, quæ supra Tarracinam, præsidiis Romanorum occupatas fuisse, ne si hic viæ Appiæ limes, qui Tarracinam et Sinuessam interjacet, apertus hosti maneret, atque Hannibal per eam in

carptim et procursando[i] recipiendoque sese pugnavere. Restitit suo loco Romana acies. Lenta pugna et ex dictatoris magis, quam Hannibalis, fuit voluntate. Ducenti ab Romanis, octingenti hostium cecidere. Inclusus inde videri Hannibal, via ad Casilinum obsessa:[2] cum Capua et Samnium, et tantum ab tergo divitum sociorum Romanis commeatus subveheret; Pœnus contra inter[3] Formiana saxa[k] ac Literni arenas[l] stagnaque perhorrida situ hybernaturus esset. Nec Hannibalem fefellit, suis se artibus peti. Itaque, cum per Casilinum evadere non posset, petendique montes, et jugum Calliculæ superandum esset, necubi Romanus inclusum vallibus agmen aggrederetur; ludibrium oculorum, specie terribile, ad frustrandum hostem commentus, principio noctis furtim succedere ad montes statuit. Fallacis consilii talis apparatus fuit. Faces undique[m] ex agris collectæ, fascesque virgarum atque arida sarmenta prælligantur cornibus boum, quos domitos indomitosque multos inter ceteram agrestem prædam agebat. Ad duo millia ferme boum effecta: Hasdrubalique negotium datum, ut primis tenebris noctis id armentum accensis cornibus ad montes ageret; maxime, si posset, super saltus ab hoste insessos.[4]

Improbat Doering. Vid. Not. Var.—2 Olim *et ad Casilinum obsessus.*—3 '*Intra* et mox *Linterni* Edd. omnes ante Drak. Et hic locus a Sabellico e conjectura constitutus, in Mss. omnibus corruptus est, qui exhibent *intra Fortunæ minas, saxa ac, &c.*' Stroth.—4 Vet. lib. apud Sigon. *super saltu ab hoste insesso.*

NOTÆ

agrum Romanum posset penetrare.

[i] *Carptim et procursando*] *Carptim* aggredi seu lacessere, est non totis copiis atque impetu, sed per turmas subinde immissas, hostem provocare.

[k] *Formiana saxa*] Inter Fundos et Minturnas sunt Formiani colles supra Cajetam.

[l] *Ac Literni arenas*] Linternum, sive Liternum, ultra Vulturnum, Cumis haud procul, inter Sinuessam et Neapolin fuit, qua regione si Hannibal potiebatur, non video quid obstaret Capuam aut Casilinum petenti. Hæc quippe loca citra montes Calliculam et Tifata erant. Præsidia vero Romana Casilinum tantum et Calliculam occupaverant.

[m] *Faces undique*] Imitamentum est Samsonis, qui vulpium caudis accensos fasces sarmentorum alligavit, ut Philistinorum agros vastaret. Quod Pœnos, Syria ortos, a majoribus didicisse non est improbabile.

17. Primis tenebris silentio mota castra; boves aliquanto ante signa acti. Ubi ad radices montium viasque angustas ventum est; signum extemplo datur, ut accensis cornibus armenta in adversos concitentur montes. Et metus ipse relucentis flammæ ex capite, calorque, jam ad vivum ad imaque cornuum [5] adveniens, velut stimulatos furore agebat boves. Quo repente discursu,[h] haud secus quam sylvis montibusque accensis, omnia circum virgulta ardere: capitumque irrita quassatio,[6 n] excitans flammam, hominum passim discurrentium speciem præbebat. Qui ad transitum saltus insidendum [7 o] locati erant, ubi in summis montibus ac super se quosdam ignes conspexerunt, circumventos se esse rati, præsidio excessere,[p] qua minime densæ micabant flammæ,[8] velut tutissimum iter, petentes summa montium juga;[i] tamen in quosdam boves palatos ab suis [9] gregibus

[h] *Quo boum subito huc illuc cursu.*

[i] *Recedentes ad summa cacumina montium, ubi raræ flammæ micabant, quod ea ipsis maxime tuta videretur via ad vitandum periculum.*

5 'Verba *ad imaque cornuum* glossam sapere monet Doer. Quid? si *adveniens* est glossema, et leg. *ad vivum inclinans imaque cornuum.* In Mss. fere omnibus est *ad vivum divatimaque c. a.* unde *ad vivum citimaque c. a.* conj. Gron.' *Rupert.* Quærit Doujat. quid si *ad vivum intimaque cornuum?*—6 'Hoc ex Gronovii conjectura recentiores Edd. receperunt; misere enim hic locus in omnibus Mss. corruptus atque inquinatus est. In Edd. vett. est *capitumque inquietatio excitans, &c.* at hoc ipsum modo ex emendatione Vallæ: in Mss. est *carptim quærit atque ratio excitans,* in all. *captum quærit atque ratio, &c. captum quæsitaque ratio; ceptaque itaque vexatio,* et quæ sunt alia hujus generis monstra. Ex quibus id certe constat, in Livio sæpe indulgendum esse conjecturæ, nisi insana magis placent, quam quæ intelligi possunt. Monendus modo est lector, ut sciat quantum cuique tribuendum sit.' *Stroth.*—7 Olim legebatur *ad transitus saltus insidendos.*—8 'Et hoc ex Gronovii conjectura, cum vulgo ante eum in Edd. legeretur *qua ingens emicabat flamma.*' Stroth.

NOTÆ

[n] *Capitumque irrita quassatio*] Gronovius ex variis codicum veterum lectionibus (in quibus nihil sani) effecit non improbabiliter, *capitumque irrita quassatio;* dum nempe boves ignem excutere conantur, capita quassantes. Nec tamen longe abit, si sensum spectemus, recepta lectio Vallæ: *capitumque inquietatio.*

[o] *Ad transitum saltus insidendum* [*transitus saltus insidendos*] Quod Gronovius mavult ex Puteano, *ad transitum saltus insidendum,* parum me movet. Plures enim haud dubie potuerunt ejusdem saltus esse transitus; neque in longo montium tractu, qualis hic Massicus, unus tantum esse aditus aut exitus solet.

[p] *Præsidio excessere*] Gall. *ils abandonnèrent leur poste.*

inciderunt. Et primo, cum procul cernerent, veluti flammas spirantium miraculo attoniti[k] constiterunt: deinde, ut humana apparuit fraus, tum vero insidias rati esse, dum majore metu concitant[10] se in fugam, levi quoque armaturæ hostium incurrere. Ceterum nox æquato timore neutros pugnam incipientes ad lucem tenuit.[l] Interea, toto agmine Hannibal transducto per saltum,[q] et quibusdam in ipso saltu hostium oppressis,[m] in agro Allifano posuit castra.

18. Hunc tumultum sensit Fabius. Ceterum et insidias esse ratus, et ab nocturno utique abhorrens certamine, suos munimentis tenuit. Luce prima sub jugo montis prælium fuit; quo interclusam ab suis levem armaturam[n] facile (etenim numero aliquantum præstabant) Romani superassent, nisi Hispanorum cohors, ad id ipsum remissa ab Hannibale, pervenisset.[11 r] Ea assuetior montibus, et ad concursandum inter saxa rupesque aptior ac levior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu, campestrem hostem, gravem armis statariumque, pugnæ genere facile elusit. Ita haudquaquam pari certamine digressi, Hispani fere omnes incolumes, Romani, aliquot suis amissis, in castra contenderunt. Fabius quoque movit castra: trans-

[k] *Stupefacti admiratione boum quos putabant flammas spirare.*

[l] *Cum utrique pugnare cœpissent, tamen ob tenebras nocturnas neutri ad lucem usque in eo perseverarunt.*

[m] *Et cæsis aliquibus hostium, scilicet Romanorum, in monte ipso sylvis obsito.*

[n] *Pœnorum leviter armatos sejunctos, et quasi avulsos, a proprio exercitu, ita ut cum illis se conjungere non possent.*

Vid. Not. Var.—9 Olim, *tum in quosdam boves palantes a suis.*—10 '*Cum* Edd. a Gron. ad Drakenb. *cum multo maximoque strepitu concitant* Edd. ante Gronov. et sic in plerisque Mss. in quorum optimis vero legitur, *cum majore multo concitant.* Receptam nunc lectionem Gronovii conjecturæ debemus.' *Stroth.*

11 'Bene conjicit Gronovius legendum esse *supervenisset.*' Stroth.—12

NOTÆ

[q] *Per saltum*] Per angustias Calliculæ montis.

[r] *Ab Hannibale, pervenisset*] Melius, opinor, quod Gronovius suggerit, *supervenisset*, præsertim si codices adjuvarent: nisi malis *prævenisset*, stragem nempe levis armaturæ Hannibalis.

gressusque saltum super Allifas, loco alto ac munito consedit.[12] Tum, per Samnium Romam se petere simulans, Hannibal usque in Pelignos populabundus rediit. Fabius medius[13] inter hostium agmen urbemque Romam jugis ducebat; nec absistens, nec congrediens.[o] Ex Pelignis Pœnus flexit iter, retroque Apuliam repetens, Geronium[14] [s] pervenit; urbem metu, quia collapsa ruinis pars mœnium erat, ab suis desertam.[t] Dictator in Larinate agro castra communiit. Inde sacrorum causa[u] Romam revocatus, non imperio modo, sed consilio etiam, ac prope precibus agens cum magistro equitum, ‘ ut plus consilio, quam fortunæ, confidat; et se potius ducem, quam Sempronium, Flaminiumque, imitetur. Ne nihil actum censeret, extracta[15] prope æstate[x] per ludificationem hostis.[p] Medicos quoque plus interdum quiete, quam movendo atque agendo, proficere. Haud parvam rem esse, ab toties victore hoste

[o] *Sic Hannibalem insecutus, ut neque ab eo procul abscederet, neque propius ad eum accederet, ne ad pugnandum invitus cogi posset.*

[p] *Ne crederet a se frustra esse laboratum, cum æstatem omnem transegisset eludendo Hannibalem.*

‘ Post hæc verba in duobus codd. inseritur prolixa narratio de rebus circa Allifas gestis, quam, cum admodum corrupte scripta sit, nec Livii esse videatur, addere noluimus. Adeant, qui eam noscere cupiunt, Hearnium et Drakenborchium.’ *Stroth.*—13 *Mediis* Edd. omnes ante Drak.—14 Al. *Gerunium, Gerionem, Geryonem, Gerionum, Gerenum.*—15 *Exacta* Edd. a Sigon. ad Crev. qui primus vetus illud restituit.

NOTÆ

[s] *Geronium*] Sic vocat Tabula Itineraria oppidum Apuliæ Dauniæ, quod apud Livium vulgo *Gerio*, in Mss. *Gerionum*, vel *Gerenium* legitur. Polybius *Gerunium* vocat, aitque a Luceria distare stadia ducenta, id est, millia passuum 25. Cluverius locat ubi nunc *Tragonara* ad dextram Frentonis in Capitanata. Sed hinc Luceria non ultra 15. milliaria distat, nisi omnes tabulæ Geographicæ fallunt. Quare fuisse Gerunium suspicor propius Larinum, medio inter illud ac Luceriam Frontone, forte ubi nunc *S. Martino.*

[t] *Ab suis desertam*] Refert Polybius Gerunium ab Hannibale obsessum expugnatumque, incolas interfectos, ædificia ad usum horreorum servata magna ex parte.

[u] *Sacrorum causa*] Cum nempe sacerdotes eum ad sacrificia quædam Romam vocarent: ut Plut. interpretatur.

[x] *Extracta prope æstate*] Recte. Est enim *extrahere* idem quod, producere, protrahere, ut hoc eodem libro, ‘ æstatis reliquum extraxit.’ Non erat itaque quod Sigonius mallet *exacta prope æstate.*

vinci desisse, et ab continuis cladibus respirasse.' Hæc nequicquam præmonito magistro equitum, Romam est profectus.

19. Principio æstatis, qua hæc gerebantur, in Hispania quoque terra marique cœptum [16] bellum est. Hasdrubal ad eum navium numerum,[y] quem a fratre instructum paratumque acceperat, decem adjecit: quadraginta navium classem Himilconi [17] tradidit: atque ita Carthagine [z] profectus navibus prope terram,[a] exercitum in littore ducebat,[18] paratus confligere, quacumque parte copiarum hostis occurrisset. Cn. Scipioni, postquam movisse ex hybernis hostem audivit, primo idem consilii fuit: [b] deinde, minus terra, propter ingentem famam novorum auxiliorum, concurrere [19] ausus, delecto milite ad naves [c] imposito,[20] quinque et triginta navium classe ire obviam hosti pergit. Altero ab Tarracone die [q] ad stationem, decem millia passuum [1] distantem ab ostio Iberi amnis, pervenit. Inde duæ Massiliensium speculatoriæ [d] præmissæ retulerunt, classem Punicam stare in ostio fluminis, castraque in ripa posita. Itaque, ut improvidos incautosque universo simul effuso terrore opprimeret, sublatis anchoris ad hostem vadit. Multas et locis altis positas turres Hispania habet, quibus

[q] *Secunda die postquam Tarracone discesserat.*

16 Vet. lib. apud Sigon. *pugnari cœptum.*—17 'Forte *Hamilcari* e Polyb. III. 95. nisi hic ex Livio corrigendus.' *Rupert.*—18 Idem conj. *Carthagine profectus naves prope terram, exercitum i. l. d.* vel *navibus p. t. exercitum et in littore d.*—19 Vet. lib. apud Sigon. *occurrere.*—20 Al. *milite in naves imposito.*

NOTÆ

[y] *Hasdrubal ad eum navium numerum*] Triginta scilicet.

[z] *Carthagine*] Nova nimirum, ubi optimus Hispaniæ portus.

[a] *Navibus prope terram*] Himilco cum navalibus copiis oram radebat: ipse Hamilcar terrestrem exercitum secundum littus ducebat.

[b] *Primo idem consilii fuit*] Idem animus confligendi sive terra, sive mari.

[c] *Delecto milite ad naves*] Lectis militibus, qui ad nauticam pugnam maxime idonei, eos jussit naves conscendere. Dixit *milites ad naves* pro classiariis; quemadmodum l. XXXIV. habet 'servos ad remum.'

[d] *Duæ Massiliensium speculatoriæ*] Massilienses, Romanorum fœderati, velocissimis utebantur navigiis, atque ad speculandum aptis.

et speculis et propugnaculis adversus latrones utuntur. Inde primo, conspectis hostium navibus, datum signum Hasdrubali est; tumultusque prius in terra et castris, quam ad mare et ad naves, est ortus, nondum aut pulsu remorum strepituque alio nautico exaudito, aut aperientibus classem promontoriis:[r] cum repente eques, alius super alium ab Hasdrubale missus, vagos in littore quietosque in tentoriis suis, nihil minus quam hostem aut prælium eo die expectantes, conscendere naves propere atque arma capere jubet. Classem Romanam jam haud procul portu esse. Hæc equites dimissi passim imperabant. Mox Hasdrubal ipse cum omni exercitu aderat: varioque omnia tumultu strepunt, ruentibus in naves simul remigibus militibusque, fugientium magis e terra,[2] quam in pugnam euntium modo. Vixdum omnes conscenderant, cum alii resolutis oris in anchoras evehuntur;[3 e] alii, ne quid teneat, anchoralia incidunt: raptimque omnia præpropere[4] agendo, militum apparatu nautica ministeria impediuntur, trepidatione nau-

[r] *Cum classis Romana nondum in conspectu esset, obtegentibus eam promontoriis.*

—1 Al. *XX. millia passuum.*—2 *Magis a terra* Gronov.—3 Edd. ante Gronov. *cum alii resolvunt oras aut anchoram vellunt.* Vid. Not. inf.—4 ‘ *Raptimque omnia ac præpropere,* ut ‘ ferociter omnia ac præpropere,’ leg. cum Gron. nisi

NOTÆ

[e] *Cum alii resolutis oris in anchoras evehuntur* [*resolutis loris in anchoram, eveherentur*] Ita Colb. Badius *resolutis loris anchoram vellunt.* Vulgo, *cum alii resolvunt oras, alii anchoram vellunt.* Gronov. contendit legendum: *cum alii resolutis oris in anchoras evehuntur,* quem vide IV. observat. 26. Vult *oras,* opinor, sumi pro nautico fune, quo navis littori alligatur. Ei rei probandæ adducitur Quintilian. in præfat. ad Tryphonem: ‘ Permittamus vela ventis, et oram solventibus bene precemur.’ Adjicitur et Noster lib. XXVIII. ‘ In ipsis quoque trepidatum navibus, dum, ne hostes cum suis irrumperent, trahunt scalas; orasque et anchoras, ne in moliendo mora esset, præcidunt.’ Verum apud Quintilianum legitur in quibusdam codicibus *ora solventibus:* qua ratione *oræ* vocabulum de littore intelligi facile potest. Quin et Turnebus lib. III. Adversar. cap. 5. ‘ oram solvere ’ nihil aliud esse credit, quam a littore navigare, soluta navi. Apud Nostrum quoque scribitur in vetusto codice *lora:* quo nomine significantur haud dubie retinacula navium; quæ et anchoralia hic Livius vocat proprio nomine. Ceterum quævis ligamina lora et loramenta appellantur.

tarum capere et aptare arma miles prohibetur. Et jam Romanus non appropinquabat modo, sed direxerat etiam in pugnam naves.[5] Itaque non ab hoste et prælio magis Pœni, quam suomet ipsi tumultu turbati,[f] tentata[6] verius pugna, quam inita, in fugam averterunt classem. Et cum adversi amnis[g] os lato agmine ac tam multis simul venientibus haud sane intrabile esset, in littus passim[7] naves egerunt: atque alii vadis, alii sicco littore excepti, partim armati, partim inermes, ad instructam per littus aciem suorum perfugere. Duæ tamen primo concursu[8] captæ erant Punicæ naves, quatuor suppressæ.

20. Romani, quanquam terra hostium erat, armatamque aciem toto prætentam in littore cernebant,[s] haud cunctanter[9] insecuti trepidam hostium classem, naves omnes, quæ non aut perfregerant[10] proras littore[11] illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. Ad quinque et viginti naves ex quadraginta[12] cepere. Neque

[s] *Etsi Carthaginienses ora maritima potiebantur, conspiciebanturque eorum copiæ armatæ, per totum littus tendentes.*

præpropere est glossa *τοῦ raptim.*' Rupert.—5 Al. *in pugnam et naves.*—6 Olim legebatur *tumultu turbabantur. Tentata.*—7 ' Sic ex emendatione Gronovii recentiores Edd. exhibent; ad quod nonnulli codd. proxime accedunt, in quibus est: *cum adversi annisos,* in aliis *adnisos:* in uno vero *cum adversus amnis oblato agmini ac tam multis simul venientibus haud sane intrabilis esset.* In Edd. vett. varie legitur; tum: *cum universi adnisos lato agmine et nonnullis simul venientibus haud sane intrabiles essent, in latus passim, &c.* tum: *cum aversi, ac diverso late agmine a tam multis simul venientibus, haud sane impenetrabiles essent, in littus passim, &c.*' Stroth.—8 Vet. lib. apud Sigon. *primo occursu.*

9 *Tamen* addunt Edd. ante Gronov.—10 Τὸ *non* ante *aut perfregerant* delendum, aut ante *perfregerant* ponendum putabat Perizon.—11 Vet. lib. apud Sigon. *littori,* quod et conj. Rupert.—12 Mss. et Edd. antt. *ex XXX.*—13

NOTÆ

[f] *Tumultu turbati*] Polyb. tamen lib. III. scribit Carthaginienses impetu in Romanos facto aliquamdiu proximos victoriæ visos fuissse.

[g] *Adversi amnis*] Hunc locum, in omnibus libris varie corruptum, ita immutavit Gronov. ut idoneum sensum eliceret. In editis vulgo legitur, *et cum aversi ac diverso late agmine, a tam multis simul venientibus haud sane impenetrabiles essent.* Alias *vel haud sane intrabiles; et cum universi annisos lato agmine, et nonnullis simul venientibus;* quod Valla sic emendabat: *et cum diversi ac diviso late agmine a tam multis simul venientibus haud sane penetrabiles essent.* Colb. *Et cum adversi a diverso late agmini et tam multis venientibus haud sane intrabiles essent.*

id pulcherrimum ejus victoriæ fuit, sed quod una levi pugna toto ejus oræ mari potiti erant. Itaque ad Honoscam [13] classe profecti,[h] exscensione ab navibus in terram facta, cum urbem vi cepissent, captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt:[i] atque, omnem agrum circa depopulati, postremo tecta quoque conjuncta [14] muro portisque incenderunt. Inde jam præda gravis ad Longunticam pervenit classis:[k] ubi vis magna sparti [15][l] ad rem nauticam congesta ab Hasdrubale. Quod satis in usum fuit, sublato, ceterum omne incensum est.[t] Nec continentis modo projectas oras prætervecta,[u] sed in Ebusum[m] insulam transmissum. Ubi urbe, quæ caput insulæ est, biduum nequicquam summo

[t] *Ablata parte funium ex sparto confectorum, quanta necessaria visa est: quod reliquum fuit concremarunt Romani.*

[u] *Nec solum secundum littora Hispaniæ continentis in mare prominentia navigavit classis Romana.*

[r] In Mss. et antt. Edd. *onusam, onustam, honustam. Ophiusam*, aut potius *Oscam*, conj. J. Fr. Gron. et *itaque Etovissam*, (oppidum, inter Iberum et Carthaginem novam situm,) rectius, opinor, Jac. Gron. coll. XXI. 22.' *Rupert.*—14 Alii *juncta*, prob. Gron. et *injuncta.*—15 Al. *ubi vis magna sparti fuit.*—16

NOTÆ

[h] *Ad Honoscam classe provecti*] Perperam Gronovius Honoscam interpretatur Oscam, quæ longe a littore in Ilergetibus: at Honosca maritima erat trans Iberum in Edetanis; eadem creditur quæ postea Valentiæ nomen accepit, et adhuc *Valencia* dicitur sui regni caput, ad ostium Duriæ, qui vulgo *Guadalaviar*.

[i] *Carthaginem inde petunt*] Novam intellige, in ulteriori littore maris Iberici.

[k] *Ad Longunticam pervenit classis*] Oppidum est in ora Contestanorum inter ostia Sucronis, vulgo *Xucar* fluvii, et Ferrariam promontorium, vulgo *Cabo de Martin*, paulo supra Dianium, nunc *Denia*. Hodie vicus nomine *Oliva*, paulo propior Valentiæ quam Carthagini.

[l] *Vis magna sparti*] Spartum genistæ genus est, ex qua filum et rudentes quoque ad navium usum conficiuntur; fiunt et ex eo filo calcei leviores. Hispani et Vascones vocant *espardillas*. Abundat autem sparto Hispania inter Orospedam præsertim, et Idubedam montes, ubi Spartarius campus: unde Carthago nova Spartariæ quoque nomen accepit. Campus ille, cum parte regni Murciæ, partem quoque Castellæ novæ Valentino regno proximam complectebatur.

[m] *In Ebusum*] Duæ sunt insulæ in Iberico mari Pityusæ nomine a pineo fructu, quarum major Ebusus, vel Ebyssus, alias Ebosia, et Eboissa, vulgo nunc *Yviça* cum oppido cognomine, ex adverso Ferrariæ sive Dianii promontorii, quod nunc *Martini*, medio inter hoc promontorium et Majoricam spatio.

labore oppugnata, ubi in spem irritam frustra teri tempus animadversum est,[x] ad populationem agri versi, direptis aliquot incensisque vicis, majore, quam ex continenti, præda parta, cum in naves se[16] recepissent, ex Baliaribus[n] insulis legati pacem petentes ad Scipionem venerunt. Inde flexa retro classis, reditumque in citeriora provinciæ, quo omnium populorum, qui Iberum incolunt,[17] [o] multorum et ultimæ Hispaniæ legati concurrerunt. Sed, qui vere ditionis imperiique Romani facti sunt, obsidibus datis, populi amplius fuerunt centum viginti.[p] Igitur terrestribus quoque copiis satis fidens Romanus usque ad saltum Castulonensem[q] est progressus. Hasdrubal in Lusitaniam ac propius oceanum concessit.

21. Quietum inde fore videbatur reliquum æstatis tempus, fuissetque[r] per Pœnum hostem;[18] sed, præterquam quod ipsorum Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia, Mandonius Indibilisque,[19] [s] qui antea Ilergetum regulus[t] fuerat, postquam Romani ab saltu reces-

[x] *Tempus consumi inutili spe oppidi capiendi.*

Sese Edd. omnes ante Drak.—17 J. F. Gronov. vel *qui cis Iberum incolunt*, vel *qui Iberum accolunt* legendum esse suspicatur. *Qui cis Iberum incolunt* dat Kreyssigius.

18 Al. *fuissetque prope per P. h.*—19 Olim legebatur *Mandonius vir nobilis*

NOTÆ

[n] *Ex Baliaribus*] Baliares sive Gymnesiæ insulæ in eodem mari, vulgo *Mallorca, y Menorca.*

[o] *Omnium populorum, qui Iberum incolunt*] Lege post Gronovium, *qui Iberum accolunt:* nisi sit qui *intra* sive citra Iberum colunt.

[p] *Populi amplius fuerunt centum viginti*] Nomine *populorum* intelligenda oppida, ut apud Nostrum et Cæsarem, non gentes aut civitates; vix enim tot in tota Hispania hujusmodi populi. Sic Virgilius de Tuscorum natione antiqua: 'Gens illi triplex, Populi sub gente quaterni.'

[q] *Ad saltum Castulonensem*] Castulo urbs fuit Oretanorum in Hispania Tarraconensi, ejusque parte, quæ post Carthaginensis est dicta. Hodie vicus est in Castellæ novæ atque Andaluziæ confinio, vulgo *Castona la Vieja*, cui vicini montes Castulenensis saltus ex ea nomen acceperunt: nunc, ut vulgo creditur, montes, qui vulgo *Puerto de Muradal.*

[r] *Fuissetque*] Repete *quietum* ex superiore: *per Pœnum*, Gall. *A l'égard des Carthaginois.*

[s] *Mandonius Indibilisque*] Indibilis Polybio est *Andoboles:* ejus frater Mandonius.

[t] *Ilergetum regulus*] Non totius,

sere ad maritimam oram, concitis popularibus, in agrum pacatum sociorum Romanorum populandum venerunt.[20] Adversus eos tribunus militum cum expeditis auxiliis, a Scipione missi,[1] levi certamine, ut tumultuariam manum, fudere omnes: occisis quibusdam captisque,[2] magna pars[3] armis exuta. Hic tamen tumultus cedentem ad oceanum Hasdrubalem cis Iberum ad socios tutandos retraxit. Castra Punica in agro Ilercaonensium,[u] castra Romana ad novam classem[4] erant, cum fama repens alio avertit[5] bellum. Celtiberi,[x] qui principes regionis suæ legatos miserant,[6] obsidesque dederant Romanis, nuntio misso a Scipione exciti, arma capiunt, provinciamque Carthaginiensium[y] valido exercitu invadunt: tria oppida vi expugnant. Inde cum ipso Hasdrubale duobus præliis egregie pugnantes quindecim millia hostium occiderunt, quatuor millia cum multis militaribus signis capiunt.

22. Hoc statu rerum in Hispania, P. Scipio in provinciam venit, prorogato post consulatum imperio ab senatu missus, cum viginti longis navibus,[7] et octo millibus militum, magnoque commeatu advecto.[8] Ea classis ingens

qui. Vid. Not. Var.—20 ' Liber optimus: *pacatum socios Romanorum ad populandum venerunt.* Lege, *socios Romanorum depopulatum.*' J. F. Gronov.—1 Olim legebatur: *A. eos tribus millibus c. e. a. a S. missis.* Vid. Not. Var.—2 Olim, *fudere, multis occisis, quibusdam captis.*—3 *Magnaque parte* Edd. omnes ante Drak.—4 Conj. Rupert. *ad Novam Classem,* aut *Classicam.*—5 *Vertit* Edd. ante Crevier.—6 *Miserant* J. F. Gronov. adjecit e cod. Put. Illud omitti posse putabat Stroth.

7 ' *Cum viginti longis navibus* e duobus Mss. et Polybio recepi pro *cum tri-*

NOTÆ

opinor, Ilergetum gentis, sed populi alicujus ex ea gente. Erant autem Ilergetes ultra Sicorim amnem inter Iberum et Pyrenæos, ut supra diximus: ubi hodie pars Aragoniæ orientalis.

u *Ilercaonensium*] Fuere Ilercaones Hispaniæ citerioris populi ultra Tarraconem, ad utramque Iberi ripam. Caput gentis Dertusa, nunc *Tortosa,* in extrema fere Catalonia.

x *Celtiberi*] De his lib. sup. Fuere trans Iberum, confiniaque Aragoniæ et Castellæ quæ nunc sunt complectebantur.

y *Provinciamque Carthaginiensium*] Hispaniam, quæ, adhuc Romanis Ulterior dicta, Pœnis parebat; cum Bæticæ et Lusitaniæ magna parte, ejus quoque partem haud exiguam continens quæ postea Augusto imperante Tarraconensis nomine appellabatur.

agmine onerariarum procul visa, cum magna lætitia civium sociorumque, portum Tarraconis ex alto tenuit. Ibi milite exposito, profectus Scipio fratri se conjungit:[9] ac deinde communi animo consilioque gerebant bellum. Occupatis igitur Carthaginiensibus Celtiberico bello, haud cunctanter Iberum transgrediuntur, nec ullo viso hoste, Saguntum pergunt ire, quod ibi obsides totius Hispaniæ custodiæ traditos ab Hannibale fama erat modico in arce custodiri præsidio. Id unum pignus inclinatos ad Romanam societatem omnium Hispaniæ populorum animos morabatur, ne sanguine liberum[10] suorum culpa defectionis lueretur. Eo vinculo Hispaniam vir unus, solerti magis quam fideli consilio,[11] exsolvit. Abelux erat Sagunti nobilis Hispanus,[12] fidus ante Pœnis: tum (qualia plerumque[13] sunt barbarorum ingenia) cum fortuna mutaverat fidem. Ceterum, transfugam, sine magnæ rei proditione venientem ad hostes, nihil aliud quam unum vile atque infame corpus esse ratus, id agebat, ut quam maximum emolumentum novis sociis esset. Circumspectis igitur omnibus, quæ fortuna potestatis ejus poterat facere, obsidibus potissimum tradendis animum adjecit:[y] eam unam rem maxime ratus conciliaturam Romanis principum Hispaniæ amicitiam. Sed cum, injussu Bostaris præfecti, satis sciret, nihil obsidum custodes facturos esse, Bostarem ipsum arte aggreditur. Castra extra urbem in ipso littore habebat Bostar, ut aditum ea parte[14] intercluderet Romanis. Ibi eum in secretum abductum, velut ignorantem, monet, quo statu[15] sit res:

[y] *Cum omnia considerasset quæ fortuna in manu ac potestate ipsius constituere poterat; animum maxime applicuit ad tradendos Scipioni obsides quos Hispani Carthaginiensibus dederant.*

---

ginta l. n.' Rupert. *Cum viginti* et dat Kreyssigius.—8 Al. *adjecto.*—9 *Fratri conjungitur* Edd. ante Drak.—10 Al. *liberorum.*—11 Put. Pet. melior, duo Pall. Voss. *solertiæ magis quam fideli consilio.*—12 '*Abelux erat Sagunti nobilis Hispanus;* non, ut in antt. Edd. *Abelox*, sed rectius forte *Abelyx* aut *Abilyx.* Ἀβίλυξ ap. Polyb. III. 98. 99. Mox *jam* pro *tum* conj. Doering.' *Rupert.*—13 *Pleraque* Edd. ante Drak.—14 'Ita pro vulg. *ex portu* Mss. Pet. et Cantabr. (*ex parte* Flor. et duo Hearnii,) quos secutus sum, suadente Jac. Gron. qui bene monet, Sagunto, passus mille a mari sitæ, non fuisse portum, certe eum nusquam memorari.' *Rupert. Ex parte* dat et Kreyssigius.—15 Al. *monet in quo*

'Metum continuisse ad eam diem Hispanorum animos, quia procul Romani abessent: nunc cis Iberum castra Romana esse, arcem tutam perfugiumque novas volentibus res.[z] Itaque, quos metus non teneat, beneficio et gratia devinciendos esse.' Miranti Bostari percunctantique, quodnam id subitum tantæ rei donum possit esse? 'Obsides,' inquit, 'in civitates remitte. Id et[16] privatim parentibus, quorum maximum nomen in civitatibus est suis, et publice populis gratum erit. Vult sibi quisque credi, et habita fides ipsam plerumque obligat fidem. Ministerium restituendorum domos obsidum mihimet deposco ipse, ut opera quoque impensa consilium adjuvem meum, et rei suapte natura gratæ, quantam insuper gratiam possim, adjiciam.'† Homini, non ad cetera Punica ingenia callido, ut persuasit,[a] nocte clam progressus ad hostium stationes, conventis quibusdam auxiliaribus Hispanis, et ab iis ad Scipionem perductus, quid afferret, expromit. Fide accepta dataque, ac loco et tempore constituto ad obsides tradendos, Saguntum redit; diem insequentem absumsit cum Bostare mandatis ad rem agendam accipiendis. Dimissus, cum se nocte iturum, ut custodias hostium falleret, constituisset, ad compositam cum iis horam excitatis custodibus puerorum profectus, veluti ignarus in præparatas sua fraude insidias ducit. In castra Romana perducti. Cetera omnia de reddendis obsidibus,[z] sicut cum Bostare constitutum erat, acta per eundem ordinem, quo si Carthaginiensium nomine sic ageretur.[17] Major aliquanto Roma-

[z] *Jam cis Iberum (respectu Sagunti) esse Romanorum castra, quo Hispani, si defectionem cogitarent, possent tanquam ad tutam arcem confugere.*

[a] *Postquam rem persuasit Bostari, qui simplex et candidus homo erat, nec juxta reliqua Pœnorum ingenia versatus.*

statu.—16 *Et* deest in Edd. ante Drak.—17 'In plerisque Mss. et Edd. antt. *quasi agerentur;* sed bene emend. Stroth. *acta per eundem* (Abelucem) *ordine,*

NOTÆ

† Addit Polyb. verendum ne Romani, Sagunto et obsidibus potiti, Hispanos ad se convertant.

[z] *Cetera omnia de reddendis obsidibus*] Obsides proximis suis redditi sunt per Abelucem, eadem ratione,

norum gratia fuit in re pari, quam quanta futura Carthaginiensium fuerat. Illos enim, graves superbosque in rebus secundis expertos, fortuna et timor mitigasse videri poterat. Romanus primo adventu, incognitus ante, ab re clementi liberalique initium fecerat: et Abelux, vir prudens, haud frustra videbatur socios mutasse. Itaque ingenti consensu defectionem [18] omnes spectare: armaque extemplo mota forent, ni hyems, quæ Romanos quoque et Carthaginienses concedere in tecta coëgit, intervenisset.

23. Hæc in Hispania quoque secunda æstate Punici belli gesta, cum in Italia paulum [19] intervalli cladibus Romanis solers cunctatio Fabii fecisset. Quæ ut Hannibalem non mediocri solicitum cura habebat, tandem eum militiæ magistrum delegisse Romanos cernentem, qui bellum ratione, non fortuna, gereret; ita contemta erat inter cives, armatos pariter togatosque; utique postquam, absente eo, temeritate magistri equitum, læto verius dixerim,[20] quam prospero eventu,[a] pugnatum fuerat. Accesserant duæ res ad augendam invidiam dictatoris: una fraude ac dolo Hannibalis, quod, cum a perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circa solo æquatis, ab uno eo ferrum ignemque et vim omnem hostium abstineri jussit, ut occulti alicujus pacti ea merces videri posset: altera ipsius facto, primo forsitan dubio, quia non expectata in eo se-

quo sc. acta fuerint, *si C. n. res* (ita unus Ms.) *ageretur.*' Rupert.—18 Al. *ad defectionem.*

19 *Paululum* Edd. ante Drak.—20 Olim legebatur, *læto ut verius dixerim.*

NOTÆ

qua cum Bostare convenerat: sed redditi nomine Romanorum, non Carthaginiensium: ita ut major illorum apud Hispanos gratia ex eodem facto fuerit, quam horum fuisset: quia Romani nec secundis rebus molestos se atque arrogantes præbuerant Hispanis, (cum nondum eis imperassent,) nec videri poterant metu ob minus prosperam fortunam inflexi restituisses obsides: quorum utrumque in Pœnos cadebat.

[a] *Læto verius dixerim, quam prospero eventu*] Minus est læto quam prospero eventu pugnare. Hoc enim plenam victoriam significat: illud vero leviori prælio superatum hostem, non fusum fugatumque.

natus auctoritas est; ad extremum haud ambigue in maximam laudem verso, in permutandis captivis: quod, sicut primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces Romanum[1] Pœnumque, ut, quæ pars plus reciperet,[2] quam daret, argenti pondo bina et selibras[b] in militem præstaret.[b] Ducentos quadraginta septem[3] cum plures Romanus, quam Pœnus, recepisset, argentumque pro eis debitum, sæpe jactata in senatu re, quoniam non consuluisset Patres, tardius erogaretur;[4c] inviolatum ab hoste agrum, misso Romam Quinto filio,[5] vendidit, fidemque publicam impendio privato exsolvit.[d] Hannibal pro Geronii[6] mœnibus,[e] cujus urbis, captæ atque incensæ ab se, in usum horreorum[7] pauca reliquerat tecta, in stativis erat.[8] Inde frumentatum duas exercitus partes mittebat: cum tertia ipse expedita in statione erat, simul castris præsidio, et circumspectans, necunde impetus in frumentatores fieret.

[b] *Ut in captivorum numero, ii qui plures ab hostibus captos reciperent quam ipsis redderent, pro singulis capitibus duas argenti libras et dimidiam solverent.*

Vid. Not. Var.—1 *Romanos* Edd. ante Crevier.—2 ' Put. *quæ pars prius rec.* An fuit *plures*, nempe captivos? Nec moverim tamen vulgatam, ad quam intelligis, *captivorum.*' J. F. Gronov.—3 ' Vereor ne scriptum fuerit *CCXLII.*' Sigon.—4 *Rogaretur* Edd. ante Drak.—5 Olim *misso Romam filio.* Put. *misso Romam qui filio.*—6 Al. *Gerionis.*—7 Olim *ab se usum horreorum.*—8 Olim legebatur, *pauca reliquerat tecta, stativa habebat.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[b] *Argenti pondo bina et selibras*] Hoc argenti pondus nonaginta ferme libris nostratibus responderet: ducenti igitur quadraginta septem milites eo pretio redemti constarent monetæ nostræ 222301.

[c] *Tardius erogaretur* [*rogaretur*] Scribendum fide Gronovii ex veteribus nonnullis codicibus *tardius erogaretur*, pecunia scilicet, qua redimendi erant captivi. Licet enim *rogatio* pro lege accipiatur, dicaturque *rogari quid*, pro eo quod est de re aliqua legem ferri, populo nempe interrogato de ea; ne eo quidem sensu ausim admittere hanc loquendi formam, *argentum ... tardius rogaretur.*

[d] *Fidemque publicam impendio privato exsolvit*] Fabius nummis ex distracto prædio suo, cui Hannibal pepercerat, corrasis, fidem a se Hannibali publice datam de redimendis captivis proprio sumtu liberavit; cum Senatus per invidiam statim promi ex ærario et erogari eam pecuniam non sineret, eo colore quod se inconsulto Fabius id cum Hannibale pepigisset.

[e] *Pro Geronii mœnibus*] Alias *Gerionis.* Vide supra.

24. Romanus tunc exercitus in agro Larinati[f] erat. Præerat Minucius magister equitum, profecto, sicut ante dictum est, ad Urbem dictatore. Ceterum castra, quæ in monte alto ac tuto loco posita fuerant, jam in planum deferuntur:[g] agitabanturque pro ingenio ducis consilia calidiora,[c] ut impetus aut in frumentatores palatos,[9] aut in castra, relicta cum levi præsidio, fieret. Nec Hannibalem fefellit, cum duce mutatam esse belli rationem, et ferocius, quam consultius, rem hostes gesturos. Ipse autem, (quod minime quis crederet,) cum hostis propius esset, tertiam partem militum frumentatum, duabus in castris retentis, dimisit: dein castra ipsa propius hostem movit, duo ferme a Geronio[10] millia, in tumulum hosti conspectum;[11] ut intentum sciret esse ad frumentatores, si qua vis fieret, tutandos. Propior inde ei atque ipsis imminens Romanorum castris tumulus apparuit: ad quem capiendum si luce palam iretur, quia haud dubie hostis breviore via præventurus erat,[12] nocte clam missi Numidæ ceperunt.[13] Quos tenentes locum, contemta paucitate, Romani postero die cum ejecissent,[14][h] ipsi eo transferunt castra. Tum itaque, ut exiguum spatii[d] vallum a vallo aberat, et id ipsum totum prope compleverat Romana acies, simul et per aversa castra a castris Hannibalis[15][i] equitatus, cum

[c] *Fervidæ magis molitiones, incepta temeraria et minus considerata.*
[d] *Parvo intervallo.*

9 Al. *palantes.*—10 Al. *a Gerione.*—11 Lipsius e codice suo notaverat: *hostium in conspectu.*—12 Olim *præventus esset.*—13 'Verbum *ceperunt* non sine ratione abjicere malebat Gronovius.' *Stroth.*—14 Legendum monet J. F. Gronov. *dejecissent*, quod et in textum recepit Kreyssig.—15 'Hæc verba *a castris Hannibalis* tam Gronovio quam Crevierio suspecta erant, sicuti et mihi suspecta sunt; nam quid sint *aversa castra* jam per se patet, neque opus

NOTÆ

[f] *In agro Larinati*] De Larino Apuliæ olim, nunc Comitatus Molisini, oppido supra.

[g] *In planum deferuntur*] Castra Romana translata sunt in planitiem a Minucio.

[h] *Cum ejecissent*] Gronovius reponit *cum dejecissent*, quod sane hic congruit: sed nec illud aliam habet sententiam.

[i] *Per aversa castra a castris Hannibalis*] Non displicet Gronovii conjectura exulare jubentis laciniam illam, *a castris Hannibalis*, tanquam

levi armatura emissus in frumentatores, late cædem fugamque hostium palatorum fecit. Nec acie certare Hannibal ausus; quia tanta paucitate vix castra, si oppugnarentur, tutari poterat. Jamque artibus Fabii, (pars exercitus aberat,)[k] jam ferme sedendo[16] et cunctando bellum gerebat; receperatque suos in priora castra, quæ pro Geronii mœnibus erant. Justa quoque acie[l] et collatis signis dimicatum, quidam auctores sunt. Primo concursu Pœnum usque ad castra fusum, inde eruptione facta repente versum terrorem in Romanos; Num. Decimii Samnitis deinde interventu[17] prælium restitutum. Hunc, principem genere ac divitiis non Boviani[m] modo, unde erat, sed toto Samnio, jussu dictatoris octo millia peditum et equites quingentos ducentem[18] in castra, ab tergo cum apparuisset Hannibali, speciem parti[19] utrique præbuisse novi præsidii, cum Q. Fabio a Roma venientis:[20] Hannibalem insidiarum quoque aliquid timentem recepisse suos: Romanum insecutum, adjuvante Samnite, duo castella[n] eo die expugnasse: sex

erat illa addere.' *Stroth.*—16 *Jamque artibus Fabii, dum pars e. aberat, ferme sedendo, &c.* conj. Gronov. et Stroth. Vid. Not. Var.—17 Al. *adventu.*—18 *Equites ducentos adducentem* Edd. antt. sed *equites adducentem* Mss. plerique; unde *equites ad D. ducentem* edidere VV. DD.—19 Olim *spem parti.*—20 *Novi subsidii tumque Fabio ab Roma veniente* Edd. ante Crev. at pro *tumque* Gron. exhibet *tanquam.*

NOTÆ

ab interprete insertam. Significat autem emissum equitatum per portam Decumanam, aversam a castris hostium.

[k] *Jamque artibus Fabii, (pars exercitus aberat,)* [*Jamque a. F. p. e. a.*] Planior quidem sensus videtur futurus, si cum Gronovio legamus: *jamque artibus Fabii, dum pars exercitus aberat, jam ferme sedendo et cunctando bellum gerebat* (nimirum Hannibal, quasi Fabii jam imitator). Sed non prorsus repudianda Jo. Saxonii sententia, qui Fabii cunctatione securiorem factum Hannibalem ad partem exercitus frumentatum mittendam descendisse vult, et bellum Fabii ejusdem more gerere cœpisse.

[l] *Justa quoque acie*] Gall. *en bataille rangée.*

[m] *Boviani*] Samnitum Pentrorum caput fuisse Bovianum vidimus lib. x. cap. 31. nunc *Boiano* in Molisii comitatu.

[n] *Duo castella*] Castellum bifariam dicitur: tum de minori oppido, seu vico majori, *un bourg:* tum de propugnaculo et munitione castrensi, quæ opere subitario ad arcendos hostes struitur, *un fort:* posteriore sensu hic accipiendum hoc nomen Saxonius censet: ego in contrarium magis propendeo.

millia hostium cæsa, quinque admodum[e] Romanorum: tamen in tam pari prope clade famam egregiæ victoriæ cum vanioribus literis magistri equitum Romam perlatam.[o]

25. De his rebus persæpe et[1] in senatu et in concione actum est. Cum, læta civitate, dictator unus nihil nec famæ, nec literis crederet; ut vera[2] omnia essent,[f] secunda se magis, quam adversa, timere diceret; tum M. Metilius[3] tribunus plebis,[p] 'id enim ferendum esse' negat.[4] 'Non præsentem solum dictatorem obstitisse rei bene gerendæ, sed absentem etiam gestæ obstare: et in[5] ducendo bello[g] sedulo tempus terere, quo diutius in magistratu sit, solusque et Romæ et in exercitu imperium habeat. Quippe consulum alterum in acie[q] cecidisse; alterum, specie classis[r] Punicæ persequendæ, procul ab Italia ablegatum. Duos prætores Sicilia atque Sardinia[s] occupatos, quorum[6] neutra hoc tempore provincia prætore egeat. M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicæ gereret, prope in custodiam habitum.[t] Itaque, Hercule, non Samnium modo, quo jam, tanquam trans Iberum agro,

[e] *Circiter quinque millia.*
[f] *Etiam si certa essent cuncta quæ de Minucio nuntiabantur.*
[g] *In bello protrahendo in longum.*

1 *Et* del. Gronov. Crevier.—2 *Ut si vera* Mog. Frob. Francof. Grut. all. *et ut vera* vet. lib. apud Sigon.—3 Al. *Metellus.*—4 Olim legebatur *id unum enimvero ferendum esse n.*—5 Τὸ *in* delendum esse censet Bauer. Rupert. conj. *ita.*—6 'Aut *quarum* pro *quorum* scribendum, aut, quod suspicatus est Crevierius, vox *prætore* tollenda videtur; nam 'egere alicujus rei' æque recte ac 'egere aliqua re' dicitur; nisi, quod nunc succurrit, *cum* pro *quorum* legen-

NOTÆ

[o] *Perlatam*] Repete, longo quamvis intervallo, *quidam auctores sunt.*

[p] *M. Metilius tribunus plebis*] Sic nominatur a Plutarcho, recte; nam et ejus auctor meminit cum Lætorio legati lib. XXV. alias perperam *M. Metellus*, quæ gens patricia fuit.

[q] *Consulum alterum in acie*] Flaminium, supra cap. 6. apud Trasimenum.

[r] *Alterum, specie classis*] Cn. Servilium.

[s] *Duos prætores Sicilia atque Sardinia*] Tit. Otacilius Crassus videtur hoc tempore Siciliam obtinuisse: A. Corn. Mammula Sardiniam.

[t] *Prope in custodiam habitum*] Quod paulo post 'clausum cum militibus' ait 'intra vallum,' hic ad invidiam dicit 'in custodiam habitum:' id est, quasi in carcerem conjectum.

Pœnis[7] concessum sit, et Campanum, Calenumque, et Falernum agros[8] pervastatos esse, sedente Casilini dictatore, et legionibus populi Romani agrum suum tutante.[u] Exercitum cupientem pugnare,[9] et magistrum equitum, clausos prope intra vallum retentos; tanquam hostibus captivis[x] arma ademta. Tandem, ut abscesserit inde dictator, ut obsidione liberatos, extra vallum egressos fudisse ac fugasse hostes.[h] Quas ob res, si antiquus animus plebi Romanæ esset, audaciter[10] se laturum[y] fuisse de abrogando Q. Fabii imperio:[11] nunc modicam rogationem promulgaturum[i] de æquando magistri equitum et dictatoris jure: nec[12] tamen ne ita quidem prius mittendum[13] ad exercitum Q. Fabium, quam consulem in locum C. Flaminii suffecisset.' Dictator concionibus se abstinuit, in actione minime popularis.[14][z] Ne in senatu quidem satis æquis auribus audiebatur, tunc cum hostem verbis extolleret, bi-

[h] *Statim atque dictator inde discesserit, a Romanis, qui prius velut obsessi tenebantur, hostes in fugam datos.*

[i] *Se promulgaturum legem moderatam (quæ tamen atrox erat revera et sine exemplo).*

dum sit.' *Doering.*—7 'Forte pro *Pœnis* leg. *Pœnos*, et hæc vox post *hercule*, vel ante *sed* aut *esse* ponenda. Pro *et Campanum* ed. Mediol. et al. *sed Campan.*' Rupert.—8 *Agrum* Edd. ante Drak.—9 Vet. lib. apud Sigon. *verum etiam exercitum cupientem pugnare.*—10 Al. *audacter.*—11 '*De abrogando Q. Fabii imperio:* Bauer. putat, auribus seu euphoniæ id datum pro *Q. Fabio*, et Duk. ex Ms. Harl. leg. *Fabio.*' Rupert.—12 'Forte leg. *ac* pro *nec:* sed nihil affirmo, cum *et* aut *ac* jungi τῷ *ne quidem* haud soleat.' *Bauer.*—13 Al. *dimittendum.*—14 J. F. Gronov. malit *populari*, probb. Drak. Stroth. Doering. et

NOTÆ

[u] *Legionibus populi Romani agrum suum tutante*] Amare dictum, quasi Fabius non de agro et ditione Romana tuenda, sed de privatis tantum prædiis suis cogitasset.

[x] *Tanquam hostibus captivis*] Vult Metilius, ad augendam invidiam, milites Romanos et magistrum equitum habitos esse a Fabio velut hostes, qui capti exarmari solent.

[y] *Audaciter se laturum*] Seneca quoque *audaciter* dixit *laturum*, nempe legem.

[z] *In actione minime popularis*] Gron. mavult, invitis codicibus, *in actione minime populari*, id est, in concione, in qua favor plebis minime pro Fabio. Sed nihil video cur opus sit emendatione. Et sententia magis exigit ut illud *minime popularis* ad ipsum Fabium referatur, qui non populi auram, sed utilitatem publicam, affectabat, quam actioni quæ revera popularis erat ratione Metilii, et aliorum Minucio faventium.

enniique clades per temeritatem atque inscientiam[15] [a] ducum acceptas referret:[b] ‘ magistroque equitum, quod contra dictum[16] suum pugnasset, rationem’ diceret ‘ reddendam esse. Si penes se summa imperii consiliique sit, propediem effecturum, ut sciant homines, bono imperatori haud magni fortunam momenti esse: mentem rationemque dominari. Se in tempore[17] et sine ignominia servasse exercitum, quam multa millia hostium occidisse,[18] majorem gloriam esse.’ Hujus generis orationibus frustra habitis, et consule creato M. Atilio Regulo, ne præsens de jure imperii dimicaret, pridie quam rogationis ferendæ dies adesset,[c] nocte ad exercitum abiit. Luce orta, cum plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat, quam satis audebant homines ad suadendum, quod vulgo placebat, prodire: et, favore superante,[d] auctoritas tamen rogationi deerat. Unus inventus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno prætor fuerat, loco non humili solum, sed etiam sordido, ortus. Patrem lanium[e] fuisse fe-

Bauero.—15 Al. *inscitiam.*—16 Al. *edictum.*—17 Al. *se sævo tempore.*—18 Add. *ducere* Edd. ante Drak.

NOTÆ

[a] *Atque inscientiam*] Hanc vocem habent hoc loco scripti : eaque usi sæpe Cicero et Cæsar.

[b] *Acceptas referret*] Si ‘ acceptum referre’ conjunctim accipiatur, ut plerumque fit, pro imputare, legendum erit ex Gronovii sententia, *bienniique clades temeritati atque inscitiæ acceptas referret.* Verum, quando nullus huic lectioni favet codex vetus, licebit illud *referret* accipere pro diceret; narrando asseveraret clades acceptas fuisse per imperitiam atque imprudentiam ducum.

[c] *Quam rogationis ferendæ dies adesset*] Rogationem intelligit Metilii tribuni plebis, de æquando magistri equitum et dictatoris imperio.

[d] *Favore superante*] Favorem intellige plebis in legem contra Fabium ferendam, quæ in gratiam Minucii magistri equitum: qui favor major erat quam ad ferendam legem necesse esset, concurrentibus scilicet omnium pæne suffragiis.

[e] *Patrem lanium*] Plane in Gronovii sententiam eundum censeo, sic scribentis hunc locum: *Patrem lanium fuisse ferunt ipsum, institore mercis filio hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum.* Quod autem notat Godelevæus, hinc sequi Romanos civium numero non arcuisse eos, qui sordidas artes tractarent, contra quam scripserit Dionysius; neque absolute hinc colligas, cum potuerit

runt, ipsum institorem mercis, filioque hoc ipso in servilia ejus artis ministeria usum.

26. Is juvenis, ubi[19] ex eo genere quæstus[f] pecunia a patre relicta animos ad spem liberalioris fortunæ fecit, togaque et forum placuere, proclamando pro sordidis[g] hominibus causisque adversus rem et famam bonorum, primum in notitiam populi, deinde ad honores[h] pervenit.[20] Quæstura quoque et duabus ædilitatibus,[1] plebeia et curuli, postremo et prætura perfunctus, jam ad consulatus spem cum attolleret animos, haud parum callide auram favoris popularis ex dictatoria invidia petiit, scitique plebis[2] unus gratiam tulit.[k] Omnes eam rogationem, quique Romæ, quique in exercitu erant, æqui atque iniqui, præter ipsum dictatorem, in contumeliam ejus latam acceperunt. Ipse, qua gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem et populi in se sævientis injuriam tulit: acceptisque in ipso itinere literis senatus consulti[3] [i]

[k] *Et legis sive plebisciti rogandi favorem ac decus arripuit.*

19 ' Pro *ubi* in omnibus fere Mss. *utrum:* unde Jac. Gron. conj. *Is juvenis (etenim ex eo... placuere) proclamando* cet. et rectius, opinor, Perizon. *UT PRIM.* h. e. *ut primum.*' Rupert. Vid. Not. Var.—20 Al. *ad honorem pervenit.* —1 Conj. J. F. Gronov. *quæsturaque et duabus ædilitatibus.*—2 Olim legebatur: *favorabilis populi ex dictatoria invidia petiit, sicque plebis.* Vid. Not. Var.—3 ' Planius quidam Mss. *literis senatus:* sed cur omnes fere libri exhibent *consulti* vel *S. C.?* *Literis senatus consulisque* conj. Stroth. et *literis senatusque*

NOTÆ

is, qui civis non erat, in civem ascisci, præsertim filius post mortem patris; et Halicarnasseus ad prima Romuli instituta respexisse videtur, quorum pauca ad hoc usque tempus durarunt.

[f] *Ubi ex eo genere quæstus*] Ab Ascensio est hæc editio. Optimi veterum codicum sic habent: *is juvenis, utrum ex eo genere quæstus pecunia a patre relicta, animos ad spem liberalioris fortunæ gessit.* Quidam *an* interserunt, *an pecunia a parte relicta:* sed hæc tanti non sunt.

[g] *Proclamando pro sordidis*] Non tam oratorio more ac stylo causas agentem, quam rabulæ instar vociferantem, et bonis viris quasi allatrantem describit Terentium.

[h] *Ad honores*] Frequens fuit ad magistratus via apud Romanos facundia forensis etiam mediocris.

[i] *Literis senatus consulti*] Senatusconsultum hic vocat, cum antea plebiscitum et rogationem, id est, legem dixerit: hoc Lipsio displicet, qui scribendum ideo conjicit *literis Senatus.* Sed nimirum patres quoque auctores fiebant plebiscitorum, eaque decretis suis confirmare soliti erant, quasi

de æquato imperio, satis fidens, haudquaquam cum imperii jure artem imperandi æquatam, cumque invicto[4 k] a civibus hostibusque animo ad exercitum rediit.

27. Minucius vero, cum jam ante vix tolerabilis fuisset[5] secundis rebus ac favore vulgi, tum utique immodice immodesteque, non Hannibale magis victo ab se, quam Q. Fabio,[6] gloriari: 'Illum in rebus asperis unicum ducem ac parem[7] quæsitum Hannibali, majorem minori, dictatorem magistro equitum, quod nulla memoria habeat annalium, jussu populi æquatum in eadem civitate, in qua magistri equitum virgas ac secures dictatoris tremere atque horrere soliti sint. In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse. Ergo secuturum se fortunam suam, si dictator in cunctatione ac segnitie, Deorum[8] hominumque judicio damnata, perstaret.' Itaque, quo die primum congressus est cum Q. Fabio, 'statuendum omnium primum,' ait, 'esse, quemadmodum imperio æquato[9] utantur. Se optimum ducere, aut diebus alternis, aut, si majora intervalla placerent, partitis temporibus, alterius[10] summum jus[l] imperiumque esse; ut par hosti non solum consilio, sed viribus etiam esset, si quam occasionem rei gerendæ habuisset.' Q. Fabio haudquaquam id placere: 'omnia enim fortunam habituram,

consulto (ut ante *scitique plebis*) Gron.' *Rupert.*—4 'Τὸ *que* damnavit Gron. et quatuor Mss. auctoritate motus delevit Stroth. Sed Bauer. ordinat: *satis fidens, cumque invicto animo redit*, aut legit *cum æque invicto.*' Rupert.

5 '*Cum jam ante vix tolerabilis fuisset.* Postremum verbum si deleveris, nihil sententiæ detraxeris.' *J. F. Gronov.*—6 Olim *quam Fabio.*—7 Al. *unicum ac parem ducem.*—8 '*Si dictatoris cunctatio in segnitie.* Put. uterque Pet. et alii, *cunctationi ac segnitiæ Deorum.*' J. F. Gronov.—9 Al. *adæquato.*—10 Al.

NOTÆ

auctoritatem plebis hac ratione eludentes, ut observat quoque Gronovius: quem offendit illud *literis Senatusconsulti*, malletque *acceptisque in ipso itinere literis Senatusque consulto.*

k *Cumque invicto*] Non abs re Gronovius rescindi jubet tanquam superfluum illud *que*; est enim, *cum invicto civibus hostibusque animo ad exercitum rediit.* Neque hic *invictus animus* commune quicquam habet cum *imperii jure* quod præcedit.

l *Partitis temporibus, alterius summum jus, &c.*] Sic ex membranis apud Gronovium, vulgo *partitis temporibus alterius.* Sed ita legenti fatendum est τὸ *partitis* futurum omnino supervacuum.

quæcumque temeritas collegæ habuisset.[l] Sibi communicatum cum illo, non ademtum,[11] imperium esse. Itaque se nunquam volentem parte, qua posset, rerum consilio gerendarum cessurum:[m] nec se tempora aut dies imperii cum eo, exercitus[12] divisurum, suisque consiliis, quoniam omnia non liceret, quæ posset, servaturum.' Ita obtinuit, uti legiones,[13] sicut consulibus mos esset, inter se dividerent. Prima et quarta Minucio,[m] secunda et tertia Fabio evenerunt. Item equites pari numero, sociumque et Latini nominis auxilia diviserunt: castris se quoque separari magister equitum voluit.

28. Duplex inde Hannibali gaudium fuit; (neque enim quicquam eorum, quæ apud hostes agerentur,[14] eum fallebat, et perfugis multa indicantibus, et per suos explorantem;) nam et liberam Minucii temeritatem se suo modo captaturum, et solertiæ Fabii dimidium virium decessisse. Tumulus erat inter castra Minucii Pœnorumque. Eum qui occupasset,[15] haud dubie iniquiorem erat hosti locum facturus. Eum non tam capere sine certamine volebat Hannibal, (quanquam id operæ pretium erat,) quam causam certaminis cum Minucio, quem semper occursurum ad obsistendum satis sciebat, contrahere. Ager omnis medius erat prima specie inutilis insidiatori, quia non modo sylvestre quicquam, sed ne vepribus quidem vestitum habebat: re ipsa natus tegendis[16] insidiis, eo magis quod in nuda valle nulla talis fraus timeri poterat. Et erant in anfracti-

[l] *Fere enim ut penes fortunam essent, ab eaque penderent, omnia quæcumque temerarius collega in potestate habiturus esset.*

[m] *Se nunquam sponte renuntiaturum parti rerum prudenter administrandarum quam retinere posset.*

temporibus alternis.—11 Al. *sed non ademtum.*—12 Ante *exercitus* Edd. omnes usque ad Drak. inserunt *sed*, quod a plerisque Mss. abest. Vid. Not. Var.—13 Al. *obtinuit, ut legiones.*

14 Voss. Gud. Mureti, *gerebantur.*—15 Vet. lib. apud Sigon. *Minucii, et*

NOTÆ

[m] *Prima et quarta Minucio*] Paulo aliter Plutarchus, qui primam et quartam legiones evenisse Fabio tradit; Minucio autem secundam et tertiam.

bus cavæ rupes, ut quædam earum ducenos armatos possent capere. In has latebras, quot quemque locum apte insidere poterant, quinque millia conduntur peditum equitumque.[17] [n] Necubi tamen aut motus alicujus temere egressi, aut fulgor armorum fraudem in valle tam aperta detegeret; missis paucis prima luce ad capiendum, quem ante diximus, tumulum, avertit oculos hostium. Primo statim conspectu contemta paucitas: ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes. Ad locum capiendum dux[18] ipse inter stolidissimos ferocissimosque ad arma vocat;[o] et vanis animis et minis increpat hostem. Principio levem armaturam dimittit,[p] deinde conferto agmine mittit equites: postremo, cum hostibus quoque subsidia mitti videret, instructis legionibus procedit. Et Hannibal, laborantibus suis alia atque alia, crescente certamine, mittens auxilia peditum equitumque, jam justam expleverat aciem, ac totis utrimque viribus certabatur. Prima levis armatura Romanorum, præoccupatum inferiore loco succedens tumulum,[q] pulsa detrusaque terrorem in succe-

Pœnorum, quem qui occupasset.—16 In Mss. quamplurimis *detegendis.*—17 'Forte *equites quingenti;* Gron. coll. Polyb. III. 104. Recte; nisi Livius numerum rotundum aut alios auctores secutus est.' *Rupert.*—18 '*Ac sibi quisque deposcere pellendos inde hostes ac locum capiendum. Dux* cet. bene conj. Perizon. Sed pro alterutro *ac* leg. *et.* Utrobique frigere verba *ad locum cap.* et glossatori tribuenda putat Bauer. Mox suspicari possis: *principio levem armaturam emittit, deinde equites: postremo conferto agmine . . . et instructis legionibus procedit. . . .* Quis ferre possit *dimittit* vel *demittit . . . mittit . . . mitti?* Hinc jam Gron. et Bauer. delendum putarunt *dimittit,* aut leg. *emittit* seu *immittit.*' Rupert.

NOTÆ

[n] *Quinque millia conduntur peditum equitumque*] Polybius quingentos equites notat, ut fuerint pedites quatuor millia quingenti.

[o] *Ad arma vocat*] Dixit *vocat,* pro eo quod est, ad arma proclamat, sive vociferando jubet arma capi: alioquin delendum erit illud *inter,* ut intelligatur Minucius stolidissimos quosque et ferocissimos ad arma vocasse.

[p] *Levem armaturam dimittit* [*demittit*] Alias *dimittit.* Accedo correctioni Gronovii, qui deleta prima litera censet scribendum *emittit:* neque enim apparet Minucium loco superiore castra habuisse, ut levis armatura in planiora demitti ac descendere deberet: quinetiam agnosco illud quoque *emittit* necessarium non esse; potest enim hoc membrum non incommode regi a sequenti, *mittit equites.*

[q] *Præoccupatum inferiore loco succe-*

dentem intulit equitem, et ad signa legionum refugit. Peditum acies inter perculsos impavida sola erat, videbaturque, si justa aut si recta pugna esset,[r] haudquaquam impar futura. Tantum animorum fecerat prospere ante paucos dies res gesta. Sed exorti repente insidiatores eum tumultum terroremque, in latera utrimque ab tergoque incursantes, fecerunt, ut neque animus ad pugnam, neque ad fugam spes cuiquam superesset.

29. Tunc Fabius, primo clamore paventium audito, dein conspecta procul turbata acie, 'Ita est,' inquit, 'non celerius, quam timui, deprehendit[19] fortuna temeritatem.[n] Fabio æquatus imperio Hannibalem et virtute et fortuna superiorem videt. Sed aliud jurgandi succensendique tempus erit. Nunc signa extra vallum proferte. Victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris civibus.' Jam magna ex parte cæsis aliis, aliis[20] circumspectantibus fugam, Fabiana se acies repente, velut cœlo demissa, ad auxilium ostendit. Itaque, prius quam ad conjectum teli veniret, aut manum consereret, et suos a fuga effusa, et ab nimis feroci pugna[t] hostes continuit. Qui solutis ordinibus vage dissipati erant, undique confugerunt ad integram aciem; qui plures simul terga dederant, conversi in hostem volventesque orbem,[s] nunc sensim referre pedem, nunc con-

[n] *Inconsiderantiam Minucii intercepit casus, et in fraudem induxit.*

19 'Mallem vel negationem delere, vel transpositis vocibus legere: *non celerius timui, quam deprehendit, &c.*' Stroth. 'Nihil mutandum. Recte, inquit Fabius, judicavi, *non celerius, quam timueram*, h. e. tam celeriter, quam timueram, *deprehendit fortuna temeritatem*, h. e. temeritas præcipitavit Minucium in infortunium.' *Doering.*—20 Prius *aliis* abest a plerisque Mss. prob.

NOTÆ

dens tumulum] Sumitur *succedendi* verbum pro subire, ex loco inferiori accedere: sed magis cum dandi casu, ut apud Cæsarem libro II. Belli Gallici, 'testudine facta portis succedunt:' accusativo autem raro jungitur: est tamen apud Ciceronem in Orat. pro domo sua: 'Is tectum, quod imbris vitandi causa succederet, nullum habebat:' nisi legendum, *quo imbris vitandi causa succederet.*

[r] *Recta pugna esset*] Si absque insidiis Pœni pugnassent. Gallice, *de bonne guerre.*

[s] *Volventesque orbem*] Gall. *Et faisant un demi-tour à droite ou à gauche,*

globati restare. Ac jam prope una acies facta erat victi atque integri exercitus, inferebantque signa in hostem; cum Pœnus receptui cecinit, palam ferente Hannibale, ab se Minucium, se a Fabio victum. Ita per variam fortunam diei majore parte exacta, cum in castra reditum esset; Minucius, convocatis militibus, 'Sæpe ego,' inquit, 'audivi, milites, eum primum esse virum,[t] qui ipse consulat, quid in rem sit; secundum eum, qui bene monenti obediat: qui nec ipse consulere, nec alteri parere sciat, eum extremi ingenii esse. Nobis quoniam prima animi ingeniique negata sors est, secundam ac mediam teneamus: et, dum imperare discimus, parere prudenti in animum inducamus. Castra cum Fabio jungamus: ad prætorium ejus signa cum tulerimus, ubi ego eum parentem appellavero, quod beneficio ejus erga nos ac majestate ejus[2] dignum est; vos, milites, eos, quorum vos modo arma dexteræque texerunt, patronos salutabitis, et, si nihil aliud, gratorum certe nobis animorum gloriam dies hæc dederit.'

30. Signo dato, conclamatur inde, ut colligantur vasa. Profecti et agmine incedentes ad dictatoris castra in admirationem et ipsum, et omnes, qui circa erant, converterunt. Ut constituta sunt ante tribunal signa,[o] progressus ante alios magister equitum, cum patrem Fabium appellasset, circumfusosque militum ejus totum agmen patronos consalutasset,[p] 'Parentibus,' inquit, 'meis, dictator, (quibus

[o] *Postquam signa militaria exercitus Minuciani ante prætorium et tribunal Fabii posita fuere.*

[p] *Universus Minucii exercitus milites Fabii circa prætorium conglobatos compellasset patronorum nomine.*

Jac. Gronov.—1 *A feroci pugna,* omisso *nimis,* Edd. ante Gronov.—2 'Alterum *ejus* post *majestate* forsan ejiciendum; et deinde leg. *ut, si nihil aliud* cet. Illud jam monuit Gron. hoc Bauer.' *Rupert.*

NOTÆ

les uns se retiroient en bon ordre, les autres en se ralliant pour faire front à l'ennemi, &c.

[t] *Eum primum esse virum*] Sententiæ hujus auctor Hesiodus ab Aristotele laudatus. Noti sunt versus: οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει, κ. τ. λ. quorum sententiam Cic. imitatus est in Orat. pro Cluent. 'Sapientissimum esse dicunt eum,

te modo nomine, quo fando possum,[q] æquavi,) vitam tantum debeo: tibi cum meam salutem, tum omnium horum. Itaque plebeiscitum, quo oneratus magis, quam honoratus, sum, primus antiquo abrogoque: et, quod tibi mihique, quod exercitibusque his tuis,[3] servato ac conservatori,[u] sit felix, sub imperium auspiciumque tuum redeo, et signa hæc legionesque restituo. Tu, quæso, placatus me magisterium equitum, hos ordines suos quemque tenere jubeas.'[4 x] Tum dextræ interjunctæ,[y] militesque, concione dimissa, a notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati: lætusque dies ex admodum tristi paulo ante ac prope execrabili[z] factus. Romæ, ut est perlata fama rei gestæ, dein literis non magis ipsorum imperatorum, quam vulgo[5] militum ex utroque exercitu affirmata, pro se quisque Maximum laudibus ad cœlum ferre. Par gloria apud Hannibalem hos-

[q] *Quantum verbis licet.*

3 '*Quod exercitibusque his tuis;* al. *meo exercitui tuoque.* Illud modestius et ambitiosius; Gron. Sed forte leg. *quodque exercitibus his tuis;* Duk. aut ex pluribus codd. *quod exercitibus* vel *et quod exercitibus his tuis;* Drak.' *Rupert.* —4 Olim legebatur: *me magistrum equitum hos ordinibus suis quemque teneri*

NOTÆ

cui, quod opus sit ipsi, veniat in mentem; proxime accedere illum qui alterius bene inventis obtemperat,' &c.

[u] *Exercitibusque his tuis, servato ac conservatori*] Sic Puteani codex, blandius simul et modestius, quam ut vulgo legitur, *quod meo exercitui tuoque, conservato ac conservatori, sit felix.*

[x] *Me magisterium equitum, hos ordines suos quemque tenere jubeas*] Sic scriptum in codice Palatino apud Gronov. melius sane quam quod in vulgatis, *me magistrum equitum hos ordinibus suis, &c.* Poscit enim Minucius, ut placatus Fabius omnia in pristinum statum restitui patiatur, ut tum ipse Minucius magistri equitum titulo fruatur ac contentus sit, et reliqui duces legati, tribuni, centuriones in suis ordinibus retineantur, quamvis ex disciplinæ severitate exauctorandi propter contumaciam viderentur, aut ad inferiorem locum reducendi, quemadmodum a L. Quintio Capitolino factum erat liberato L. Minucio consule, lib. III. et quemadmodum ex Appii Claudii sententia in eos actum fuerat, qui a Pyrrho capti et remissi fuerant.

[y] *Dextræ interjunctæ*] Dixit *interjunctas,* pro invicem, sive mutuo junctis. Aliter Martialis *interjungere* usurpavit pro disjungere: 'et hora lassos Interjungit equos meridiana.'

[z] *Ac prope execrabili*] Atri enim et nefasti erant dies, quibus ingens clades accepta, qualis Minucio imminebat sine Fabii ope.

tesque Pœnos erat: ac tum demum sentire, cum Romanis atque in Italia bellum esse.[7] Nam biennio ante adeo et duces Romanos et milites spreverant, ut vix cum eadem gente bellum esse crederent, cujus terribilem eam famam a patribus accepissent. Hannibalem quoque ex acie redeuntem dixisse ferunt, ‘ tandem eam nubem, quæ sedere in jugis montium solita sit, cum procella imbrem dedisse.’[6]

31. Dum hæc geruntur in Italia, Cn. Servilius Geminus consul cum classe centum viginti[7] navium, circumvectus Sardiniæ et Corsicæ oram, et obsidibus utrimque acceptis, in Africam transmisit; et priusquam in continentem exscensiones faceret, Meninge[8] insula[a] vastata, et ab incolentibus Cercinam,[9][b] ne et ipsorum ureretur diripereturque ager, decem talentis argenti acceptis, ad littora Africæ accessit, copiasque exposuit. Inde ad populandum agrum ducti milites, navalesque socii juxta effusi, ac si insulis cultorum egentibus[10] prædarentur. Itaque in insidias temere illati,

[7] *Simili existimatione Fabius erat apud Pœnos: qui nunc tandem agnoscebant bellare se adversus Romanos, idque intra Italiam.*

jubeas. Vid. Not. Var.—5 Legendum monet J. F. Gronov. *vulgi.*—6 Olim legebatur *tandem eam nubem quæ sederet in jugis m. solicitatam pr. i. d.*

7 ‘ Numerum *centum viginti* ex Polybio addidit Lipsius et recentt. Editores. Vulgo in omnibus Mss. desideratur.’ *Stroth.*—8 ‘ *Menige* multi Mss. ut et Μοίνιξ pro Μήνιγξ ap. Polyb. I. 39. 2. et in cod. Coislin. ap. Ptol. IV. 3. 8. probb. Jac. Gron. et Drak. Cf. Casaub. ad Strab. l. II. p. 123. Jac. Gron. ad Mel. II. 7. Sed librarii haud dubie lineolam supra lit. *i* positam cum puncto confuderunt. Cf. Schweigh. ad Polyb. I. 45. 13.’ *Rupert.*—9 *Ab incolentibus circa eam* Edd. ante Grut. *Cercinam* ex conjectura Lipsii est.—10 Al. *ac si insulas*

NOTÆ

[a] *Meninge insula*] Clarissima insularum maris Africi est Meninx, ab Eratosthene Lotophagitis appellata, teste Plin. quod non procul esset a Lotophagis, continentis vicinæ populis, sic dictis ab Homero, in Odyssea, quod loti arboris baccas dulcissimi saporis pro cibo præcipuo haberent. Hi olim regionem incolebant, quæ post Tripolitana est dicta. Ipsa insula a dextro Syrtis minoris promontorio passibus ducentis sita, nunc *Gerbe* appellatur.

[b] *Incolentibus Cercinam*] Meninge major est Cercina insula ad lævum Syrtis promontorium, centum milliaribus ab illa distans, cum urbe ejusdem nominis, cui Carthaginem versus Cercinitis ponte jungebatur. Pertinet hodie ad regnum Tunetanum, vulgo *Cercare* nostris hominibus, Italis *Chercara.*

cum a frequentibus[11] palantes, ab locorum gnaris ignari circumvenirentur,[12] cum multa cæde ac fœda fuga retro ad naves compulsi sunt. Ad mille hominum, cum his Sempronio Blæso quæstore, amissum:[13] [c] classis a littoribus hostium plenis trepide soluta, in Siciliam cursum tenuit, traditaque Lilybæi T. Otacilio prætori,[14] ut ab legato ejus P. Sura Romam reduceretur. Ipse, per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam trajecit,[s] literis Q. Fabii[15] accitus et ipse, et collega ejus M. Atilius, ut exercitus[16] [d] ab se, exacta jam prope semestri imperio, acciperent. Omnium prope annales Fabium dictatorem adversus Hannibalem rem gessisse tradunt. Cœlius etiam eum primum a populo[17] creatum dictatorem scribit. Sed et Cœlium et ceteros fugit, uni consuli Cn. Servilio, qui tum procul in Gallia provincia aberat, jus fuisse dicendi dictatoris: quam moram quia expectare territa jam clade civitas non poterat, eo decursum esse, ut a populo crearetur, qui pro dictatore esset: res inde gestas gloriamque insignem ducis, et augentes titulum imaginis posteros,[18] [e] ut, qui pro dictatore, dictator diceretur,[19] facile obtinuisse.

[s] *Ipse consul Servilius non navibus, sed terrestri itinere per Siciliam profectus in Italiam, per fretum Siculum transiit, post classis curam Otacilio mandatam apud Lilybæum, &c.*

cultorum egentes.—11 Al. *a sequentibus.*—12 Olim legebatur *et locorum ignari circumvenirentur.*—13 '*Ad mille hominum, cum his Sempr. Blæso quæstore* sc. *amisso* vel *existente*, (illud intelligit Stroth. hoc Gron. et Drak.) *amissum:* sed potius del. *his*, Doujat. et Doering. Pro *his* forte leg. *Ti.* vel *Tib.*' Rupert. —14 Al. *traditaque Lilybæi tota Atilio prætori.*—15 *Literisque Fabii* Edd. ante Crev.—16 *Exercitum* Edd. ante Crev.—17 Al. *Cœlius etiam eum a populo.*—18 Al. *et augendæ titulum imaginis posteris.*—19 'In multis Mss. legitur *crederetur.*

NOTÆ

[c] *Cum his Sempronio Blæso quæstore, amissum*] Vulgo legitur *amisso:* optimi tamen apud Gronov. libri scribunt *amissum*, ut referatur ad *mille hominum;* (quod perinde dicitur ac *mille homines amissi;*) sed tamen illud *amisso* sic potest accipi ut intelligatur, cum quæstor una cum aliis esset amissus. Facilior adhuc locus, si, deleto pronomine *his*, legamus *cum Sempr. Blæso quæstore amissum.*

[d] *Ut exercitus* [*exercitum*] Melius *exercitus.* Erant enim exercitus duo, Fabii alter, alter Minucii, quos Fabius dictator regebat.

[e] *Et augentes titulum imaginis pos-*

32. Consules, Atilius[20] Fabiano, Geminus Servilius[†] Minuciano exercitu accepto, hybernaculis mature communitis, (extremum[1] autumni erat,)[f] Fabii artibus cum summa inter se concordia bellum gesserunt. Frumentatum exeunti Hannibali diversis locis opportuni aderant,[g] carpentes agmen, palatosque[2] excipientes. In casum universæ dimicationis, quam omnibus artibus petebat hostis, non veniebant. Adeoque inopia est coactus Hannibal,[t3] ut, nisi tum fugæ speciem abeundo timuisset, Galliam repetiturus fuerit, nulla relicta spe alendi exercitus in eis locis, si insequentes consules eisdem artibus bellum gererent. Cum ad Geronium jam hyeme impediente[4] constitisset bellum,[u] Neapolitani legati[h] Romam venere. Ab iis quadraginta pateræ aureæ magni ponderis in curiam illatæ, atque ita

[t] *Hannibal omnium rerum penuria ita laboravit, &c.*

[u] *Cum exercitibus, circa Geronium considentibus, actus bellici cessarent, hyeme eos impediente.*

Ut dictator pro dictatore vel *prodictatore diceretur* Edd. ante Drak. sed *qui* in omnibus fere Mss. extat. *Ut prodictatore* (nomin. casu) vel *pro prodictatore dictator crederetur* conj. Gron.' *Rupert.* Vid. Not. Var.

20 *M. Atilius* Gronov. Doujat. Crevier. *M. Atilius Regulus, Cn. Servilius Geminus exercitu accepto* Edd. vett.—1 Pro *extremum* in plerisque Mss. *tum:* unde *medium* conj. J. F. Gronov. *tum enim autumni erat tempus* Edd. ante Drak.—2 Olim legebatur *opportune aderant carpentes agmen palantesque.*—3 ' Forte leg. *adque id inopiæ est redactus.* Drak. conj. *ad idque inopiæ est coactus.* Scheller in Lex. *adeoque ad inopiam est c.* Schæfer *adeoque inopiæ;* et Burm. ad Lucan. VII. 406. *eoque inopiæ.*' Rupert. Tentabat J. F. Gronov. *et ad id inopiæ est redactus Hannibal.*—4 Al. *ad Gerionem hyeme impendente.*—

NOTÆ

teros] Vulgo *et augendæ titulum imaginis posteris;* sensus satis planus est. Vult enim Q. Fabium Maximum dictatorem revera non fuisse, atque a populo non dictatorem creatum fuisse, sed quasi dictatorem, sive prodictatore: nihilominus tamen invaluisse postea ut dictator fuisse crederetur, partim ob res præclare gestas, partim quod posteri ejus, in honorem ipsius familiæque suæ, imagini ejusdem titulum dictatoris adjecissent.

† A. U. C. 537.

[f] *Extremum autumni erat* [*tum enim autumni erat tempus*] Facile Gronovii scripturam admiserim, *medium autumni erat tempus.*

[g] *Diversis locis opportuni aderant*] Vulgo *opportune*, nihil variante sensu, id est, tempore: Gall. *à point nomme*, prout Romanorum commodum exigebat. Ceterum Hannibali et Pœnis valde importune et incommode.

[h] *Neapolitani legati*] De Campaniæ felicis urbe Neapoli, quæ nunc regni caput, dictum lib. VIII. cap. 22. ubi et de Palæpoli.

verba facta, ut dicerent: ‘Scire se,[5] Romani populi ærarium bello exhauriri: et, cum[6] juxta pro urbibus agrisque sociorum, ac pro capite atque arce Italiæ, urbe Romana atque imperio geratur, æquum censuisse Neapolitanos, quod auri sibi cum ad templorum ornatum,[7] tum ad subsidium fortunæ a majoribus relictum foret, eo juvare populum Romanum. Si quam opem[8] in sese crederent, eodem studio fuisse oblaturos. Gratum sibi Patres Romanos populumque facturum, si omnes res Neapolitanorum suas duxissent; dignosque judicaverint, ab quibus donum, animo ac voluntate[i] eorum, qui libentes darent, quam re, majus ampliusque, acciperent.’ Legatis gratiæ actæ pro munificentia curaque. Patera, quæ ponderis minimi[k] fuit, accepta.

33. Per eosdem dies speculator Carthaginiensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus, præcisisque manibus dimissus: et servi quinque et viginti in crucem acti, quod in campo Martio conjurassent. Indici data libertas et æris gravis viginti millia.[l] Legati et ad Philippum[m] Macedonum regem missi ad deposcendum Demetrium

5 Al. *se.*—6 Pro *et cum* malebat J. F. Gronov. *id cum*, et pro *geratur*, *cernatur*. —7 Al. *ad ipsorum ornatum.*—8 ‘Dukerus non immerito suspicabatur, *si quam aliam.* Sin minus, *opem* peculiariter de armorum ope intelligamus necesse est.’ *Stroth.*

NOTÆ

[i] *Ab quibus donum, animo ac voluntate*] Muneribus præcipuum haud dubie pretium ab affectu offerentium. Porro non illibenter ego illud *libentes* deleverim; satis enim res indicatur si dicas, *donum voluntate eorum, qui darent, quam re majus ampliusque acciperent.*

[k] *Patera, quæ ponderis minimi*] Magnitudini animi, an arrogantiæ, an prudentiæ potius in dissimulandis incommodis, ascribenda sit hæc Romanorum modestia, in Neapolitanorum munere fere omnino, quemadmodum in auro Pæstanorum postea omnino repudiando, ut videbimus cap. 36. haud satis apud me statuo. Illud certe constat, eos hoc tempore summa rerum omnium inopia laborasse.

[l] *Et æris gravis viginti millia*] Hoc tempore asses a libra ad unciam saltem redacti, ita ut videatur æs grave per hæc tempora nullum in pecunia numerata fuisse: potuit tamen infecti æris hoc pondere conjurationis servilis index donari, cujus pretium hodie esset librarum 13500.

Viginti millia] Pondo, quia additur *æris gravis;* nam alioquin, his temporibus, asses cœperunt esse unciales. *J. Clericus.*

[m] *Ad Philippum*] Penultimus hic fuit Macedonum rex, Demetrii filius, et post Antigonum tutorem suum

Pharium,[n] qui, bello victus, ad eum fugisset; et alii in Ligures ad expostulandum, quod Pœnum opibus auxiliisque suis juvissent; simul ad visendum ex propinquo, quæ in Boiis atque Insubribus gererentur. Ad Pineum quoque regem[o] in Illyrios[9] legati missi ad stipendium, cujus dies exierat,[p] poscendum; aut, si diem proferre vellet, obsides accipiendos. Adeo, etsi bellum ingens in cervicibus erat,[q] nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua[10] quidem, effugiebat. In religionem etiam venit, ædem Concordiæ,[r] quam per seditionem militarem biennio ante[11] L. Manlius prætor in Gallia vovisset, locatam ad id tempus non esse. Itaque duumviri ad eam rem creati a M. Æmilio prætore[12] Urbis, Cn. Pupius et K. Quintius Flamininus, ædem in arce faciendam locaverunt. Ab eodem prætore ex senatus consulto literæ ad consules missæ, ut, si iis videretur, alter eorum ad consules creandos Romam veniret: se in eam diem, quam jussissent,[13] comitia edicturum. Ad hæc a consulibus rescriptum, 'Sine detrimento rei publicæ abscedi non posse ab hoste. Itaque per interregem comitia habenda esse potius, quam consulum

9 Al. *Illyricos*.—10 Conj. Ernest. *longinquæ*.—11 Conj. Rupert. *anno ante*.

NOTÆ

annos 42. regnavit.

n *Demetrium Pharium*] Cognomen hoc Pharii non a Pharo Ægypti ad Alexandriam exigua insula, sed ab insula maris Adriatici Dalmatiæ proxima, desumtum; quæ quidem insula, nunc *Lesina*, Venetis paret. Hunc Illyrici ex parte regem Romani fœdus violantem paulo ante hoc bellum Punicum II. per L. Æmilium devicerant, ac regno expulerant, teste Polybio; nunc exulem apud Philippum Macedonem sibi dedi petunt.

o *Pineum quoque regem*] Vide Polybium lib. III. videtur Teutæ successor, quæ Illyriorum ex parte regina, et cui subactæ impositum fuerat tributum.

p *Cujus dies exierat*] Gall. *Dont le terme étoit échu.*

q *Bellum ingens in cervicibus erat*] Hac loquendi figura significatur ingens atque urgens periculum: sic 'molem mali a cervicibus depellere,' et 'legiones in cervicibus collocare,' Cicero dixit.

r *Ædem Concordiæ*] Plures fuere in Capitolio aut circa illud ædes Concordiæ, quarum in una Senatus ut plurimum habebatur. Hæc in arce fuit, id est, ubi nunc Cœnobium Franciscanorum, cui nomen ab Ara Cœli.

alter a bello avocaretur.' Patribus rectius visum est, dictatorem a consule[14] dici[s] comitiorum habendorum causa. Dictus L. Veturius Philo, M'. Pomponium Mathonem magistrum equitum dixit. His vitio creatis, jussisque die quarto decimo se magistratu abdicare, ad interregnum res rediit.

34. Consulibus prorogatum in annum imperium.[t] Interreges proditi a Patribus C. Claudius, Ap. filius, Centho, inde P. Cornelius Asina. In ejus interregno comitia habita magno certamine Patrum ac plebis. C. Terentio Varroni,[u] quem, sui generis hominem,[15] plebei insectatione principum popularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabii opibus et dictatorio imperio concussis aliena invidia splendentem, vulgus et extrahere[16] ad consulatum nitebatur,[x] Patres summa ope obstabant, ne se insectando sibi æquari assuescerent homines.[y] Q. Bæbius Herennius[17][z] tribunus plebis, cognatus C. Terentii, criminando non senatum modo, sed etiam augures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere, per invidiam eorum favorem candidato suo conciliabat. ' Ab hominibus nobilibus, per multos annos bellum quærentibus, Hannibalem in Italiam adductum:[18]

[x] *Conabatur evehere, atque attollere ad dignitatem consularem, quasi extractum e plebe.*

[y] *Ne homines plebeii consuescerent æquare se patribus per eorum insectationem.*

—12 Al. *ab Æmilio prætore.*—13 Al. *qua jussissent.*—14 Conj. Rupert. *a consulibus.*

15 Al. *C. Terentium Varronem sui generis hominem.*—16 *Etiam* Edd. ante Drak.—17 ' *Vibus Terentius* conj. Sigon. et Pigh. quia cognatus C. Terentii

NOTÆ

[s] *Dictatorem a consule dici*] Vides a consule absente dictatorem ex Senatusconsulto dictum; neque eam in rem necessaria fuisse comitia.

[t] *Consulibus prorogatum in annum imperium*] Non consulare, sed proconsulare.

[u] *C. Terentio Varroni*] Alias, *C. Terentium Varronem:* quæ lectio sana haberi potest, si subsequens relativum, *quem*, dematur: alioqui melius in dandi casu *C. Terentio Varroni*, ut referatur ad sequentia *patres summa ope obstabant.*

[x] *Q. Bæbius Herennius*] Ita legit Gronov. ex optimis codicibus, (in quibus et Colb.) insuper habita conjectura Sigonii, qui suspicatur, *ne Bibus Terentius* legendum sit. Herennii vero cognomen Bæbiis atque

ab iisdem, cum debellari possit, fraude id bellum trahi. Cum quatuor militum[19] legionibus[y] universis pugnari posse apparuisse eo, quod M. Minucius, absente Fabio, prospere pugnasset; duas legiones hosti ad cædem objectas, deinde ex ipsa cæde ereptas, ut pater patronusque appellaretur, qui prius vincere prohibuisset Romanos, quam vinci. Consules deinde Fabianis artibus, cum debellare possent, bellum traxisse. Id fœdus inter omnes nobiles ictum: nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeium, id est, hominem novum, fecissent. Nam plebeios nobiles jam eisdem initiatos esse sacris,[z] et contemnere plebem, ex quo contemni desierint a Patribus, cœpisse. Cui non id apparere,[20] id actum et quæsitum esse, ut interregnum iniretur, ut in Patrum potestate comitia essent?[a] Id consules ambos ad exercitum morando quæsisse: id postea, quia invitis iis dictator esset dictus comitiorum causa, expugnatum esse,[b] ut vitiosus dictator

fuerit.' *Rupert.*—18 Al. *abductum.*—19 '*Militum.* Hanc vocem tanquam otiosam delendam censet Crevierius: sed usus loquendi sæpe fert ejus modi abundantiam; sic v. c. eadem abundantia c. 37. 'classis navium' dicitur.' *Doering.* Olim legebatur *Cum quatuor . . . apparuisset, ac eo.*—20 '*Cui non id apparet.* Quidam *appareret:* sed optimus et Pet. *apparere.* Videtur dedisse

NOTÆ

Octaviis attributum legitur.

[y] *Cum quatuor militum legionibus*] His intelligendis repetenda quæ supra cap. 24. 27. et duobus seqq. hujus libri.

[z] *Plebeios nobiles jam eisdem initiatos esse sacris*] Eos intelligit qui ex origine plebeia, per curules magistratus nobilitatem adepti, eundem cum veteribus patriciis animum in plebem induerant, idemque cum illis sentiebant: quo sensu Rhodiginus interpretatur hæc verba, *jam eisdem initiatos sacris:* quanquam verum quoque est auguratum, pontificatum, aliaque sacerdotia hoc tempore penes plebeios non minus quam penes patricios fuisse.

[a] *Ut in Patrum potestate comitia essent*] Quid ita comitia consulum creandorum magis in manu et potestate Senatus erant, cum per dictatorem, quam cum per interregem habebantur? At tam dictator quam interreges ex Senatorum numero dicerentur. An quod dictator a consule solo diceretur, interreges a toto Senatu? an quod si suspectus incidisset dictator, amoveri ante semestre non poterat? si in interrege peccatum esset, facile corrigi error poterat, post quintum diem prodito de more interrege alio?

[b] *Expugnatum esse*] Sumitur *expugnare* hoc loco pro extorquere, obtinere. Gall. *on avoit gagné cela.*

per augures fieret.[z] Habere igitur interregnum eos. Consulatum, unum certe, plebis Romanæ esse: populum[1] liberum habiturum,[c] ac daturum ei, qui magis vere vincere, quam diu imperare, malit.'[2]

35. Cum his orationibus accensa plebs esset, tribus patriciis petentibus, P. Cornelio Merenda, L. Manlio Vulsone,[3] M. Æmilio Lepido, duobus nobilibus jam, familiarum plebei,[4][d] C. Atilio Serrano et Q. Ælio Pæto, quorum alter pontifex, alter augur erat, C. Terentius consul unus creatur, ut in manu ejus essent comitia rogando collegæ.[a] Tum experta nobilitas, parum fuisse virium in competitori-

[z] *Summa contentione effectum a Senatoribus ut augures renuntiarent L. Veturium vitio creatum fuisse dictatorem.*

[a] *Ut ei permitteretur potestas habendorum comitiorum, quibus populus alium consulem crearet ipsi futurum collegam.*

Livius: *cui non apparere, id actum et quæsitum esse.'* J. F. Gronov.—1 'Gron. ante *populum* inserere malebat *et:* sed Stroth. delere *τὸ esse*, vel cum Palat. sec. legere: *consulatum unum certe plebis Romanæ etiam populum* cet. quod sic melius sibi invicem respondeant membra.' *Rupert.*—2 '*Qui vere vincere, quam diu imperare malit.* Ita Mss. Dele ergo *magis.*' Henricus Valesius. Al. *qui magis vincere.*

3 *Volsone* Edd. ante Drak.—4 Olim legebatur *duobus nobilibus, jam famili-*

NOTÆ

[c] *Populum liberum habiturum*] Significat oportere ut plebs consulatum, qui ex duobus unus plebeiis pateret ac deberetur, (cum duos patricios creare jam non liceret,) libere ac pro arbitrio deferat cui voluerit. Quod igitur *populum* ait *consulatum liberum habiturum*, idem est ac, fore ut populus libere utatur consulatu: eodem sensu quo dicitur, 'liberas ædes habere;' vel, 'liberum habere dicendi campum.'

[d] *Duobus nobilibus jam, familiarum plebei*] Sic scribit Gronov. ex Puteani et Petavii libris, quibus consentit Colbertinus. Freinshemius ad Tacitum mallet *duobus nobilium jam familiarum plebeis:* quod mihi non displicet. Utraque harum lectionum hanc habet sententiam: petitum esse consulatum a tribus patriciis ex prisca nobilitate; et duobus qui nunc quidem nobiles essent per honores a majoribus gestos, sed quorum origo de plebe. Huc pertinet illud P. Decii Muris lib. x. cap. 7. 'Jam ne nobilitatis quidem suæ plebeios pœnitere. Tot gestis magistratibus,' &c. Sed quamvis nobiles cum posteris fierent hi plebeii, non idcirco patricii erant, nisi in ordinem patriciorum allecti essent. Sic Pompeius consulari patre, equestri tamen familia erat: et Augustus equitibus, quos in Senatum legebat, potestatem faciebat eligendi an patricii essent, an in suo pristino ordine manerent.

bus, L. Æmilium Paullum, qui cum M. Livio [d] consul fuerat, et damnatione collegæ et sua prope [6] ambustus evaserat,[b] infestum plebei, diu ac multum recusantem, ad petitionem compellit. Is proximo [7] comitiali die,[c] concedentibus omnibus, qui cum Varrone certaverant, par magis [8] in adversandum, quam collega, datur consuli.[d] Inde prætoria comitia habita. Creati M'. Pomponius Matho et P. Furius Philus. Romæ juri dicundo [9] urbana sors Pomponio,[e] inter cives Romanos [10] et peregrinos P. Furio Philo evenit. Additi duo prætores,[f] M. Claudius Marcellus in Siciliam, L. Postumius Albinus in Galliam. Omnes absentes creati sunt; nec cuiquam eorum, præter Terentium consulem, mandatus [11] honos, quem jam non antea gessisset, præteritis aliquot fortibus ac strenuis viris; quia in tali tempore nulli novus [12] magistratus videbatur mandandus.

36. Exercitus quoque multiplicati sunt. Quantæ autem peditum equitumque additæ sint copiæ,[13] adeo et numero et genere copiarum variant auctores, ut vix quicquam satis

[b] *Pari cum Livio damnatione prope involutus, et velut fulmine quodam contactus.*
[c] *Primo die quo postea comitia haberi potuere.*
[d] *Non tam ut collega esset Varronis, quam ut ei opponeretur tanquam adversarius par et idoneus qui ei obsisteret.*

aribus plebi. Vid. inf. et Not. Var.—5 Al. *M. Lælio.*—6 Post *prope* vulg. comma ponitur.—7 Vet. lib. apud Sigon. *ita is proximo.*—8 Al. *parque magis.* Schottus *compar* e scripto laudat.—9 'In Mss. *juri d.* In Edd. antt. *juris dicundi;* et Gron. malebat, *jure dicundo,* ut XLII. 28. et ap. Suet. Cæs. VII. pr. Sed his quoque locis *juri* potius legendum crediderim.' *Rupert.*—10 Vox *Romanos* a quibusdam libris abest, prob. Pigh. et Ern.—11 *Erat mandatus* Edd. ante Crev.—12 Al. *nullus novus;* al. *nullus novis:* Put. *nullis novos.*

NOTÆ

[d] *Cum M. Livio*] Is Salinator cognominatus, post consulatum cum L. Paullo gestum, damnatus a populo fuerat, quod prædam militibus æqualiter non divisisset, auctore Frontino lib. IV. Strategem.

[e] *Urbana sors Pomponio*] Hoc igitur tempore duo jam Romæ prætores jus dicebant, Urbanus inter cives; Peregrinus, tum inter peregrinos, tum inter cives et peregrinos; cujusmodi erant exteri, seu advenæ, qui Romæ degebant, nec habebant jus civitatis Romanæ.

[f] *Additi duo prætores*] Sub hæc quoque tempora instituti prætores provinciales, alter Siciliæ, alter Galliæ Cisalpinæ.

certum[14] affirmare ausim. Decem millia novorum militum alii scripta in supplementum;[g] alii novas quatuor legiones,[h] ut octo legionibus[15] rem gererent: numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum[i] et centenis[16] equitibus in singulas adjectis; ut quina millia peditum, treceni equites essent; socii duplicem numerum equitum[17] darent, pedites æquarent. Septem et octoginta millia[k] armatorum et ducentos in castris Romanis, cum pugnatum ad Cannas est, quidam auctores sunt. Illud haudquaquam discrepat, majore conatu atque impetu rem actam, quam prioribus annis; quia spem, posse vinci hostem, dictator præbuerat. Ceterum, priusquam signa ab Urbe novæ legiones moverent, decemviri libros adire atque inspicere jussi propter territos vulgo homines novis prodigiis. Nam, et Romæ in Aventino et Ariciæ, nuntiatum erat, sub idem tempus lapidibus pluisse: et multo cruore signa in Sabinis Cereris, aquas e fonte calidas manasse.[18] [l] Id quidem etiam, quod sæpius acci-

13 Vocem *copiæ* ignorat Voss.—14 'Forte *certi:* et paulo ante del. *copiarum.*' Rupert.—15 Olim legebatur, *quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus.*—16 'Pro *centenis* forte leg. *centum* ob voc. *singulas.*' Rupert.—17 '*Triplicem numerum equitum* h. l. omnino legendum esse putat Matthiæ l. l. *pediti æquarent* sc. numerum Mss. Cantabr. et Put. prob. Jac. Gron. *peditum* conj. Salmas.' *Rupert.*—18 'Pro vulg. *in Sabinis cædis, aquas e*

NOTÆ

[g] *In supplementum*] Gall. *pour servir de receues.*

[h] *Novas quatuor legiones*] Inter lectiones varias, hæc, quam suggerit ex scriptis Gronovius, ceteris præstat. Neque enim stare potest vulgata, quæ habet, *quatuor legiones quinque legionibus additas, ut novem legionibus rem gererent.* Veteres quippe legiones quatuor tantum fuerant, non quinque, ut Sigonius probat ex eo quod in divisione exercitus, quæ cap. 27. sub finem instituitur inter Fabium et Minucium, duæ tantum utrique assignantur. Nec plurium quam quatuor meminit c. 34. Herennius tribunus pl. Et vero Polyb. octo legionibus nunc rem gestam a Romanis narrat, non novem.

[i] *Millibus peditum*] Itaque quadratæ legioni nunc additi mille pedites et centum equites, auctore Polybio, quem hic sequitur, et propemodum Latine interpretatur Livius.

[k] *Septem et octoginta millia*] Polybius peditum myriades octo numerat: equites paulo plures sex millibus. Apud Plutarchum, myriades sunt novem omnino, demtis millibus duobus: id est, octoginta et octo armatorum millia in universum.

[l] *Et multo cruore signa in Sabinis Cereris, [cædis,] aquas e fonte manasse*] Non illibenter pro *cædis aquas* scrip

derat,[m] magis terrebat. Et in via[19] Fornicata, quæ ad Campum[n] erat, aliquot homines de cœlo tacti exanimatique fuerant. Ea prodigia ex libris procurata. Legati a Pæsto[o] pateras aureas Romam attulerunt. Iis, sicut Neapolitanis, gratiæ actæ: aurum non acceptum.

37. Per eosdem dies ab Hierone[p] classis Ostiam[20] cum magno commeatu[1] accessit. Legati Syracusani[2] in senatum introducti nuntiarunt: 'Cædem C. Flaminii consulis exercitusque allatam adeo ægre tulisse regem[3] Hieronem, ut nulla sua propria regnique sui clade moveri magis potuerit. Itaque, quanquam probe sciat, magnitudinem populi Romani admirabiliorem prope adversis rebus, quam secundis, esse; tamen se omnia, quibus a bonis fidelibus-

fonte calidas manasse Stroth. dedit: *Cæretes aquas e fonte c. m.* e conj. J. Fr. Gron. coll. XXII. 1. 14. 'Cæretes aquas sanguine mixtas fluxisse.' Sed aquæ Cæretanæ natura fuere *calidæ*, (v. Strab. v. 2. 3. p. 220.) et *calidæ* vix dici possunt pro sanguine mixtis. Nos recepimus emendat. Jac. Gron. qui docet, in fertilissima Sabinorum regione nullos Deos magis Cerere Bacchoque cultos, (cf. XLI. 28. et Strab. v. 3. 1. p. 228.) multasque aquas frigidas fuisse, v. c. Bandusiæ, (v. Intpp. Hor. Od. III. 13. 1. sq. 9. sq.) ad Cutilias s. Cotilias, (v. Strab. v. 3. 1. Suet. Vesp. XXIV. Vitruv. VIII. 3.) Albulas et Labanas. v. Strab. v. 3. 11. p. 238. *Cærites aquas e fonte cruentas m.* conj. Crev. *in Sabinis Cereris, aquas VII:* (nam in plerisque Mss. est *aquasque*) *e fonte calidas* vel *et fontes calidos m.* Drak. (Cf. de lacu septem aquis in Sabinis Cluver. Ital. Ant. II. 9. p. 682. *et multo cruore signa in Sabinis sudasse, aquasque e fonte candidas* (h. e. lactei coloris) *manasse* Wakef. ad Lucret. v. 1128. non male, nec sine auctoritate Mss.' *Rupert.*—19 *Et* (*id quidem . . . terrebat*) *in via* cet. conj. Perizon.

20 'Voss. *hostica.* Scribe ex Cantabr. *Ostia.*' Jac. Gronov.—1 Vet. lib. apud Sigon. *cum magno apparatu.*—2 Τὸ *Syracusani* ab Sigonio venit. Voss. Gud. eo carent.—3 'Vet. lib. *adeo affecisse regem*, quod probo: quia rectior oratio est: et quia sequitur: 'ut nulla sui propria, regnique sui clade mo-

NOTÆ

serim *Cærites aquas*, de quibus simile prodigium narratur c. 1. hujus libri, et sic multo cruore manasse intelligentur tam signa, sive statuæ in Sabinis, quam aquæ in oppido Tusciæ Cære.

m *Quod sæpius acciderat*] Ideo terror auctus, quia id sæpe hoc tempore acciderat.

n *In via Fornicata, quæ ad Campum*] Nempe Martium.

o *A Pæsto*] Hoc oppidum Lucaniæ maritimæ est, quod Græco nomine Posidoniam dixere; ejus ruinæ nomen adhuc retinent, vul. *Pesti*, in principatu citeriore.

p *Ab Hierone*] Syracusarum rex Hiero, qui per 50. annos Romanis fidissimum se exhibuit ab initio belli Punici primi, quo ipsorum fœdus amplexus est.

que sociis bella juvari soleant, misisse: quæ[4] ne accipere abnuant, magno opere[5] se Patres conscriptos orare. Jam omnium primum ominis causa Victoriam auream pondo trecentum viginti[q] afferre sese. Acciperent eam tenerentque, et haberent propriam et perpetuam. Advexisse etiam trecenta millia modium tritici, ducenta hordei, ne commeatus deessent: et, quantum præterea[r] opus esset, quo jussissent,[6] subvecturos. Milite atque equite scire, nisi Romano Latinique nominis, non uti populum Romanum: levium armorum[s] auxilia[7] etiam externa vidisse in castris Romanis. Itaque misisse mille sagittariorum[8] ac funditorum, aptam manum adversus Baliares ac Mauros, pugnacesque alias missili telo gentes.'[t] Ad ea dona consilium quoque addebant, 'Ut prætor, cui provincia Sicilia evenisset, classem in Africam trajiceret; ut et hostes in terra sua bellum haberent, minusque laxamenti daretur iis ad auxilia Hannibali summittenda.'[m] Ab senatu ita responsum regi est: 'Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi Romani venerit, fidem coluisse, ac rem Romanam

veri magis potuerit.'' *Sigon.*—4 *Missa tamen a se omnia ... soleant; quæ* Edd. ante Gronov.—5 Al. *magnopere.*—6 Vet. lib. *opus esset, et quo j.*—7 'Ita pro vulg. *l. armatorum a.* ex emend. Gron. reposui h. l. et XLIII. 18. 2. Latinitas id postulat, idemque firmatur auctoritate edit. pr. XLII. 65. 5. et librorum Mss. inf. cap. 45. extr. XXV. 34. 4. et XXVII. 18. 3. Sic contra XLIV. 4. dicitur: 'qui gravium armorum erant.' Possis et legere *levis armaturæ auxilia.* Sed illud doctius est, et facilius ita ab indoctis hominibus corrumpi potuit.'

NOTÆ

[q] *Pondo trecentum viginti*] Aurum hoc Romanis ponderibus conficeret Francicas libras279600.non connumerata mercede artificis. Minoris ponderis hoc Victoriæ simulacrum facit Val. Max. lib. IV. c. 8. ait enim ab Hierone missa 'auri ducenta et quadraginta pondo,' eumque, non ignarum verecundiæ Romanorum, in habitum id Victoriæ formasse, ut eos, religione motos, munificentia sua uti cogeret: et voluntate mittendi prius, iterum providentia cavendi ne remitteretur, liberalem.

[r] *Quantum præterea*] Frumenti scilicet atque hordei.

[s] *Levium armorum* [*armatorum*] Aut *leviter armatorum* videtur scribendum, aut *levium armorum* ex Gronovii conjectura.

[t] *Pugnacesque alias missili telo gentes*] Hinc Baliarum nomen deducit ex Punica sive Syriaca lingua Bochardus.

omni tempore ac loco munifice adjuvisse. Id, perinde ac deberet, gratum[9] populo Romano esse. Aurum et a civitatibus quibusdam allatum, gratia rei accepta,[e] non accepisse populum Romanum. Victoriam omenque accipere; sedemque ei se Divæ dare, dicare Capitolium, templum Jovis Optimi Maximi. In ea arce urbis Romanæ sacratam, volentem propitiamque, firmam ac stabilem fore populo Romano.' Funditores sagittariique et frumentum traditum consulibus. Quinqueremes ad navium[10] classem, quæ cum T. Otacilio proprætore in Sicilia erant, quinque et viginti additæ, permissumque est, ut, si e re publica censeret esse, in Africam trajiceret.

38. Delectu perfecto, consules paucos morati dies, dum socii ab nomine Latino venirent. Milites tunc, quod nunquam antea factum erat, jure jurando ab tribunis militum adacti, jussu consulum conventuros, neque injussu abituros. Nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat;[u] et, ubi ad decuriatum[11] aut centuriatum convenissent,[f] sua

[e] *Populum Romanum aurum non recepisse a Neapolitanis et Pæstanis missum, cum tamen acceptum habuisset eorum officium, atque ob eam rem ipsis gratiam habuisset.*

[f] *Postquam convenerant, ut equites in decurias, pedites in centurias redigerentur.*

Rupert.—8 ' Cf. Sil. VIII. 613. ex quo suadente Ruben. Elect. II. 15. conjicere possis *ter mille* vel potius *tria millia*, nisi Silius licentia poëtica numerum auxisse censeri debet.' *Drak.*—9 Al. *pergratum.* Put. alii, *deberet gratum esse.*—10 Navium numerum excidisse putat J. F. Gron.

11 ' Ad h. l. hæsit Lips. Mil. Rom. I. 6. Ex sententia Schelii in diss. post Hygin. Gromat. c. 1. olim, cum milites conscriberentur, sacramento rogati dicebant, se jussu consulum conventuros cet. Cum postea convenirent, ut decuriarentur aut centuriarentur, sponte inter se conjurabant, sese fugæ et formidinis ergo non abituros cet. In utraque autem re mutationem hoc tempore factam existimat; atque non tantum priori sacramento, sed posteriori etiam conjurationi spontaneæ jus jurandum, in quod legitime milites a tribunis militum adigebantur, substitutum esse. Id si placet, huic pericopæ proxima verba, *nam ad eam diem nil præter sacramentum fuerat*, adjungenda, et ma-

NOTÆ

[u] *Nihil præter sacramentum fuerat*] Differt *sacramentum* a conjuratione; quod *sacramentum* sit, cum singuli jurejurando adiguntur, sine quo Romanis non licebat pugnare cum hostibus: *conjuratio* vero erat, cum ipsi inter se milites simul jurabant, quod antea voluntarium, nunc a tribunis legionum institutum ac redactum est ad necessitatem. Vide A. Gell. lib. XVI. et Sigon. lib. I. de Jure Antiq. civium Rom. c. 15.

voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant, sese fugæ atque formidinis ergo non abituros, neque ex ordine recessuros, nisi teli sumendi, aut petendi, et[12] aut hostis feriendi, aut civis servandi causa. Id ex voluntario inter ipsos fœdere a tribunis ad legitimam juris jurandi adactionem[13] translatum. Conciones, prius quam ab Urbe[14] signa moverentur, consulis Varronis multæ ac feroces fuere, denuntiantes, bellum arcessitum in Italiam ab nobilibus, mansurumque in visceribus rei publicæ, si plures Fabios imperatores haberet; se, quo die hostem vidisset, perfecturum.[15] [x] Collegæ ejus Paulli [y] una, pridie quam ex Urbe proficiscerentur, concio fuit verior, quam gratior populo, qua nihil inclementer in Varronem dictum, nisi id modo: 'Mirari se, quomodo quis dux,[16] [z] prius quam aut suum, aut hostium exercitum, locorum situm, naturam regionis nosset, jam nunc togatus[17] in Urbe sciret,[g]

[g] *Cum adhuc in urbe constitutus* (alias *togatus*) *sit, jam tamen cognosceret, &c.*

jori distinct. a seqq. separanda sunt. Sed post hæc tempora adhuc *sacramenti* militaris mentio fit XXV. 5. XXVIII. 27. et al. An igitur verba illa *jussu consulum conventuros neque injussu abituros* expungenda sunt, quæ certe ap. Frontin. Strat. IV. 1. 4. omittuntur? an potius transponenda hoc modo: *jure jurando ab tribunis mil. adacti: nam ad eam diem nihil præter sacramentum fuerat, jussu consulum conventuros neque injussu abituros. Et ubi ad decuriatum, &c.* Olim milites, quo tempore conscribebantur, sacramento dicebant, jussu consulum cet. cum vero decuriarentur aut centuriarentur, sponte *conjurabant, sese fugæ* cet. Voluntaria illa conjuratio nunc mutata est, ejusque loco milites legitime in eadem verba a tribunis mil. adacti sunt jure jurando. Ultima hæc emendatio etiam Crevierio in mentem venit.' *Drak.* Τὸ *ad* ante *decuriatum* delendum putant Duk. et Doering.—12 *Et* del. Gronov. Doujat. Crevier.—13 '*Ad tribunos et ad legitimam juris jurandi* (ad jus jurandum) *adactionem* quidam Mss. prob. Gron.' *Rupert.*—14 Al. *priusquam urbe.*—15 Vid. Not. inf. et Not. Var.—16 In Mss. *quod nequi dux*, unde J. F. Gronov. conj. *qui nunquam dux.*—17 'Pro vulg. *locatus* ex emend. Mureti, quam et alii probarunt,

NOTÆ

[x] *Quo die hostem vidisset, perfecturum*] Lipsius *conflicturum* legebat; Ascensius, quem vulgo alii secuti, *profligaturum*, nimirum hostem. Veteres et optimi codices *perfecturum:* quod referendum est ad *bellum*, quod a se uno die finiendum temere jactat hic Varro, cum alii plures in annos traxerint.

[y] *Collegæ ejus Paulli*] Hujus L. Æmilii Paulli consulis præclaras animi corporisque dotes describunt Plutarchus in ejus vita, et Valerius Maximus. Prudentiam Livius hac ipsius concione satis indicat.

[z] *Quomodo quis dux*] Legit ex libris Gronov. *quod ne qui dux*, et interpretatur, 'qui nunquam dux,' supple

quæ sibi agenda armato forent; et diem quoque prædicere posset, qua cum hoste signis collatis esset dimicaturus. Se, quæ consilia magis res dent hominibus,[a] quam homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. Optare, ut, quæ caute atque consulte gesta essent, satis prospere evenirent. Temeritatem, præterquam quod stulta sit, infelicem etiam ad id locorum[h] fuisse.' Id sua sponte apparebat, tuta eum[18] celeribus consiliis præpositurum: et, quo id constantius perseveraret,[b] Q. Fabius Maximus sic eum proficiscentem allocutus fertur:

39. 'Si aut collegam (id quod mallem) tui similem, L. Æmili, haberes, aut tu collegæ tui similis esses, supervacanea esset oratio mea. Nam et duo boni consules, etiam me indicente,[19][c] omnia e re publica fide[20] vestra faceretis, et mali[i] nec mea verba auribus vestris, nec consilia animis acciperetis.[1] Nunc et collegam tuum et te talem virum intuenti mihi tecum omnis oratio est; quem video nequicquam et virum bonum et civem fore.[2] Si altera parte clau-

[h] *Ad hoc usque tempus.* [i] *Si ambo mali essetis.*

non dubitanter recepi *togatus*, cui *armatus* opponitur, ut passim.' *Rupert.*—18 Vulg. *eum* abest.

19 *Tacente* Edd. ante Gronov. Vid. Not. Var.—20 'Forte cum Drak. leg. *ac fide*, vel cum Periz. *fideque*. Desideratur sane copula, nisi *fide vestra* est, secundum fidem vestram.' *Bauer.*—1 Al. *reciperetis.*—2 'Auctore Stroth. post *fore*, non post *res publica*, majorem distinct. posui: etsi parum interest. *Clau-*

NOTÆ

fuerit, qualis Varro, qui nunquam exercitum duxerat.

[a] *Consilia magis res dent hominibus*] In bello sane consilia ex rebus ipsis capienda, locis nempe, temporibus, occasionibus: neque enim certi quid domi afferri potest.

[b] *Quo id constantius perseveraret*] In Colb. scriptum est, *quo in constantius perseveraret;* et vix dubito quin Auctor scripserit, *quo in id constantius perseveraret.* Verum ex duabus voculis *in* et *id* librariorum alii priorem, alii posteriorem omisere: etsi 'id perseverare' Cic. dixit, pro, in eo perseverare.

[c] *Etiam me indicente* [*tacente*] Rescribit audacter Gronovius *me indicente*, ducta conjectura ex Terentio in Adelphis, ubi, 'non me indicente hæc fiunt.' Sed nec astipulatorem habet codicem ullum, nec quicquid semel aut iterum ab auctore aliquo usurpatum fuerit, statim aliis auctoribus affingendum: cum præsertim negari non possit, rarissimam esse hanc loquendi formam, et vix aliud ejus exemplum occurrere.

dicet res publica, malis consiliis idem ac bonis juris et potestatis erit.[k] Erras enim, L. Paulle, si tibi minus certaminis cum C. Terentio, quam cum Hannibale, futurum censes. Nescio, an infestior hic adversarius, quam ille hostis, maneat. Cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es: et adversus[3] Hannibalem legionesque ejus tuis equitibus ac peditibus pugnandum tibi est: Varro dux tuis militibus te est oppugnaturus. Ominis etiam tibi causa absit C. Flaminii memoria.[l] Tamen ille consul demum, et in provincia, et ad exercitum, cœpit furere: hic, prius quam peteret consulatum, deinde in petendo consulatu;[4] nunc quoque consul, prius quam castra videat aut hostem, insanit.[5] Et, qui tantas jam nunc procellas, prælia atque acies jactando, inter togatos ciet, quid inter armatam juventutem censes facturum, et ubi extemplo verba res sequitur? Atqui si hic, quod facturum se denuntiat, extemplo pugnaverit; aut ego rem militarem, belli hoc genus, hostem hunc ignoro, aut nobilior alius Trasimeno locus nostris cladibus erit. Nec gloriandi tempus adversus unum[6] est;[d] et ego, contemnendo potius, quam appetendo, gloriam, modum excesserim. Sed ita res habet. Una ratio belli gerendi adversus Hannibalem est,

[k] *Qui mala consilia afferet Varro, par jus paremque potestatem habebit, ac tu, Paulle, bona afferens consilia.*

[l] *Nolim quidem tibi occurrere memoriam C. Flaminii, ne malo sit omini.*

det pro *claudicet* in Ms. Put. prob. Gron. quem vide sis.' *Rupert.*—3 *Adversum* Gronov. Doujat. Crevier.—4 '*Deinde in petendo consulatu.* Vox postrema estne additamentum interpretis?' *J. F. Gronov.*—5 Nescio unde solus Cantabr. *priusquam castra videat, et ad exercitum veniat aut hostem.* XXXVII. 45. 'priusquam castra regia, priusquam aciem videremus.'' *Jac. Gronov.*—6 'Pro *unum* forte cum Gron. leg. *hunc*, vel potius cum Burm. ad Quintil. Decl. 330. *vanum;* nisi malis *Varronem.* Pro *et ego* in plerisque libris minus apte

NOTÆ

[d] *Nec gloriandi tempus adversus unum est*] An adversus Flaminium, quod Gronovio videtur; an adversus Minucium, qui Fabii ope servatus fuit; an potius adversus ipsum Terentium Varronem? nisi velimus præpositionem, *adversum unum*, interpretari, erga te unum, ut paulo post: 'sed ne adversus te quidem,' id est, apud te; et initio c. 40. 'adversus ea,' pro, ad hæc.

qua ego gessi. Nec eventus modo hoc docet, (stultorum iste magister est,)[e] sed eadem ratio, quæ fuit, futuraque, donec res eædem manebunt, immutabilis est. In Italia bellum gerimus, in sede ac solo nostro. Omnia circa plena civium ac sociorum sunt. Armis, viris, equis, commeatibus juvant juvabuntque. Id jam fidei documentum in adversis rebus nostris dederunt. Meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit. Hannibal contra in aliena, in hostili est terra, inter omnia inimica infestaque, procul ab domo, procul[7] ab patria. Neque illi terra, neque mari est pax:[m] nullæ eum urbes accipiunt, nulla mœnia: nihil usquam sui videt: in diem rapto vivit. Partem vix tertiam exercitus ejus habet, quem Iberum[8] amnem trajecerit.[n] Plures fames, quam ferrum, absumsit: nec his paucis jam victus[9] suppeditat. Dubitas ergo, quin sedendo superaturi simus eum, qui senescat in dies? non commeatus, non supplementum,[10] non pecuniam habeat? Quam diu pro Geronii, castelli Apuliæ inopis, tanquam pro Carthaginis mœnibus?[11] [f] Sed ne adversus te quidem ego gloriabor.[o]

[m] *Nihil habet pacatum sive terra (hostili undique solo Italiæ conclusus) sive etiam mari (quod a classibus Romanis obtinetur).*

[n] *Quem traduxit per Iberum flumen.*

[o] *Neque ego apud te gloriabor, quamvis soli simus, nec loquar de me solo.*

legitur *ut ego.*' Rupert.—7 Quidam Mss. alterum *procul* abigunt.—8 Al. *quo Iberum.*—9 Al. *victum.*—10 ' Duo vocabula *non supplementum* operarum vitio desiderantur in Drak. quod vitium servatum a celeb. Ernestio nollem.' *Stroth.* —11 ' Fieri quidem potuit, ut absumeretur verbum *sedit* a sequente *sed,* sed commode etiam ex superioribus intelligi potest. Immo forsan est aposiopesis, quod Gronovius putabat, ut Fabius modestiæ ergo reticuerit: *ego eum tenui.* In multis vett. Edd. post *mœnibus* additur *pugnatum est,* quod etiam in

NOTÆ

[e] *Stultorum iste magister est*] Respicit ad proverbium, ' malo accepto stultus sapit,' quod ex Hesiodo est.

[f] *Tanquam pro Carthaginis mœnibus* [*pugnatum est*] Testatur Laurentius Valla postrema illa, *pugnatum est,* a Petrarcha esse addita. Ipse mutat in *sedet,* ut sit *quamdiu pro Geronii Castelli Apuliæ inopis tanquam pro Carthaginis mœnibus sedet,* nempe Hannibal. Gronov. in antiquioribus nihil simile inveniri affirmat, et suspensa oratione usum ait Fabium in ejus rei mentione, quæ ad ipsius laudem proprie pertineret, vultque modesto hoc silentio intelligi *eum tenui,* seu *maceravi.*

Cn. Servilius atque Atilius,[12] proximi consules, vide, quemadmodum eum ludificati sint. Hæc una salutis est via, L. Paulle, quam difficilem infestamque cives tibi[13] magis,[g] quam hostes, facient. Idem enim tui, quod hostium milites, volent;[h] idem Varro, consul Romanus, quod Hannibal, Pœnus imperator, cupiet. Duobus ducibus unus resistas, oportet: resistes autem, adversus famam rumoresque hominum si satis firmus steteris: si te neque collegæ vana gloria, neque tua falsa infamia moverit. Veritatem laborare nimis sæpe, aiunt,[14] extingui nunquam.[i] Gloriam qui spreverit, veram habebit. Sine, timidum pro cauto, tardum pro considerato, imbellem pro perito belli vocent. Malo te sapiens hostis metuat, quam stulti cives laudent. Omnia audentem contemnet Hannibal; nil temere agentem metuet. Nec ego, ut nihil agatur, moneo;[15][k] sed ut agentem te ratio ducat, non fortuna: tuæ potestatis semper, tuaque omnia sunt. Armatus intentusque sis, neque occasioni tuæ desis, neque suam occasionem hosti des. Omnia non properanti clara certaque erunt. Festinatio improvida est et cæca.'

40. Adversus ea oratio consulis haud sane læta fuit,

nonnullis Mss. reperitur.' *Stroth.*—12 Vet. lib. apud Sigon. *atque M. Atilius.* Conj. J. F. Gronov. *et M. Atilius.*—13 '*Tibi* ex uno Ms. recepi cum Stroth. pro vulg. *sibi*, quod a vett. Edd. ante Aldum plane abest.' *Rupert.*—14 Olim legebatur, *A veritate laborare nimis jus sæpe aiunt.*—15 'A plerisque Mss. et omnibus Edd. antt. abest τὸ *moneo*, prob. Gron. modo pro *væ*, quod in Ms. Put. legitur post *fortuna*, reponatur *velim.*' Rupert.

NOTÆ

[g] *Cives tibi* [*sibi*] *magis*] Num potius *tibi magis*, Paulle?

[h] *Idem enim tui, quod hostium milites, volent.*] Nimirum *pugnare.*

[i] *Veritatem laborare nimis sæpe, aiunt, extingui nunquam*] Laurentius Valla pro *veritatem* legit *a veritate*, refertque ad superiora, *moverit a veritate, laborare nimis ejus.* Lectionem quam sequimur invexit Muretus ex conjectura, quæ postea scripto codice confirmata est. Sensus est verum esse quod dicitur, *veritatem nimis quidem sæpe laborare* seu vexari, *numquam tamen extingui* aut opprimi. Facit illud Hieronymi in Dialogo adversus Pelagianos: 'Veritas enim laborare potest, vinci non potest.'

[k] *Ut nihil agatur, moneo*] Τὸ *moneo* veteres non admittunt: sed antiquissimus sic habet, *nec ego ut nihil agatur; sed ut agentem te ratio ducat non fortuna velim.*

magis fatentis, ea, quæ diceret, vera, quam facilia factu, esse: 'Dictatori magistrum equitum[1] intolerabilem fuisse: quid consuli adversus collegam seditiosum ac temerarium virium[16] atque auctoritatis fore? Se populare incendium priore consulatu semiustum[m] effugisse: optare, ut omnia prospere evenirent. At, si quid adversi[17] caderet, hostium se telis potius, quam suffragiis iratorum civium, caput objecturum.' Ab hoc sermone profectum Paullum tradunt,[p] prosequentibus primoribus Patrum. Plebeium consulem sua plebes prosecuta, turba, quam dignitate, conspectior. Ut in castra venerunt, permixto novo exercitu ac vetere, castris bifariam factis, ut nova minora essent propius Hannibalem,[18] in veteribus major pars et omne robur virium esset; tum consulum anni prioris[19] [n] M. Atilium, ætatem excusantem, Romam miserunt; Geminum Servilium in minoribus castris legioni Romanæ et socium peditum equitumque duobus millibus præficiunt. Hannibal, quanquam parte dimidia auctas hostium copias cernebat, tamen adventu consulum mire gaudere. Non solum enim nihil ex raptis in diem commeatibus superabat, sed ne, unde raperet, quidem quicquam reliqui erat, omni undique frumento, postquam ager parum tutus erat, in urbes munitas[o] convecto, ut vix decem dierum (quod compertum postea

[p] *Post hoc colloquium Paullus ad exercitum profectus esse scribitur.*

16 Olim legebatur, *quid consilii a. c. s. ac temerarium virum.*—17 Malit Bauer. *adverse.*—18 Al. *propius Hannibali.*—19 Al. *tum anni prioris consulem.*—

NOTÆ

[1] *Magistrum equitum*] M. Minucium supra c. 27. et 28.

[m] *Priore consulatu semiustum*] Consulatus ille prior L. Æmilii Paulli cum M. Livio Salinatore confertur a Sigonio in ann. U. C. 534. *Semiustus* hic dicitur ut antea, ambustus, id est, prope damnatus plebis judicio, quod 'populare incendium' appellat.

[n] *Tum consulum anni prioris* [*Tum anni prioris consulem*] Mavult Gronovius, (quoniam quidam codices habent, *consultum anni prioris,*) scribi *tum consulum anni prioris.* Supple, alterum *M. Atilium,* ac deinde, alterum *Servilium,* sed Atilio anni prioris consule nominato, satis intelligitur ex prioribus collegam ejus in consulatu fuisse Servilium.

[o] *In urbes munitas*] Romanis addictas, infestasque Pœnis.

est) frumentum superesset, Hispanorumque ob inopiam transitio parata fuerit, si maturitas temporum [20] expectata foret.

41. Ceterum temeritati consulis ac præpropero ingenio materiam etiam fortuna dedit: quod in prohibendis prædatoribus tumultuario prælio, ac procursu magis militum, quam ex præparato aut jussu imperatorum, orto, haudquaquam par Pœnis dimicatio fuit.[q] Ad mille et septingenti [1] cæsi, non plus centum Romanorum sociorumque occisis. Ceterum victoribus effuse sequentibus metu insidiarum obstitit Paullus consul; cujus eo die (nam alternis imperitabant) imperium erat, Varrone indignante ac vociferante, emissum hostem e manibus; debellarique, ni cessatum foret, potuisse. Hannibal id damnum haud ægerrime pati:[r] quin potius credere, velut inescatam temeritatem ferocioris consulis ac novorum maxime militum esse. Et omnia ei hostium, haud secus quam sua, nota erant: dissimiles discordesque imperitare, duas prope partes tironum militum in exercitu esse. Itaque, locum et tempus insidiis aptum se habere ratus, nocte proxima nihil præter arma ferentes secum milites ducens, castra plena omnis fortunæ publicæ privatæque relinquit;[s] transque proximos montes læva pedites instructos condit, dextra equites, impedimenta per convallem, medium [2] agmen, traducit,[p] ut diripiendis velut

[q] *Non æquo Marte pugnarunt Carthaginienses.*
[r] *Non multum ægre ferebat exiguum hoc detrimentum Hannibal.*
[s] *Referta omni rerum copia, et pecunia tum publica, tum privatorum.*

20 Vet. lib. apud Sigon. *temporis.*
1 *Septingentos* Edd. ante Drak.—2 ' *Per cornua in medium* Edd. ante Gro-

NOTÆ

[p] *Impedimenta per convallem, medium agmen, traducit*] Aliter vulgaris lectio, *impedimenta per cornua in medium agmen traducit;* quæ lectio formata ex veteri scriptura, *per cornuallem medium;* ut in Put. est. Sed cum horum nihil satis sanum videretur, Gronovius emendandum censet hunc locum, ita ut supra scriptum est, vultque, *impedimenta medium agmen* dic per appositionem sive epexegesin, id est, impedimenta quæ pro agmine medio erant. At mihi Colbertini codicis majoris scriptura, *impedimenta per cornuum medium agmina traducit*, satis probabitur, si unam literam mu-

desertis fuga dominorum castris occupatum impeditumque hostem opprimeret. Crebri relicti in castris ignes, ut fides fieret, dum ipse longius spatium fuga præciperet,[3] falsa imagine castrorum (sicut Fabium priore anno frustratus esset) tenere in locis[4] consules voluisse.

42. Ubi illuxit, subductæ primo stationes,[t] deinde propius adeuntibus insolitum silentium admirationem fecit. Jam satis comperta solitudine, in castris concursus fit ad prætoria consulum, nuntiantium fugam hostium[u] adeo trepidam, ut, tabernaculis stantibus, castra reliquerint: quoque fuga obscurior esset, crebros etiam relictos ignes. Clamor inde ortus, ut signa proferri juberent, ducerentque ad persequendos hostes, ac protinus castra diripienda. Et consul alter velut unus turbæ militaris erat. Paullus etiam atque etiam dicere, providendum præcavendumque esse. Postremo, cum aliter neque seditionem neque ducem seditionis sustinere posset,[x] Marium Statilium præfectum cum turma Lucana[q] exploratum mittit.[5] Qui, ubi adæquitavit portis, subsistere extra munimenta ceteris jussis, ipse cum duobus equitibus vallum intravit: speculatusque omnia cum cura renuntiat, insidias profecto esse: ignes in parte castrorum, quæ vergat in hos-

[t] *Amota e stationibus præsidia militum.*
[u] *Concurrunt ad utriusque consulis tabernacula, nuntiantes Pœnorum fugam.*
[x] *Cum nequiret seditiosos milites ducemque eorum Varronem morari ac sistere.*

nov. et plerique Mss. Sed est epexegesis aperta satis: *impedimenta per convallem traducit*, ita ut essent *medium agmen* inter pedites equitesque. Neque opus est transpositione quam Cl. Drakenborchius volebat.' *Stroth.*—3 Al. *præriperet.*—4 Conj. Jac. Gronov. *tenere iis locis.*

NOTÆ

temus, legamusque *per cornuum medium, agmine traducit.* Unde hæc exibit sententia: Hannibal relictis castris vicinos montes petens, peditatum instructum ad lævam, et trans montes collocavit, ne ab Romanis conspiceretur: ad dextram in planicie collocavit equitatum in duo cornua divisum: dein impedimenta per medium eorum cornuum, per spatium nempe inter cornua interjacens traduxit, *agmine;* id est, vel addito agmine armatorum, qui ea servarent; sive *agminatim* atque ordinate, *en bon ordre:* ut scilicet inter equites et pedites in tuto essent.

[q] *Cum turma Lucana*] Cum turma equitum sociorum ex Lucania.

tem, relictos: tabernacula aperta, et omnia cara in promtu relicta: argentum quibusdam locis temere per vias, velut objectum ad prædam, vidisse. Quæ ad deterrendos a cupiditate animos nuntiata erant, ea accenderunt; et, clamore orto a militibus, 'ni signum[6] detur, sine ducibus ituros,' haudquaquam dux defuit.[7] Nam extemplo Varro signum dedit proficiscendi. Paullus, cum ei sua sponte cunctanti pulli quoque auspicio non addixissent,[r] obnuntiari jam efferenti porta signa collegæ jussit.[y] Quod quanquam Varro ægre est passus, Flaminii † tamen recens casus, Claudiique consulis[s] primo Punico bello memorata navalis clades, religionem animo incussit. Dii prope ipsi eo die magis distulere, quam prohibuere, imminentem pestem Romanis. Nam forte ita evenit, ut, cum referri signa in castra jubenti consuli milites non parerent, servi duo, Formiani unus, alter Sidicini equitis, qui, Servilio atque Atilio consulibus, inter pabulatores excepti a Numidis fuerant, profugerent eo die ad dominos: qui deducti ad consules nuntiant,[8] omnem exercitum Hannibalis trans proximos montes sedere in insidiis. Horum opportunus adventus

y Jussit, per augurem vel pullarium, periculum ex adverso auspicio imminens significari Varroni, qui, signo profectionis dato, imperaverat, ut signa educerentur, quæ et jam per proximam castrorum portam exibant: quo scilicet Varro ab incepto desisteret.

5 Olim legebatur *M. Statilium cum turma Lucanorum exploratum misit.*—6 Al. *et clamore sublato a militibus, nisi signum.*—7 '*Haudquaquam dux defuit.* Vox media præcipue mihi suspecta est. Abest sane a Cantabr. abest quoque a Voss. et percommode subauditur, haudquaquam signum defuit, ex præ-

NOTÆ

r *Auspicio non addixissent*] Indicat pullos, qui auspiciorum causa ferebantur, ab offa porrecta abstinuisse: quod mali erat ominis.

† *Flaminii, &c.*] Vide libri hujus c. 4. *J. Clericus.*

s *Claudiique consulis*] Designatur Pub. vel potius Ap. Claudius Pulcher, qui pullos auspicales, cum non pascerentur, in mare jussit projici, ut biberent, quando comedere nollent: qua de re Valer. Max. lib. I. cap. 4. Unde Flor. lib. II. cap. 2. 'Eo consule populum Rom.' ait, 'non ab hostibus, sed a Diis ipsis superatum esse, quorum auspicia contemserat; ibi statim classe demersa ubi ille præcipitari pullos jusserat.'

Claudii consulis] Vide l. XIX. c. 21. in supplementis Freinshemianis. *J. Clericus.*

consules imperii potentes fecit, cum ambitio alterius suam primum apud eos prava indulgentia[9] majestatem solvisset.[z]

43. Hannibal, postquam motos magis inconsulte Romanos, quam ad ultimum temere evectos, vidit; nequicquam, detecta fraude,[10 t] in castra rediit. Ibi plures dies propter inopiam frumenti manere nequibat; novaque consilia in dies non apud milites solum, mixtos ex colluvione omnium gentium, sed etiam apud ipsum ducem, oriebantur. Nam cum initio fremitus, deinde aperta vociferatio fuisset exposcentium stipendium debitum, querentiumque annonam primo, postremo famem;[a] et mercenarios milites, maxime Hispani generis, de transitione cepisse consilium fama esset: ipse etiam interdum Hannibal de fuga in Galliam dicitur agitasse, ita ut, relicto peditatu omni, cum equitibus[11] se proriperet. Cum hæc consilia atque hic habitus animorum esset in castris, movere inde statuit, in calidiora atque eo maturiora messibus Apuliæ loca; simul ut, quo longius[12] ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent.[b] Profectus est nocte, ignibus similiter factis, tabernaculisque paucis in speciem relictis, ut insidiarum par priori metus contineret Romanos. Sed, per eundem Lucanum Statilium, omnibus ultra castra transque montes exploratis, cum relatum esset, visum procul hostium agmen; tum de insequendo eo consilia agitari cœpta.

[z] *Effecit ut consules, quorum alter ambitione atque prava indulgentia auctoritatem suam in milites amiserat, eis jam imperare possent, eosque haberent dicto audientes.*

[a] *Et conquerentium primo quidem de commeatus difficultate atque inopia, tandem etiam de fame.*

[b] *Ut qui mobilitate ingenii transire ad hostes vellent, difficilius possent ad eos transfugere.*

cedenti et sequenti.' *Jac. Gronov.*—8 *Denuntiant* Edd. ante Crevier.—9 Conj. Rupert. *apud accensos prava indulgentia.*

10 'Verba *detecta fraude* glossam redolent.' *Doering.*—11 *Cum equitatu*

NOTÆ

[t] *Nequicquam, detecta fraude*] Immo utiliter detecta fraus a Romanis fuerat. Sed vult, positis frustra insidiis, quæ detectæ fuerant, rediisse Hannibalem re infecta.

Cum utriusque consulis eadem, quæ semper ante, fuisset[13] sententia,[u] ceterum Varroni fere omnes, Paullo nemo, præter Servilium prioris anni consulem, assentiretur; majoris partis sententia ad nobilitandas clade Romana Cannas, urgente fato,[x] profecti sunt. Prope eum vicum Hannibal castra posuerat aversa a Vulturno vento,[y] qui campis torridis siccitate nubes pulveris vehit. Id cum ipsis castris percommodum fuit, tum salutare præcipue futurum erat, cum aciem dirigerent, ipsi aversi, terga tantum afflante vento, in occæcatum pulvere effuso[14] hostem pugnaturi.

44. Consules, satis exploratis itineribus, sequentes Pœnum, ut ventum ad Cannas est, ubi in conspectu[15] Pœnum habebant, bina castra communiunt, eodem ferme intervallo, quo ad Geronium, sicut ante,[16] copiis divisis. Aufidus amnis,[z] utrisque castris affluens, aditum aquatoribus ex sua cujusque opportunitate haud sine certamine dabat.[c] Ex minoribus tamen castris, quæ posita trans Aufidum[a] erant,

[c] *Ab aquam petentibus tam Romanis quam Pœnis adibatur, prout horum aut illorum castris propior erat fluvius, non tamen absque pugna.*

Edd. ante Gronov.—12 *Quod longius* optimi Mss.—13 'Pro *fuisset* malim *esset:* nam *fuisset* rectius ad *quæ* quam *esset* ad *eadem* suppletur.' *Doering.* Vet. lib. ap. Sigon. *cum utriusque consulis eadem esset, quæ semper ante fuisset sententia.*—14 *Offuso* Kreyssigius.

15 Mss. *ut in conspectu.*—16 'Verba *sicut ante* glossam sapiunt.' *Rupert.*—

NOTÆ

[u] *Cum utriusque consulis eadem, quæ semper ante, fuisset sententia*] Cum Paullus providendum ac præcavendum semper censeret, quemadmodum prius; Terentius autem Varro quoquomodo pugnandum esse, et insequendos hostes.

[x] *Cannas, urgente fato*] In Apulia Peucetia, quæ hodie *Terra di Bari*, Neapolitani regni provincia, Cannæ, vicus antea ignobilis, fuit, nomen adhuc in ruderibus servans; dicitur enim *Canne;* quinto milliari a Canusio, nec multo majori intervallo ab Adriatico mari.

[y] *Vulturno vento*] Hic ventus ab ortu hyberno flat, Eurum inter et Austrum; ex eo forte nomen trahens, quod impetu suo arenas volvat; et, ut Noster loquitur, nubes pulveris vehat: iis qui Oceanum navigant *Sud-sud est:* iis vero qui Mediterraneum, *Quart de Siroc vers le Midi.* Alias, *Marin ou Autan.*

[z] *Aufidus amnis*] Juxta Cannas fluens, hodie dicitur *L'Ofanto.*

[a] *Trans Aufidum*] Apparet itaque majora castra Romanorum citra flumen fuisse, id est, ad lævam amnis, et hostibus vicina magis.

liberius aquabantur Romani, quia ripa ulterior nullum habebat hostium præsidium. Hannibal spem nactus, locis natis ad equestrem pugnam,[b] qua parte virium invictus erat, facturos copiam pugnandi consules,[17] dirigit aciem, lacessitque Numidarum procursatione hostes. Inde rursus solicitari seditione militari ac discordia consulum Romana castra: cum Paullus Semproniique et Flaminii[c] temeritatem Varroni, Varro speciosum timidis ac segnibus ducibus exemplum Fabium[18] objiceret;[d] testareturque Deos hominesque hic, 'nullam penes se culpam esse, quod Hannibal jam velut usu[19] cepisset Italiam;[d] se constrictum a collega teneri; ferrum atque arma iratis et pugnare cupientibus adimi militibus;' ille, 'si quid projectis ac proditis ad inconsultam atque improvidam pugnam legionibus accideret, se omnis culpæ exsortem, omnis eventus[20] participem fore' diceret. 'Videret, ut, quibus lingua tam promta ac temeraria, æque in pugna[1] vigerent manus.'[e]

[d] *Objicienti Sempronii et Flaminii exemplum Paullo reponebat illud exemplum, nonnisi ignavis ducibus favere et causam non pugnandi probabilem præbere, qualis Fabius ipsius judicio.*

17 Olim legebatur, *loci ad equestrem pugnam ... facturus copiam pugnandi consulibus.*—18 *Fabii* Edd. ante Crevier.—19 *Suam* pro *usu* Edd. ante Gronov. —20 Al. *omnis tamen eventus.*—1 Olim, *ac temeraria esset, æque in pugnam.*

NOTÆ

[b] *Locis natis ad equestrem pugnam*] Planis scilicet; hæc enim aptiora ad equorum excursus.

[c] *Semproniique et Flaminii*] T. Sempronius, P. Scipionis collega, per insidias victus fuerat in Gallia Cisalpina, ut lib. XXI. cap. 55. et sequenti narratur: C. Flaminius in Etruria ad Trasimenum circumventus ab eodem, cap. 6. hujus libri.

[d] *Jam velut usu cepisset Italiam*] Sic egregie codex Puteani, Gronovio teste; melius quam quod vulgo legitur, *quod Hannibal jam vel suam cepisset Italiam.* Hoc sane minus elegans, quam *usucepisset*, quod est, ipso usu ac diuturna possessione acquisiisset, suamque fecisset. Nec est necesse *vel* mutari in *velut;* revera enim biennium jam effluxerat ex quo Hannibal in Italia superior erat: quod tempus ex lege duodecim tabularum ad res immobiles usucapiendas sufficiebat: illud autem *vel usucepisset* indicat, non tantum peragratam, sed etiam revera usucaptam Italiam, qui sensus res ad invidiam cunctantium augenti Varroni optime congruit.

[e] *In pugna* [*pugnam*] *vigerent manus*] Recte *in pugnam*, sive *ad pugnam:* alii habent *in pugna*, non multum diverso significatu.

45. Dum altercationibus magis, quam consiliis, tempus teritur; Hannibal ex acie, quam ad multum diei tenuerat instructam, cum in castra ceteras reciperet copias, Numidas ad invadendos ex minoribus castris Romanorum aquatores trans flumen mittit. Quam inconditam turbam cum vixdum in ripam egressi clamore ac tumultu fugassent, in stationem quoque pro vallo locatam atque ipsas prope portas evecti sunt.[f] Id vero indignum visum, ab tumultuario auxilio jam etiam castra Romana terreri: ut ea modo una causa, ne extemplo transirent flumen dirigerentque aciem, tenuerit Romanos, quod summa imperii eo die penes Paullum fuerit. Itaque Varro postero die, cui sors ejus diei imperii erat, nihil consulto collega, signum pugnæ proposuit,[2 g] instructasque copias flumen traduxit,[3 †] sequente Paullo; quia magis non probare, quam non adjuvare, consilium poterat. Transgressi flumen eas quoque, quas in castris minoribus habuerant, copias suis adjungunt: atque ita instructa acie, in dextro cornu[h] (id erat flumini propius) Romanos equites locant, deinde pedites:[4] lævum

2 Al. *signum proposuit.*—3 Olim legebatur, *instructisque copiis flumen transivit.*—4 '*Romanos equites locant, medios pedites,* vel *medii pedites* sc. erant, vel *medium pedites ... tenuerunt* suspicari possis cum J. F. Gronov.' *Rupert.* Vid.

NOTÆ

[f] *Pro vallo locatam atque ipsas prope portas evecti sunt*] Gall. *Ils donnèrent jusques aux corps-de-garde mis devant les retranchements, et presque jusques à la porte du petit camp des Romains.*

[g] *Signum pugnæ proposuit*] Id erat sagulum sive tunica coccinea supra ducis tentorium expansa, teste Plut. in Fab.

[†] *Flumen traduxit*] Uterque exercitus fluvium trajecit, quod commodior esset illic campus ad instruendam aciem. *J. Clericus.*

[h] *In dextro cornu*] Videtur Livius in duo tantum cornua totum Romanorum exercitum dividere. Apparet tamen, tum ex more militiæ Romanæ, tum ex Auctoris ipsius verbis, si recte interpretemur, ita divisum fuisse, ut præter cornua, in quibus equites utrimque locati, acies media pedites haberet, ad dextram quidem Romanos legionarios, ad sinistram vero sociales, qui dicuntur interiores equitibus suis fuisse in extremo lævo latere constitutis. Id ex Polybio confirmari potest, qui notat ordines densiores fuisse in subsidiis et extrema acie, quam in fronte, multiplicatis scilicet in altitudinem manipulis; hanc enim ejus sententiam esse cum interprete Polybii et Gronovio arbitror.

cornu extremi equites sociorum, intra pedites, ad medium juncti legionibus Romanis tenuerunt: jaculatores[i] cum ceteris[5] levium armorum auxiliis prima acies facta. Consules cornua tenuerunt; Terentius lævum, Æmilius dextrum. Gemino Servilio media pugna tuenda data.[k]

46. Hannibal luce prima, Baliaribus levique alia armatura præmissa, transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat. Gallos Hispanosque equites prope ripam lævo in cornu adversus Romanum equitatum: dextrum cornu Numidis equitibus datum, media acie[6] peditibus firmata; ita ut Afrorum utraque cornua essent,[l] interponerentur his medii Galli atque Hispani. Afros Romanam magna ex parte crederes aciem: ita armati erant, armis et ad Trebiam, ceterum magna ex parte ad Trasimenum captis.[e] Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ[m]

[e] *Aliquatenus in pugna ad Trebiam, sed maximam partem in pugna ad Trasimenum captis Romanorum cæsorum armis.*

Not. Var.—5 Ita ex emend. Drak. pro vulg. *tenuerunt jaculatores: ex ceteris.* J. F. Gronov. conj. *jaculatores et cetera l. a. auxilia.*

NOTÆ

[i] *Jaculatores*] Non ad hos referri præcedens verbum *tenuerunt* Gronovius vult, sed ad equites peditesque sociorum; nisi id ipsum verbum tanquam inutile resecari placet: ita ut scribamus, *jaculatores et cetera levium armorum auxilia prima acies facta:* vel *jaculatores cum ceteris levium armorum auxiliis.* Et sane Polybius leviorem armaturam ante omnes locatam memorat. Ego tamen nihil mutandum censeo, et *jaculatores* Romanos puto ex mente Livii junctos ad medium fuisse legionariis: ante illos vero in prima acie stetisse velites sociorum, quos nomine *ceterorum auxiliorum* intelligere oportet: ceteros autem vocat, quia equites et pedites sociorum ipsi quoque auxiliares erant. Neque adversatur Polybii descriptio. Potuit enim utraque levis armatura, tum Romana, tum socialis, ante alios ita constitui, ut hæc ab illa seorsim posita primam aciem, sive frontem, teneret. Neque vero novum in militia Romana cives levius armatos hastatis adjungi; immo in more id positum vidimus lib. VIII. cap. 8. Hoc forte novum, ideoque notandum fuit, si omnes Romani jaculatores in unum simul locum conjecti fuere.

[k] *Servilio media pugna tuenda data*] Parum usitata loquendi forma *pugnam tueri.* Num sufficiat scribi *media tuenda data,* ut *media* in plurali numero ac genere neutro dicantur: quemadmodum apud Polybium τὰ μέσα.

[l] *Afrorum utraque cornua essent*] Hic adhuc *cornua* pro partibus pedi-

INSTRUCTORUM AD PUGNAM CANNENSEM EXERCITUM DELINEATIO.



fere erant: dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi ac sine mucronibus: Hispano, punctim magis, quam cæsim, assueto petere hostem, brevitate habiles et cum mucronibus. Sane et alius habitus[7] gentium harum[n] tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat. Galli super umbilicum erant nudi:[o] Hispani linteis[p] prætextis purpura tunicis, candore miro fulgentibus, constiterant. Numerus omnium[q] peditum, qui tum steterunt in acie,

6 Vet. lib. apud Sigon. *media acies.*—7 'Ita ex emend. Gron. pro vulg. *ante ceteros habitus* cet. Hoc, quod Grutero debetur, in nullo Ms. extat; illud ex membranis, fœde h. l. corruptis, erutum.' *Rupert.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

tum, qui media in acie, non tamen in ea medii, sed interius Gallorum Hispanorumque agminibus divisi, equitatu exterius hinc inde protecti.

m *Scuta ejusdem formæ*] Oblonga Gallis tribuunt auctores. De Hispanis est quod dubitetur: nam breviora videntur fuisse. Et cetris usos potius Hispanos apparet, vel ex lib. XXI. cap. 27.

n *Et alius* [*ante alia*] *habitus gentium harum*] Ex veteribus libris, qui omnes hic corruptissimi, variæ ortæ sunt conjecturæ. In Put. legitur, *ante talius hannibatus gentium harum:* in Pet. *ante talias hannimatus.* In Flor. optimo, itemque in Colb. *ante taleus animatus.* Hinc natum in editis plerisque, *ante ceteros armati.* (*Is gentium harum habitus, tum magnitudine, &c.* Alibi *ante cetris armati,* aut *talis habitus gentium illarum.* Apud Vallam, *ante alia habitus,* sive *inter alia ipse habitus:* Lipsius malebat *ante alia ornatus,* quod mihi præ ceteris placet: si *ornatus* pro habitu ornato et inusitato dicatur. Minus tamen a Veterum scriptura distaret, *ante et alios armatus gentium harum.* Revera enim Hispani et Galli *ante alios* erant, *cuneo a reliqua prominentes acie,* ut statim Livius post Polybium notat. Et *armatus* substantive sumi potest, pro *armatura:* ut lib. XXXIII. cap. 3. 'et trecenti Apolloniatæ haud dispari armatu:' lib. XXXVII. cap. 40. 'Inde Neocretes mille, et eodem armatu Cares et Cilices mille et quingenti, et totidem Tralles, et tria millia cetratorum.'

o *Galli super umbilicum erant nudi*] Hoc et Polybius testatur: unde prodigam semper vitæ Gallicam gentem agnoscere est.

p *Hispani linteis*] Hoc quoque de illis testatur Polybius lib. III. qui ex patrio more *ornatos* ait λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις.

q *Numerus* [*Numerum*] *omnium*] Ex variis lectionibus hæc commodissima visa est Gronovio: quæ tamen longius abit a scriptis. Colb. cum plerisque sic habet: *Numerum omnium peditum equitumque in acie steterunt illum ferunt, videlicet quadraginta, decem millia equitum.* Sigon. vocem *illum,* quam mendosam putat, non insubtiliter vertit in *L. millia:* et locum ita emendat: *Numerum omnium, qui tum, peditum equitumve, in acie stetere, quinquaginta millia ferunt; videlicet quadraginta peditum millia, decem equi-*

millium fuit quadraginta, decem equitum.[8] Duces cornibus præerant: sinistro Hasdrubal, dextro Maharbal:[9 r] mediam aciem Hannibal ipse cum fratre Magone tenuit. Sol, seu de industria ita locatis, seu quod forte ita starent,[10 s] peropportune utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in septemtrionem versis. Ventus, (Vulturnum incolæ regionis vocant)[11] adversus Romanis[t] coortus,[12] multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit.

47. Clamore sublato, procursum ab auxiliis, et pugna levibus primum armis commissa: deinde equitum Gallorum Hispanorumque lævum cornu cum dextro Romano concurrit, minime equestris more pugnæ. Frontibus enim adversis concurrendum erat, quia, nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant in directum utrimque nitentes. Stantibus ac confertis postremo turba[13] equis, vir virum amplexus detrahebat equo. Pedestre magna jam ex parte certamen factum erat:[d] acrius tamen, quam diutius, pugnatum est; pulsique Romani equites terga vertunt. Sub equestris finem certaminis

[d] *Cum post primum concursum equi postremo velut immobiles starent, conferti equites ob nimiam turbam, singuli unum ex hostibus amplexi, eum equo deturbabant; unde fiebat ut plurimi equitum non ex equis, sed pedibus pugnarent.*

—8 Olim legebatur, *Numerum omnium, qui t. ped. equitumque in a. st. illum ferunt, videlicet quadraginta peditum millia, dec. e.*—9 *Sinistrum Hasdrubal, dextrum regebat Maharbal* Edd. ante Gronov.—10 *Seu forte ita stando* Edd. ante Gronov.—11 *Ventus, quem Vulturnum ... vocant* Edd. ante Crevier.—12 '*Adversus Romanos coortus.* Optimi, *adversis Romanis.* Ita lege: nisi mavis, *adversus Romanis.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

tum: quam summam copiarum Hannibalis Polybius scribit: ita ut Livius, quemadmodum de Romanis dixerat cap. 36. in universum affuisse septem et octoginta millia, sic de Pœnis dicat in genere; deinde vero distinguat numerum peditum ab equitum numero.

[r] *Dextro Maharbal*] Hannonem pro Maharbale nominat Polybius.

[s] *Seu quod forte ita starent*] Sic melius, vel *seu quod forte ita stetere.* Propius enim hæc absunt a codicibus Lips. et Colb. quam ut vulgo, *seu forte ita stando.*

[t] *Adversus Romanis*] Optimi libri *adversis Romanis,* quod idem est. Gall. *le vent leur donnant au visage.*

coorta est peditum pugna. Primo et viribus et animis pares constabant ordines Gallis Hispanisque: tandem Romani, diu ac sæpe connisi,[u] æqua fronte acieque[14] densa impulere hostium cuneum nimis tenuem, eoque parum validum, a cetera prominentem acie. Impulsis deinde ac trepide referentibus pedem insistere:[15] ac tenore uno per præceps pavore fugientium agmen[16] [x] in mediam primum aciem illati, postremo, nullo resistente, ad subsidia Afrorum pervenerunt; qui utrimque reductis alis[y] constiterant, media, qua Galli Hispanique steterant,[17] aliquantum prominente acie: qui cuneus ut pulsus æquavit frontem primum, deinde nitendo[18] etiam sinum in medio dedit.[e] Afri circa jam cornua fecerant; irruentibusque incaute in medium Romanis, circumdedere alas: mox, cornua extendendo, clausere[z] et ab tergo hostes. Hinc Romani, defuncti nequicquam prælio uno, omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, et[19] adversus Afros integram

[e] *Cum cuneus Gallorum et Hispanorum, qui primum a cetera prominebat acie, a Romanis fuisset loco pulsus ob nimiam tenuitatem, æquata primo est frons, quam Romani fugientibus insistentes ita impulerunt ut fieret in medio velut sinus.*

13 *Turbatis* Edd. ante Gronov. et plerique Mss.—14 *Diu, ac sæpe consilia agitabant, qua fronte acieque* Edd. ante Gronov. et plerique Mss.—15 *Institere* malebat J. F. Gronov.—16 Al. *agmine.*—17 Pro *steterant* in Edd. ante Drak. est *steterunt.*—18 Conj. Rupert. *cedendo.*—19 '*Et* pro vulg. *etiam* (quod modo præcessit et mox sequitur) ex optimis Mss. (a quibus etiam *τὸ integrum* abest) reposui: etsi plane delere malim.' *Rupert.*

NOTÆ

[u] *Diu ac sæpe connisi*] Correctio est Lipsii, quam Gruterus et Gronov. probant, nisi quod hic pro *obliqua fronte* legendum merito censet, *æqua fronte* ex Polybio, qui habet ἐπὶ εὐθείας. Alias legebatur, *diu ac sæpe consilio agitabant qua fronte, &c.*

[x] *Tenore uno per præceps pavore fugientium agmen*] Alias *agmine.* Sed recte emendatum *agmen*, ut sit per agmen fugientium, pavore præceps et inclinatum.

[y] *Qui utrimque reductis alis*] Alas intellige latera peditatus Afri in duas partes divisi, seu manipulos interiores, qua parte proximi peditibus Hispanis Gallisque; quæ alæ minus prominebant quam media acies reliqua.

[z] *Circumdedere alas: mox, cornua extendendo, clausere*] Alas adhuc interpretor ordines Afrorum hinc inde peditibus Gallis et Hispanis conjunctorum; cornua vero extremos eorundem hinc inde ordines, qui circa Romanos diducti ut eos involverent.

pugnam ineunt, non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

48. Jam et sinistro cornu Romanis,[20] ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum prælium erat, segne primo, et a Punica cœptum fraude. Quingenti ferme Numidæ, præter solita arma[1] telaque, gladios occultos sub loricis habentes, specie transfugarum cum ab suis, parmas post terga habentes, adequitassent, repente ex equis desiliunt; parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis, in mediam aciem accepti, ductique ad ultimos, considere ab tergo jubentur; ac, dum prælium ab omni parte conseritur,[f] quieti manserunt. Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum, arreptis scutis, quæ passim inter acervos cæsorum corporum strata erant, aversam adoriuntur Romanam aciem; tergaque ferientes ac poplites cædentes stragem ingentem, ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum, fecerunt. Cum alibi terror ac fuga,[a] alibi pertinax in mala jam spe[2] prælium[b] esset; Hasdrubal, qui ea parte præerat,[c] subductos ex media acie

[f] *Donec certamen undique iniretur.*

20 '*Jam et sinistro cornu Romanis* ex optimis Mss. revocavi pro vulg. *Jam et in s. c. Romano.*' Rupert.—1 '*Præter consueta arma* Edd. ante Gronov. *præterita arma* optimi Mss. unde *præter justa arma* edidit Gron. et *præter solita arma* Drak. ex emend. Heins. ad Vellei. II. 111. 2. et Periz.' *Rupert.*—2

NOTÆ

[a] *Cum alibi terror ac fuga*] In dextro, ni fallor, Romanorum cornu.

[b] *Alibi pertinax prælium*] In media scilicet acie Romanorum ubi pedites.

[c] *Hasdrubal, qui ea parte præerat*] Videtur Livius secum pugnare, qui cum Hasdrubalem sinistro cornui præfecerit, Numidas in dextro collocaverit, Gallos et Hispanos pedites in prominenti cuneo mediæ aciei; nunc tamen velut sui oblitus Hasdrubalem dicat in ea parte fuisse ubi sinistrum cornu Romanorum, quod sine dubio cornui dextro Pœnorum oppositum; adjiciatque ab eo subductos ex media acie Numidas, quos in dextro cornu locaverat; peditesque Hispanos et Gallos in media acie, in qua ab initio fuerant, Afris quasi de novo adjungat. Sigonius corrigit hoc loco, *qui læva parte præerat.* Et sane res ita erat ante prælium, sed non inde reliquis lux. Rem totam Gronovius ex Polybio sic explicare conatur, ut Hasdrubal cum Gallis et Hispanis equitibus Romanum equitatum in opposito sibi dextro cornu pugnantem fuderit ac fugaverit;

Numidas,[d] quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit: Hispanos et Gallos pedites, jam Afris[3] prope fessis, cæde magis quam pugna, adjungit.

49. Parte altera pugnæ Paullus,[e] quanquam primo statim prælio funda graviter ictus fuerat, tamen et occurrit sæpe cum confertis Hannibali, et aliquot locis prælium restituit, protegentibus eum equitibus Romanis; omissis postremo equis,[f] quia consulem et[4] ad regendum equum

---

' Magis Livianum fuerit *ut in mala j. spe.*' Bauer.—3 ' Gron. coll. cap. 46. et Polyb. III. 116. locum hunc ita emendat: *Hasdrubal, qua parte præerat, victor, lævum quoque Rom. cornu adortus pari fortuna, Numidas, quia segnis . . . mittit: Hispanos et Gallos equites jam Afris* cet. et Periz. *H. qui victor ad eam partem penetraverat, subductos ex acie Numidas* cet. Sigon. conj. *læva* pro *ea;* et Stroth. *qua parte* cum Gron. legit. At Bauer. putat Hasdrubalem nunc hic imperasse, nunc illic, ut intelligere liceat *qui tum ea parte præerat.*' Rupert.

4 ' Post *τὸ consulem* interponunt *τὸ et* meliores. Posses etiam: *Omissi*

NOTÆ

deinde cum eisdem Gallis et Hispanis equitibus advectus ad sinistrum cornu Romanorum, Numidas ibi segnius pugnantes excitaverit, ac profligato hoc etiam cornu, fugientes persequendos Numidis mandaverit; ipse autem cum Hispanis et Gallis profectus ad mediam aciem, conjunctusque cum Afris, reliquum prælium confecerit. Itaque *qui ea parte præerat* est, qui jam in eam partem delatus erat, ubi mediæ acies pugnabant.

Qui ea parte præerat] Atqui alteri cornui præfuit, huic vero Maharbal, ut liquet ex cap. 46. sed Polybius docet e lævo cornu, victis Romanis equitibus, se ad dextrum contulisse Hasdrubalem. Vide lib. III. cap. 116. *J. Clericus.*

[d] *Subductos ex media acie Numidas*] Alios a quingentis, qui specie transfugarum aversos postea Romanos in sinistro cornu adorti erant. Hic quippe de iis loquitur, quibus pugna cum adversis Romanis erat, eaque segnis, id est, minus acris. Quod autem Numidis equitibus dextrum cornu datum fuerat, nihil obstat quominus inter prælii ardorem in mediam aciem deferri potuerint: nam et Hispanos Gallosque pedites, qui Romanis antea cesserant, ab eodem Hasdrubale ad prælium reductos memorat Livius.

[e] *Parte altera pugnæ Paullus*] Recte *pugnæ:* alioqui Æmilius Paullus dextro cornui ante certamen præerat: jam vero Hannibali opponitur, qui mediam aciem cum fratre Magone tenuerat: sed omnia inter prælianduin miscentur: et videtur Hannibal mediæ illius aciei dextra parte Magoni commissa, cujus extrema Afri dextra lævaque occupabant, intermediis Gallis et Hispanis, sinistram partem rexisse dextræ Romanorum oppositum; atque ita propior fuisse Æmilio Paullo dextrum cornu Romanorum curanti, ut cum eo facile concurrere potuerit.

[f] *Omissis postremo equis*] Romani

vires deficiebant. Tum denuntianti cuidam, jussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Hannibalem ferunt: 'Quam mallem, vinctos mihi traderet!'[g] Equitum pedestre † prælium, quale jam haud dubia hostium victoria, fuit; cum victi mori in vestigio mallent, quam fugere; victores, morantibus victoriam irati, trucidarent, quos pellere non poterant. Pepulerunt tamen jam paucos superantes,[g] et labore[5] ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus tribunus militum, cum, prætervehens equo,[h] sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset: 'L. Æmili,' inquit, 'quem unum insontem culpæ[6] cladis hodiernæ[h] Dii respicere debent,[i] cape hunc equum. Dum et tibi virium aliquid superest, comes ego te tollere possum ac protegere. Ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris. Etiam sine hoc[7] lacrymarum satis luctusque est.' Ad ea consul: 'Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto; sed cave, frustra miserando exiguum tempus e manibus hostium evadendi absumas. Abi, nuntia publice Patribus, urbem Romanam[8] muniant ac prius, quam hostis victor

[g] *Paucos qui adhuc supererant.*
[h] *Cum equo vectus juxta Æmilium Paullum.*
[i] *Æquum est a Diis juvari, eisque curæ esse.*

postremo equi, quia et consulem ad regendum. Forte et melius, *renuntianti.*' J. F. Gronov.—5 Al. *superatos, et labore.*—6 'Potest ferri: si bene tamen Livium novi, scripsit *insontem culpa:* ut lib. IV. 'Mælium jure cæsum pronuntiavit, etiamsi regni crimine insons fuerit.'' *J. F. Gronov.*—7 Conj. J. F.

NOTÆ

equites, qui circa Æmilium Paullum ex equis primum pugnabant, postea ex equis desilierunt, iisque omissis pedites facti pugnarunt.

g *Quam mallem, vinctos mihi traderet*] Alias *victos:* sed apud Plutarchum, in Fabio, recte Hannibal ait, τοῦτο μᾶλλον ἠβουλόμην ἢ εἰ δεδέμενους παρέλαβον. Hoc malim, quam si *vinctos* accepissem.

† *Equitum pedestre, &c.*] Hoc est, equitum pedestre prælium tale fuit, quale jam haud dubia hostium victoria esse potuit. Ex breviloquentia obscurum fieri Livium non semel vidimus. *J. Clericus.*

h *Insontem culpæ cladis hodiernæ*] Conjicit Gronov. scripsisse Livium *insontem culpa*, eodem modo quo lib. IV. dixit 'Mælium jure cæsum, etiamsi regni crimine insons fuerit:' sic certe vitabitur concursus duplicis genitivi *culpæ cladis.*

adveniat, præsidiis firment; privatimque Q. Fabio, L. Æmilium præceptorum ejus memorem[9] et vixisse, et adhuc mori. Me[10] in hac strage militum meorum patere expirare, ne aut reus iterum[i] e consulatu sim, aut accusator collegæ existam,[11] ut alieno crimine innocentiam meam protegam.' Hæc exigentes[12] prius turba fugientium civium, deinde hostes, oppressere:[k] consulem, ignorantes quis esset, obruere telis: Lentulum inter tumultum[13] abripuit equus. Tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in majora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt: qui extemplo a Carthalone atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt. Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium insertus[14] agmini,[k] cum septuaginta fere equitibus[15][l] Venusiam perfugit.[16][m] Quadraginta quinque[17]

[k] *Dum Lentulus tribunus et consul Æmilius hæc inter se mutuo dissererent, hisque sermonibus occuparentur: oppressi sunt, &c.*

Gronov. *sine hac.*—8 *Romam* Edd. ante Drak.—9 *Extitisse* addunt Edd. ante Gronov.—10 *Tu me* Edd. ante Crevier.—11 Olim legebatur *ut reus interream causaque consulatus accusator collegæ existam.*—12 '*Hæc exigentem.* Cum legeretur *Hæc exagentis*, Valla emendavit, *exigentem.* Malim ego, *exequentem*, quo verbo utitur sæpe Livius.' *Sigon.*—13 *In tumulum* Edd. ante Gronov.—14 '*Insertus*, quod etiam Bauero placuisse video, reposui pro vulg. *infestus*, quod ineptum est: *infertus* conj. Perizon. *immistus* Gron. (quod recepit Stroth.) et *ingestus* Burm.' *Rupert.*—15 Olim legebatur *cum quinquaginta ferme equitibus.*—16 *Profugit* Edd. ante Crevier.—17 '*Quinque* post *quadra-*

NOTÆ

[i] *Ne aut reus iterum*] Legebatur vulgo, *ne ut reus interream, causaque consulatus accusator collegæ existam et alieno, &c.* Sed locum hunc deformatum et carentem sensu feliciter restituit Gronovius, quem vide IV. Observat. 20.

[k] *Nulli fugientium insertus agmini* [*nihil fugientium infestus agmini*] Tolerari potest vulgaris hæc scriptura, ut intelligatur Varro fugæ suorum sistendæ nihil adhibuisse diligentiæ, sive non adversatum esse agminibus fugientium. Quia tamen quidam codices e melioribus, pro *nihil* habent *nulli:* et vana sane videtur in tali tempore ducis ira, eo Gronovium conjectura ducit, ut velle videatur *nulli fugientium immistus agmini*, nulli scilicet ex tribus, quorum antea meminit, quorum scilicet aliud in minora, aliud in majora castra, aliud Cannas se receperat.

Infestus agmini] Forte *confisus*, aut tale quippiam. Certe infestus hic stare nequit. *J. Clericus.*

[l] *Cum septuaginta* [*quinquaginta*] *fere equitibus*] Polybius *septuaginta* nume-

millia peditum,[n] duo millia septingenti equites, et tanta[†] prope civium sociorumque pars,[l] [18] cæsi dicuntur: in his ambo [19] consulum quæstores[o] L. Atilius et L. Furius Bibaculus; unus et viginti tribuni[p] militum; consulares quidam prætoriique et ædilicii: inter eos Cn. Servilium[q]

[l] *Par pæne civium ac sociorum numerus: tantundem nempe civium, quantum sociorum.*

ginta inserui ex melioribus Mss. quia c. 59. et 60. *L. millia*, et XXV. 6. *plus L. millia* memorantur, et ita certe magis sibi constat Livius. Quæ loca nisi obstarent, pro *XLV. mill.* cum Stroth. suspicari possis *LXV. m.* quoniam Polyb. *LXX. m.* habet, et Livius modo dixerat, 19000. effugisse, supra vero c. 36. in castris Rom. 87200. fuisse. Ceterum 77000. interiisse scribit Dionys. II. p. 89. 45000. auctor Epist. Liv. 50000. Plut. Fab. p. 183. 44500. Eutrop. III. 10. et 44000. Oros. IV. 16.' *Rupert.*—18 'Conj. J. F. Gronov. *tanta p. c. quanta sociorum pars.* Possis et *æqua* pro *tanta.* Sed neutrum

NOTÆ

rat; quem etiam numerum habet Noster lib. XXV. cap. 6. in omnibus scriptis.

[m] *Venusiam perfugit* [*profugit*] Alias *perfugit.* Est autem Venusia Horatii poëtæ patria Apuliæ Peucetiæ oppidum inter Aufidum et fontes Bradani, vulgo *Venosa* principatus gentis Ludovisiæ, in Basilicata.

[n] *Quadraginta quinque millia* [*Quadraginta millia*] *peditum*] Quidam codices habent, *quadraginta quinque millia peditum,* Gronovio teste: idque videtur confirmari lib. XXV. ubi dicitur 'plus quinquaginta millia hominum cecidisse.' Dionysius Halic. lib. II. e sex millibus equitum non nisi trecentos ac septuaginta, ex octuaginta peditum millibus paulo plures quam tria millia superfuisse ait. Polybius lib. III. de equitibus eadem fere memorat, si recte intelligatur: ex pedestribus autem copiis circiter decem millia in potestatem hostium vivos pervenisse refert, vix tria millia fugisse; reliquos ad septuaginta millia occubuisse.

[†] *Tanta*] Sumitur hic pro æque magna, si locus sit sanus. *J. Clericus.*

[o] *In his ambo consulum quæstores*] Mavult Gronovius, ut esse ait in optimis libris, *in his alter consulum. Quæstores L. Atilius, &c.* Verum de uno illo consule hic cæso, Æmilio Paullo, jam fuerat dictum, ut non videatur iterum hic commemorandus.

[p] *Unus et viginti tribuni*] Antiquissimi libri proferunt *et viginti unudecem tr,* et videntur velle, inquit Gronov. 29. *tribuni militum*: cum librarius notas IX. perperam reddidisset *unusdecem.*

[q] *Inter eos Cn. Servilium*] Probanda videtur hæc Gronovii correctio præ ceteris scripturis, quarum mira varietas. Nec multum tamen differt Colbert. cod. ubi sic legitur: *Inter eos Cn. Servilius minimus et M. Minutius numerantur, qui magis. equitum priore anno aliquot diebus ante fuerat.* Acute insertum a Gr. nomen *consul,* ut sit *consul ante fuerat:* alioqui vacaret adverbium *ante,* cujus vis jam expressa esset per verba *priore anno,* si ad magisterium equitum referretur. Et fuerat hic Minucius consul ante sex annos cum P. Cornelio Asina.

Geminum[20] et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore anno, aliquot ante consul fuerat: octoginta præterea aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent, unde in senatum legi deberent, cum sua voluntate[r] milites in legionibus facti essent. Capta eo prælio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur.

50. Hæc est pugna Cannensis, Alliensi cladi[s] nobilitate par: ceterum ut illis, quæ post pugnam accidere, levior,[1] quia ab hoste cessatum[t] est, sic strage exercitus gravior fœdiorque. Fuga namque ad Alliam sicut[2] Urbem prodidit, ita exercitum servavit: ad Cannas fugientem consulem vix septuaginta secuti sunt: alterius morientis prope totus exercitus fuit.[3][u] Binis in castris[x] cum multitudo

probabile.' *Rupert.*—19 *Alter* Edd. ante Gronov.—20 *Geminum* deest in Edd. ante Crev. in Edd. ante Gronov. legitur: *Cn. Servilius et C. Minucius Numatius, qui mag. eq. pr. anno aliquot diebus ante fuerat.* Gronov. Doujat. Crevier. dant, *consul aliquot annis ante fuerat.*

1 *Hæc pugna Alliensi cladi nobilitate par, cetera utilis, quæ post pugnam accidere leviora* Edd. vett. *Hæc est pugna Cannensi clade nobilitata, par cetera Alliensi, utque hæc illa iis, quæ post pugnam accidere, levior* Mog. Froben. Francof. Grut. rell. ante Gronov.—2 *Fœdiorque fuit fuga. Namque ad Alliam fuga sicut* Edd. ante Gronov.—3 '*Alterius morientis prope totus exercitus fuit*, h. e. eum in moriendo, vel ejus moriendi consilium sequutus est; ita ut verbi *mori* vis ex partic. *morientis* repetatur ad verbum *fuit:* nam scripsit ita Livius, ut membra sibi aptius responderent, et passim *esse alicujus* dixit pro *sequi aliquem;* Str. Eodem fere modo Lipsius hæc verba interpretatus est: Æmilio morienti prope omnis exercitus commoritur. Contra *morientis esse* non Latine dici posse pro *commori* monet Gron. At Drak. et Crev. notant, *esse alicujus morientis* non per se quidem dici pro *alicui commori*, sed tamen pro, morienti favere, adhærere, sequi, imitari, comitari, et hoc pro, cum eo perire. Gronovius emend. *alterius mortem prope totus exercitus luit*, ut sensus

NOTÆ

[r] *Cum sua voluntate*] Non ideo in Senatum legi debebant, quod voluntarii militassent in legionibus; sed quia curules gesserant magistratus, eo tempore quo militiam sponte susceperant. Notum enim sententiæ in Senatu dicendæ jus habuisse non modo Senatores a censoribus lectos, sed et eos qui in magistratu essent, aut jam ante fuissent. Hi quippe, etiamsi in numerum Senatorum nondum allecti, sententiam non rogarentur, Senatorum tamen sententias assensu suo firmabant, seu verbis expresso, seu pedibus in eas irent.

[s] *Alliensi cladi*] De pugna ad Alliam amnem vide lib. v. cap. 6.

[t] *Quia ab hoste cessatum*] Hannibal Gallorum celeritatem non imitatus, Romam, ut illi, non cepit.

[u] *Alterius morientis prope totus exercitus fuit* [*fugit*] Lipsius emendabat *totus exercitus fuit*, quasi significaretur Paullo commortuum fuisse totum

semiermis sine ducibus esset, nuntium, qui in majoribus erant,[4] mittunt, ‘ dum prælio, deinde ex lætitia epulis fatigatos quies nocturna hostes premeret, ut ad se transirent: uno agmine Canusium abituros esse.’[5] Eam sententiam alii totam aspernari: ‘ Cur enim illos, qui se arcessant, ipsos non venire, cum æque conjungi possent? quia videlicet plena hostium omnia in medio essent; et aliorum, quam sua, corpora tanto periculo mallent objicere.’ Aliis non tam sententia displicere, quam animus deesse. P. Sempronius Tuditanus tribunus militum, ‘ Capi ergo mavultis,’ inquit, ‘ ab avarissimo et crudelissimo hoste, æstimarique capita vestra, et exquiri pretia ab interrogantibus, Romanus civis sis, an Latinus socius, ut ex tua contumelia et miseria alteri honos quæratur?[y] Non

sit, illos Paullum recta suadentem, prædicentem, deterrentem, et *unum insontem culpa cladis*, (v. cap. 49.) non audivisse, sed, Varroni vano credulos, traxisse in id periculum, quo simul perierint, adeoque mortem ejus, crimen suum, morte consimili luisse. Sic eadem fere exprimitur sententia. ‘Sed ineptum Lipsii acumen; Gronovianum vero poëticum plane, immo sophisticum aut nugatorium, falsum quoque videtur. Cur enim exercitus Rom. lueret mortem consulis? Quiane temere pugnassent? Nugæ. Forte innuit Livius, maximam cladem tulisse alterum exercitum vel cornu Æmilii, cum plures tamen ex altero, Varronis, cornu evaserint. Ne sic quidem placet, nec verum satis est. *Mortui* quoque, non *morientis*, scriberet. Quid, si *fugit* legerimus?’ Bauer. Hoc *fugit* in plerisque libris extat, sed non magis h. l. aptum est. Forte leg. *comes* pro *totus:* quo sensu passim *comes mortis* et *morientis* dicitur.’ *Rupert.*—4 *In maj. castris præerant* Edd. ante Gronov.—5 ‘In vett. libb. est, *uno agmine inde Canusium abiturus:* sic paulo post, *at-*

NOTÆ

exercitum: sed neque id verum, et *morientis esse* non est, simul cum aliquo mori. Gronov. legi vult, *alterius mortem prope totus exercitus luit:* id est, inquit, mortem ejus, crimen suum (cui scilicet causam temere contra ipsius monita commisso prælio præbuerant) morte consimili luerunt. Ingeniose: verum non minus audacter, nullo astipulante, aut huc ducente codice. Planior omnino scriptio vulgaris, quam Colb. lib. cum aliis pluribus servat. Cum enim duo essent consulum duorum exercitus, si seorsim agerent, et in hac pugna suo quisque cornui vel potius dimidiæ copiarum parti præesset, vult Livius, ut Saxonius eleganter observat, alterius consulis fugientis, Varronis nempe, exercitum pæne totum cæsum esse, alterius vero in prælio cæsi, nimirum Paulli, copias pæne universas fugisse.

[x] *Binis in castris*] Romanorum, minoribus scilicet, ac majoribus.

[y] *Alteri honos quæratur*] Hannibali scilicet victori.

tu:[z] si quidem L. Æmilii consulis, qui se bene mori, quam turpiter vivere, maluit, et tot fortissimorum virorum, qui circa eum cumulati jacent, cives estis.[6] Sed ante, quam opprimit lux, majoraque hostium agmina obsepiunt[7] iter, per hos, qui inordinati atque incompositi obstrepunt portis, erumpamus. Ferro atque audacia via fit, quamvis per confertos hostes. Cuneo quidem hoc laxum atque solutum agmen, ut si nihil obstet, transibimus.[k] Itaque ite mecum, qui et vosmet ipsos et rem publicam salvam vultis.' Hæc ubi dicta dedit, stringit gladium, cuneoque facto per medios vadit hostes, et cum in latus dextrum, quod patebat, Numidæ jacularentur, translatis in dextrum scutis,[8] in majora castra ad sexcentos[9] evaserunt;[a] atque inde protenus, alio magno agmine adjuncto, Canusium[b] incolumes perveniunt. Hæc apud victos magis impetu animorum, quem ingenium suum cuique aut fors dabat, quam ex consilio ipsorum, aut imperio cujusquam, agebantur.

51. Hannibali victori cum ceteri circumfusi gratularentur, suaderentque, ut, tanto perfunctus bello, diei quod reliquum esset noctisque insequentis quietem[10] et ipse

[k] *Perrumpemus tam facile ac si nullum agmen hostile obstaret.*

que inde protinus Canusium pervenerunt.' Sigon.—6 In Edd. ante Gronov. est: *Non vos quidem E. Æmilii . . . similes estis.*—7 Edd. ante Gronov. *opprimat lux, majoraque h. agm. obsepiant.*—8 Olim legebatur *translatis in dextram partem scutis.*—9 '*Ad sexcenti* leg. cum Jac. Gron. Deinde *protenus* scripsi pro *protinus*, (v. ad Juvenal. III. 140. XII. 102.) et *impetu animorum, quem* e quibusdam Mss. et omnibus antt. Edd. ante Gronov. restitui pro *i. a. quod*, etsi refrag. Gron. qui hoc relativum τὸ *hæc* respicere putat: *quod* sc. ex illis consiliis. Possis et *quos* legere: quod jam monuit Bauer.' *Rupert.*

NOTÆ

[z] *Non tu*] Est quasi allocutio singulorum: significatque, non quisquam vestrum. V. Gron. Observat. IV. 20.

[a] *Ad sexcentos evaserunt*] Periere igitur aut capti sunt 6400. Certe in minora castra confugerant septem hominum millia, c. 49.

[b] *Canusium*] Caput olim Apuliæ Peucetiæ habebatur Canusium juxta Aufidum, hodie *Canosa;* sed a Roberto Guiscardo Calabriæ Apuliæque principe ob defectionem incensa, et solo æquata, circa annum Christi 1050. Principatus titulo et episcopatu adhuc nobilis est in Regni Provincia Baritana.

sibi[11] sumeret, et fessis daret militibus; Maharbal, præfectus equitum,[c] minime cessandum ratus, 'Immo, ut, quid hac pugna sit actum, scias, die quinto,' inquit, 'victor[d] in Capitolio epulaberis.[12] Sequere! cum equite, ut prius venisse, quam venturum, sciant, præcedam.' Hannibali nimis læta res est visa,[e] majorque, quam ut eam statim capere animo posset.[13] Itaque, 'voluntatem se laudare Maharbalis,' ait: 'ad consilium pensandum temporis opus esse.'[14] Tum Maharbal, 'Non omnia nimirum eidem Dii dedere.[f] Vincere scis, Hannibal; victoria uti

10 Mallet Stroth. *ad quietem.*—11 Vett. libb. *et ipse sibimet.*—12 Olim legebatur *die quinta, inquit, in Capitolio epulaberis.* Legendum putat Sigon. *diequinti*, copulate pro adverbio.—13 'Turpiter corruptus hic locus in Edd. ante Gronov. legitur; nempe: *sequere cum equite, ut prius te venisse quam venturum sciant. Præcedant, Hannibal inquit, nuntii; læta res est, sed via major, quam ut eam statim capere animo possim.*' Stroth. Vid. Not. Var.—14 Al.

NOTÆ

[c] *Maharbal, præfectus equitum*] Plutarchus in Fabio *Barcham* appellat.

[d] *Die quinto, inquit, victor*] Tradunt Gellius et Macrobius *die quarto* et *quinto*, sive *quinta*, de præterito dici; *die quarti*, et *die quinti*, de futuro; notatque Sigonius, Cœlium et Catonem, cum de hac ipsa re agerent, ita locutos, a quibus Livius hæc mutuatus est. Cato in Originibus: 'Igitur dictatorem Carthaginiensium magister equitum monuit, mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolio tibi cœna cocta erit.' Cœlius Histor. lib. II. 'Si vis mihi equitatum dare, et ipse cum cetero exercitu me sequi, die quinti Romæ in Capitolio curabo ut tibi cœna cocta sit.' Ex quibus menda textus in vulgata lectione, et plerisque depravatis hoc loco libris, perspici et corrigi potuere, uti factum a Gronov. Ea sic habebat, *die quinta, inquit, victor in Capitolio epulaberis: sequere cum equite, ut prius te venisse quam venturum sciant. Præcedant, Hannibal inquit, nuntii: læta res est, sed via major quam ut eam statim capere animo possim.* Alias, *præcedant inimici lætales, et via major, &c.*

[e] *Hannibali nimis læta res est visa*] Hunc quoque locum egregie purgavit Gronovius, hæc verba historico tribuens, non Hannibali: neque enim in viam cadunt, quæ Cannas inter et Romam est, ut major Hannibali videatur, quam ut eam capere animo posset; is nimirum, qui ex Africa per Hispaniam et Galliam in Italiam intimam penetrasset. Sed nimis ei læta res visa est, id est, consilium Maharbalis plus æquo exultans, caute consideranti varias fortunæ vices et Romanorum virtutem: ita ut rem optandam potius, quam temere concipiendam et aggrediendam censuerit; itaque, ut loquitur Silius, 'nimium lætis excusat fidere rebus.'

[f] *Non omnia nimirum eidem Dii dedere*] Livium hanc sententiam ab Homero Iliad. accepisse annotarunt Erasm. et Victorius.

nescis.' Mora ejus diei satis creditur saluti fuisse Urbi atque imperio. Postero die ubi primum illuxit, ad spolia legenda fœdamque etiam hostibus spectandam stragem insistunt. Jacebant tot Romanorum millia, pedites passim equitesque, ut quem cuique fors aut pugna junxerat aut fuga. Assurgentes quidam ex strage media cruenti, quos stricta matutino frigore excitaverant vulnera,[l] ab hoste oppressi sunt. Quosdam et jacentes vivos succisis feminibus poplitibusque invenerunt, nudantes cervicem jugulumque, et reliquum sanguinem jubentes haurire.[15] Inventi sunt quidam mersis in effossam terram capitibus, quos[16] sibi ipsos fecisse foveas, obruentesque ora superjecta humo interclusisse[17] spiritum apparebat. Præcipue convertit omnes substratus Numida mortuo superincubanti[18] Romano vivus, naso auribusque laceratis; cum, manibus ad capiendum telum inutilibus, in rabiem ira versus,[19] laniando dentibus hostem expirasset.

52. Spoliis ad multum diei lectis, Hannibal ad minora ducit castra oppugnanda, et omnium primum, brachio objecto, flumine[20] eos excludit.[g] Ceterum ab omnibus, la-

[l] *Perstrictæ et exacerbatæ aura frigida matutina plagæ; seu vulnera quæ frigore recruduerant.*

tempus opus esse.—15 '*Sanguinem invitantes haurire.* Put. Petav. melior, *libentes.* Pet. alter, reg. Men. tres Pall. Voss. *libantes.* Scribe, *jubentes.*' J. F. Gronov.—16 *Quas* Elzev. Gronov. Doujat. Crevier.—17 Olim legebatur, *ora subjecta super humo injecta interclusisse.*—18 Al. *superincumbenti.* —19 '*In rabiem ira versus.* Non male. Put. tamen, *versas.* An, *versa?*' J. F. Gronov.

20 Olim legebatur, *brachio fluminis objecto.* Malit Sigon. *brachio flumini ob-*

NOTÆ

[g] *Brachio objecto, flumine eos excludit*] Legebatur, *brachio fluminis objecto:* sed cum non appareret unde sic excluderentur Romani, et optimi libri pro *fluminis* haberent *flumine,* Gronov. transpositis vocibus scripsit, *brachio objecto flumine eos excludit;* vel, *primum flumine, brachio objecto eos excludit.* Tentari tamen posset, num *brachium* hic non de aggere cuneato, sed de alveo fluminis cavata fossa deducto intelligi debeat; et excludi minora hæc castra dicantur, non tam a flumine, quam ab omni auxilii aut eruptionis spe. Utrumque enim insinuat Junius captivorum legatus c. 59. 'cum circumsessi,' inquit, 'ab exercitu victore, aqua arceremur, nec ulla jam per confertos hostes erumpendi spes esset.'

bore, vigiliis, vulneribus etiam fessis, maturior ipsius spe deditio est facta. Pacti, ut arma atque equos traderent, in capita Romana trecenis nummis quadrigatis,[h] in socios ducenis, in servos centenis, et ut, eo pretio persoluto, cum singulis abirent vestimentis,[1] in castra hostes acceperunt;[2] traditique in custodiam omnes sunt, seorsum[3] cives sociique. Dum ibi tempus teritur, interea cum ex majoribus castris, quibus satis virium aut animi fuit, ad quatuor millia hominum[i] et ducenti equites, alii agmine, alii palati[4] passim per agros, quod haud minus tutum erat, Canusium perfugissent, castra ipsa ab sauciis timidisque eadem conditione, qua altera, tradita hosti.[l] Præda ingens parta est: et, præter equos virosque, et si quid argenti,[5] (quod plurimum in phaleris equorum erat; nam ad vescendum facto perexiguo, utique militantes, utebantur;)[m] omnis cetera præda diripienda data est. Tum sepeliendi causa conferri in unum corpora suorum jussit. Ad octo millia fuisse dicuntur fortissimorum virorum.[k] Consulem quoque Roma-

[l] *Castra hæc majora Pœnis dedita fuere iisdem conditionibus, quibus minora.*
[m] *Etenim argenti fabrefacti ad mensarum usum haud multum Romani in castris habebant.*

jecto. Vid. Not. Var.—1 Transpositis verbis legendum putat Rupert. *pacti, ut arma atque equos traderent, et ut pretio persoluto, in capita Rom. trecenis . . . centenis, cum singulis abirent vestimentis.* Conj. J. F. Gronov. *pactos.*—2 Vett. libb. *receperunt.*—3 Put. *sunt secorum cives.* Voss. *sunt se eorum.* Edd. ante Drak. *sed seorsum.*—4 ' *Bis centum equites, alii agmine, alii palantes.* Scribe: *ducenti equites, alii agmine, alii palati.* Sic optimi libri: ut et *perfugissent:* non *profugissent.* Illud *bis centum* nescio quis in Gruteri editionem intulit: nam superiores *CC.*' J. F. Gronov.—5 ' *Et aliquid argenti. Et siquid;* tum *ad vescendum,* non *vestiendum* legi oportere, diximus de pec. vet. I. 7.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[h] *Trecenis nummis quadrigatis*] *Nummorum* nomine significantur ferme sestertii. An vero horum aliqui notis quadrigarum insignes percussi fuerint, valde ambigo. Id de solis denariis Plinius testatur lib. XXXIII. c. 3. Quales in eruditorum adhuc manibus. Denariorum pretium assibus nostris octo aut circiter æstimari, sæpius indicavimus. Erunt ergo trecenti quadrigati denarii, libræ nostrates ferme 120. in singula civium Romanorum capita.

[i] *Ad quatuor millia hominum*] Nomine *hominum* significantur pedites: dediti ergo ad quinque millia et octingentos.

[k] *Octo millia . . . fortissimorum virorum*] Non plus octo millibus ex Hannibalis exercitu in pugna Cannen-

num conquisitum sepultumque, quidam auctores sunt. Eos, qui Canusium perfugerant, mulier Apula, nomine Busa,[6] genere clara ac divitiis, mœnibus tantum tectisque a Canusinis acceptos, frumento, veste, viatico etiam juvit: pro qua ei munificentia postea, bello perfecto, ab senatu honores habiti sunt.

53. Ceterum, cum ibi tribuni militum quatuor essent, Fabius Maximus de legione prima, cujus pater priore anno dictator fuerat, et de legione secunda L. Publicius Bibulus et P. Cornelius Scipio, et de legione tertia Ap. Claudius Pulcher, qui proxime ædilis fuerat; omnium consensu ad P. Scipionem, admodum adolescentem, et ad Ap. Claudium summa imperii delata est. Quibus consultantibus inter paucos de summa rerum nuntiat P. Furius Philus, consularis viri filius, 'Nequicquam eos perditam[7] spem fovere: desperatam comploratamque rem esse publicam. Nobiles juvenes quosdam, quorum principem L. Cæcilium Metellum, mare ac naves spectare, ut, deserta Italia, ad regem[8] aliquem transfugiant.' Quod malum, præterquam atrox, super tot clades etiam novum,[n] cum stupore ac mi-

[n] *Cujusmodi malum non modo crudele atque horrendum post tantum calamitatum, sed etiam antea inauditum.*

—6 'Hoc ex Lipsii conjectura verissima est. Mss. pariter ac Edd. ante Grut. *mulier Paula, nomine Busa.*' Stroth.

7 Olim *Nequicquam eos consultare, perditam.*—8 '*Regem* Ed. Drak. et Cl. Ernest. operarum, ut videtur, errore. Mox *præterquam quod atrox* Edd. ante Gron. Sed non opus esse *τοῦ quod* post *præterquam*, exemplis idoneis probavit Gronovius.' *Stroth.* 'Rectius puto, in edit. Drakenb. et Ernest. exhibetur *regem*, cum lectio *regum* potius librariorum vel operarum errori tribuenda videatur; nam si *regum* scripsisset Livius, haud dubie adjectivum quod-

NOTÆ

si perierunt, cum Romanorum ultra quinquaginta millia cecidisse ferantur: et tamen in exercitu Romano major duplo erat peditum numerus, octoginta nempe millia, pro quadraginta: equitatu superabat Pœnus paulo plus quarta parte, cum decem millia in Hannibalis, septem millia ac ducenti in Romanorum exercitu numerarentur. Polybius memorat e copiis Hannibalis millia quatuor Gallorum, qui ad victoriam plurimum contulerant; Afrorum vero et Hispanorum mille ferme et quingentos desideratos.

raculo torpidos defixisset, et, qui aderant, consilium[9] advocandum de eo censerent; negat consilii rem esse Scipio juvenis, fatalis dux hujusce belli. 'Audendum atque agendum, non consultandum,' ait, 'in tanto malo esse.[10] Irent secum extemplo armati, qui rem publicam salvam vellent. Nullo[11] verius,[1] quam ubi ea cogitentur, hostium castra esse.' Pergit ire,[12] sequentibus paucis, in hospitium Metelli; et, cum concilium ibi juvenum, de quibus allatum erat, invenisset, stricto super capita consultantium gladio, 'Ex mei animi sententia,'[13] inquit, 'ut ego rem publicam populi Romani non deseram, neque alium civem Romanum deserere patiar. Si sciens fallo, tu me,[14] Jupiter optime maxime, domum, familiam, remque meam pessimo leto afficias! In hæc verba, L. Cæcili, jures, postulo, ceterique, qui adestis: qui non juraverit, in se hunc gladium strictum esse sciat.' Haud secus pavidi, quam si victorem Hannibalem cernerent, jurant omnes: custodiendosque semet ipsos[15] Scipioni tradunt.

54. Eo tempore, quo hæc Canusii agebantur, Venusiam ad consulem ad quatuor millia peditum equitumque, qui sparsi fuga per agros fuerant, pervenere. Eos omnes Ve-

dam, v. c. *finitimorum*, vel simile quid, addidisset.' *Doering.*—9 Pro *consilium* et *consilii* Edd. ante Crevier. *concilium* et *concilii.*—10 Vid. Not. Var.—11 '*Nullo* (sc. loco) omnes fere Mss. *nusquam* Edd. ante Gronov. Hoc glossam redolet: sed illud nemo, quod sciam, ita dixit. Immo leg. *nulla*, quod et monuit Bauer. etsi Schæfer adversatur, qui putat, ipsam lectionis varietatem arguere, *nullo* a Livii manu profectum esse.' *Rupert.*—12 Al. *Pergit deinde ire.*—13 '*Ex mei animi sententia* sc. *juro*, quod in Edd. antt. non in Mss. addi, et in formulis jurandi sæpe omitti docet Gron. Obss. IV. 14. Sed ita displicet τὸ *ut* post *juro*, et forte delendum.' *Rupert.*—14 '*Si sciens fallo, tu me* cet. ex IV. Mss. recepi, suadente Jac. Gron. qui etiam I. 32. ex I. 25. XXI. 45. et aliis locis emendandum putabat. In plerisque Mss. *tum* et *afficiat.* Neutrum improbat Drak. illud vero *tum* defendunt Duk. ad I. 24. 8. et Fabrett. in Inscr. p. 674.' *Rupert.* *Tum me* et *afficiat* dat Stroth. *tum me . . . afficias* Gronov. Doujat. Crevier. Kreyssig.—15 *Contra Hannibalem* addunt Edd. ante Gronov. et Mss. fere omnes, præter duos optimos Florent. et Cantabr.

NOTÆ

[1] *Nullo* [*Nusquam*] *verius*] Optimi libri apud Gronovium habent *nullo verius*, pro nullibi sive nullo loco; sed quid opus correctionibus quæ difficultatem non tollant, sed pariant?

nusini per familias benigne accipiendos curandosque cum divisissent, in singulos equites togas et tunicas et quadrigatos nummos quinos vicenos, et peditibus denos, et arma, quibus deerant, dederunt. Ceteraque publice ac privatim hospitaliter facta: certatumque, ne a muliere Canusina populus Venusinus officiis vinceretur. Sed gravius onus Busæ [16] multitudo faciebat, et jam ad decem millia hominum erant. Appiusque et Scipio,[17] postquam incolumem esse alterum consulem acceperunt, nuntium extemplo mittunt, quantæ secum peditum equitumque copiæ essent: sciscitatumque simul, utrum Venusiam adduci exercitum, an manere juberet Canusii? Varro ipse Canusium copias traduxit. Et jam aliqua species consularis exercitus erat; mœnibusque se certe, si non armis, ab hoste videbantur defensuri. Romam, ne has quidem reliquias superesse civium sociorumque, sed occidione occisos cum duobus exercitibus consules,[18] deletasque omnes copias, allatum fuerat. Nunquam, salva urbe, tantum pavoris tumultusque intra mœnia Romana fuit. Itaque succumbam oneri, neque aggrediar narrare, quæ edissertando minora vero fecero.[19] Consule exercituque ad Trasimenum priore anno amisso, non vulnus super vulnus,[20] [m] sed multiplex clades,[o] cum duobus consulibus duo [1] consulares exercitus amissi nuntiabantur: [2] nec ulla jam castra Romana, nec ducem, nec militem esse: Hannibalis Apuliam, Samnium ac jam prope totam Italiam factam. Nulla profecto alia gens

[o] *Post Flaminium cos. cum exercitu cæsum, non tantum vulnus novum illi superadditum vulneri, sed clades quæ multarum loco sit, &c.*

16 Olim legebatur, *Sed Canusii gravius onus Busæ.*—17 Vet. lib. *Appius et Scipio.*—18 '*Occisum . . consulem* Edd. vett. *occisum . . . . consules* Grut. vitiose.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—19 Olim, *quæ disserendo minora vero facio.*—20 Scribendum monet J. F. Gronov. *Consule exercituque ad Trasimenum superiore anno amisso, nunc vulnus super vulnus et multiplex clades.*—1 *Duo* deest in

NOTÆ

[m] *Non vulnus super vulnus*] Placeret emendatio Gronoviana, si codicis alicujus auctoritate niteretur: *Nunc vulnus super vulnus, et multiplex clades.*

tanta mole cladis non obruta esset. Compares[3] cladem ad Ægates insulas Carthaginiensium, prælio navali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere, hinc vectigales ac stipendiarios fieri se passi sunt; aut pugnam adversam in Africa,[n] cui postea hic ipse Hannibal succubuit: nulla ex parte comparandæ sunt;[p] nisi quod minore animo latæ sunt.

55. P. Furius Philus et M'.[4] Pomponius prætores senatum in curiam Hostiliam vocaverunt, ut de Urbis custodia consulerent. Neque enim dubitabant, deletis exercitibus, hostem ad oppugnandam Romam, quod unum opus belli restaret, venturum. Cum in malis, sicut ingentibus, ita ignotis, ne consilium quidem satis expedirent, obstreperetque clamor lamentantium mulierum, et, nondum palam facto,[5] vivi mortuique[o] per omnes pæne domos promiscue complorarentur; tum Q. Fabius Maximus censuit, 'equites expeditos et Appia et Latina via mittendos,[p] qui obvios percunctando (aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore) referant,[6] [q] quæ fortuna consulum atque exercituum

[p] *Si comparare velim, aut velimne conferre clades a Carthaginiensibus acceptas, &c. nulla ratione cum hac Cannensi comparari conferrive possum.*

Edd. ante Drak.—2 Vet. lib. apud Sigon. *nuntiabantur.*—3 '*Compares* ex optimis Mss. recepi pro vulg. *Comparem*, et interpunctionem mutavi.' *Rupert.* *Compares* dant Stroth. et Kreyssigius, sed omittunt comma post *Carthaginiensium.*

4 *M.* Gronov. Doujat. Crevier.—5 Al. *facti.*—6 '*Aliquos profecto ex fuga passim dissipatos fore* emend. Jac. Gronov. quam probavit Drak. et recepit jam Stroth. Cf. c. 7. med. Vulgo inepte legitur: *qui obvios percunctando, aliquos profectos ex fuga, passim dissipatos, forte referant.* Bauer. pæne malit *provectos* legere, aut verbum hoc pro glossemate inducere.' *Rupert.* Vid. inf.

NOTÆ

[n] *Pugnam adversam in Africa*] V. infra lib. XXX. cap. 35.

[o] *Nondum palam facto*, [*facti*] *vivi mortuique*] Legendum ex optimis codicibus Gronovius censet, *nondum palam facto*, id est, cum nondum constaret, quinam vivi, quinam mortui essent.

[p] *Et Appia et Latina via mittendos*] Harum viarum *Latina* ad extrema Latii versus ortum, *Appia* per maritima Latii, et Volscos, atque Campanos ad Apuliam et Brundusium usque ducebat.

[q] *Fore* [*si forte*] *referant*] Non est quod illud *si* quasi male invectum ab Sigonio expungamus: est enim necessarium, ut appareat Fabium dubitan-

sit; et, si quid Dii immortales, miseriti imperii,[r] reliquum Romano nomini fecerint, ubi eæ copiæ sint: quo se Hannibal post prælium contulerit: quid paret, quid agat, acturusque sit. Hæc exploranda noscendaque per impigros juvenes esse. Illud per Patres ipsos agendum, quoniam magistratuum parum sit, ut tumultum ac trepidationem in Urbe tollant, matronas publico arceant, continerique intra suum quamque limen cogant: comploratus familiarum coërceant: silentium per Urbem faciant: nuntios rerum omnium ad prætores deducendos curent: suæ quisque fortunæ domi auctorem expectent,[7] custodesque[8] præterea ad portas ponant, qui prohibeant, quenquam egredi Urbem; cogantque homines nullam, nisi Urbe ac mœnibus salvis, salutem sperare. Ubi conticuerit tumultus, recte tum in curiam[9] Patres revocandos, consulendumque de Urbis custodia esse.'

56. Cum in hanc sententiam pedibus omnes issent, summotaque foro per magistratus turba, Patres diversi[10] ad sedandos tumultus discessissent; tum demum literæ a Terentio consule allatæ sunt: 'L. Æmilium consulem exercitumque cæsum; sese Canusii esse,[11] reliquias tantæ cladis velut ex naufragio colligentem. Ad decem millia militum ferme esse[12] incompositorum inordinatorumque. Pœnum sedere[13] ad Cannas,[s] in captivorum pretiis prædaque

et Not. Var.—7 Al. *expectet.*—8 Al. *custodes.*—9 Put. *Ubi conticuerit recte tumultus, tum in curiam.*

10 Τὸ *per* non modo optimi scriptorum, sed et Andreas, Beccar. et ceteri ante Ascensium ignorant. Pal. *foro magistratibus:* forte, *summotaque foro magistratibus turba:* id est, a magistratibus lictorum ministerio; vel, *magistratus turba et Patres diversi.* J. F. Gronov.—11 Al. *Canusiique esse.*—12 Conj. J. F. Gronov. *ad quatuordecim millia.*—13 '*Sed Hannibalem nunc sedere* . . . .

NOTÆ

ter loqui, non asseveranter: neque enim poterat, cum allatum esset deletas omnes copias. Est itaque sensus, mittendos esse qui, obvios percunctando, referant aliquos profectos ex fuga, et passim dissipatos, si forte aliqui ex fuga profecti ac dissipati supersint; hæc enim vis est particularum *si forte,* quod non significaret solum *forte.*

[r] *Miseriti imperii*] Alias *miseri imperii reliquum:* sed mihi quoque non minus quam Gronovio arridet scriptio Puteani codicis, ut sit, si Dii immortales, miserti imperii, aliquid reliquum fecerint Romano nomini.

[s] *Pœnum sedere ad Cannas*] Vulgo legitur, *Sed Hannibalem sedere ad Can-*

alia, nec victoris animo, nec magni ducis more, nundinantem.' Tum privatæ quoque per domos clades vulgatæ sunt: adeoque totam Urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris[t] intermissum sit; quia nec lugentibus id facere est fas, nec ulla in illa tempestate matrona expers luctus fuerat. Itaque, ne ob eandem causam alia quoque sacra publica aut privata desererentur, senatus consulto diebus triginta luctus est finitus. Ceterum cum, sedato Urbis tumultu, revocati in curiam Patres essent, aliæ insuper ex Sicilia literæ allatæ sunt ab T. Otacilio pro prætore, 'Regnum Hieronis classe Punica vastari: cui cum opem imploranti ferre vellet, nuntiatum sibi esse, aliam classem ad Ægates insulas stare, paratam instructamque; ut, ubi se versum ad tuendam Syracusanam oram Pœni sensissent, Lilybæum extemplo provinciamque aliam Romanam aggrederentur. Itaque classe opus esse, si regem socium Siciliamque tueri vellent.'

57. Literis consulis proprætorisque lectis,[u] censuerunt[14] M. Claudium, qui classi ad Ostiam stanti præesset, Canusium ad exercitum mittendum, scribendumque consuli, ut, cum prætori exercitum tradidisset, primo quoque tempore,

alia victoriam nec victoris . . . more metientem Edd. ante Gronov. qui locum ex conjectura ita, ut nunc est, constituit. Mss. varia exhibent, *victoriam* plerique omittunt, pro *metientem* habent *nuntiantem*, et pro *sed Hannibalem* vel *menum*, vel *se nunc*, vel *me nunc*.' Stroth.

14 '*Censuerunt* in 2. Mss. legitur, (in altero tamen post *mittendum*,) et in tertio *censent*. Hos secutus cum Stroth. inserui verbum illud, ut commoda saltem corrupti loci sententia exoriretur; etsi et hoc et alia verba (sc. *literis c. p. lectis*) glossatori potius tribuenda et expungenda, quam plura a librariis omissa et inserenda, quod Gron. suspicatur, crediderim. In plerisque Mss. legitur *literis consulis prætorisque Ap. Claudium*, in multis non nisi *Prætoris quem Ap. Claudium*. Hinc forte leg. *Prætorem itaque visum* aut *placitum* (sc. Patribus est) *M.* vel *Ap. Claudium* cet. In solo Put. est *Marcium Claudium*,

NOTÆ

nas; mutat Gronovius, rationemque reddit IV. Observat. 11.

[t] *Sacrum anniversarium Cereris*] Celebrabatur quotannis ad quintum Calendas Aprilis a matronis in candida et læta veste: eoque in sacro id servabatur ne funere pollutæ essent, atque ut a vino et Venere abstinerent.

[u] *Literis consulis proprætorisque lectis*] Notat Sigonius subaudienda verba *censuerunt patres*, vel *decreverunt*; alioqui penderet sententia.

quantum per commodum rei publicæ fieri posset, Romam veniret. Territi etiam super tantas clades, cum ceteris prodigiis, tum quod duæ Vestales eo anno, Opimia atque Floronia, stupri compertæ, et altera sub terra,[15] ut mos est, ad portam Collinam necata fuerat, altera sibimet ipsa mortem consciverat. L. Cantilius, scriba pontificis, quos nunc minores pontifices appellant,[16] qui cum Floronia stuprum fecerat, a pontifice maximo eo usque virgis in comitio cæsus erat, ut inter verbera expiraret. Hoc nefas cum inter tot, ut fit, clades in prodigium versum esset, decemviri libros adire jussi sunt. Et Q. Fabius Pictor Delphos ad oraculum missus est sciscitatum, quibus precibus suppliciisque Deos possent placare,[17] et quænam futura finis tantis cladibus foret. Interim ex fatalibus libris sacrificia aliquot extraordinaria facta; inter quæ Gallus et Galla, Græcus et Græca, in foro boario[x] sub terra[18] vivi demissi sunt in locum saxo conseptum, jam ante[19] hostiis humanis,[y] minime Romano sacro, imbutum. Placatis satis, ut rebantur, Deis, M. Claudius Marcellus ab Ostia mille et quingentos milites, quos in classem scriptos habebat, Romam, ut urbi præsidio essent, mittit; ipse, legione classis (ea tertia legio erat) cum tribunis militum Teanum Sidicinum præmissa,[20] classe tradita P. Furio Philo collegæ,[1] paucos post dies Canusium magnis itineribus contendit. Dictator ex auctoritate Patrum[z] dictus M. Junius, et Ti. Sempronius ma-

in ceteris Mss. *Ap. Claudium.*' Rupert.—15 *Terram* Edd. ante Gronov.—16 'Mihi totum illud *quos nunc m. p. appellant* glossam redolere videtur, saltem τὸ *quos* ad *pontificis* spectare.' *Rupert.*—17 Vet. lib. apud Sigon. *quibus precibus supplices Deos possent placare.* 'Pro *suppliciis*, malim, *sacrificiisque*, vel propius ad literas, *piaculisque.*' Doering.—18 Alii *sub terram.*—19 *Conseptum, ibi ante* Edd. ante Crevier.—20 Olim legebatur, *cum tribuno militum Teano Sidicinio præmissa.*—1 Al. *P. Furio collegæ.*

NOTÆ

[x] *In foro boario*] Fuit forum boarium inter montem Palatinum et Tiberim.

[y] *Jam* [*ibi*] *ante hostiis humanis*] *Ibi*, nempe in foro boario, ubi locus subterraneus, in quo facta antea fuerant sacrificia humanis hostiis, initio nimirum proximi belli Gallici, ut testatur in Marcello Plut. aliique.

[z] *Dictator ex auctoritate Patrum*] A

gister equitum, delectu edicto, juniores ab annis septemdecim et quosdam prætextatos[a] scribunt. Quatuor ex his legiones et mille equites effecti. Item ad socios Latinumque nomen, ad milites ex formula accipiendos,[b] mittunt. Arma, tela, alia parari jubent: et vetera hostium spolia detrahunt templis porticibusque. Et aliam formam novi delectus[c] inopia liberorum capitum ac necessitas dedit: octo millia juvenum validorum ex servitiis, prius sciscitantes singulos, vellentne militare, emta publice armaverunt. Hic miles magis placuit, cum pretio minore redimendi captivos copia fieret.

58. Namque Hannibal, secundum tam prosperam ad Cannas pugnam, victoris magis, quam bellum gerentis, intentus curis, cum, captivis productis segregatisque, socios,[2 d] sicut ante ad Trebiam Trasimenumque lacum, benigne allocutus, sine pretio dimisisset; Romanos quoque vocatos (quod nunquam alias antea) satis miti sermone alloquitur: 'Non internecinum[e] sibi esse cum Romanis bellum: de dignitate atque imperio certare. Et patres[f] virtuti Romanæ cessisse: et se id anniti, ut suæ in vicem

2 In Edd. ante Drak. *segregatisque sociis, eos:* sed τὸ *eos* a plerisque Mss.

NOTÆ

quo dictus, cum nulli essent Romæ consules, majoresve alii magistratus? Opinor, per interregem.

[a] *Quosdam prætextatos*] Minores nimirum septemdecim annis, ad quam usque ætatem adolescentes Romani prætexta ferme induebantur; plena deinde pubertate, a qua incipiebat militaris ætas, togam virilem sumebant.

[b] *Ad milites ex formula accipiendos*] Secundum formulam fœderis cum Latinis initi, de quo lib. VIII. dictum, et quo præscribebatur numerus peditum equitumque, quem unaquæque Latina civitas Romanis ad bellum mittere deberet.

[c] *Aliam formam novi delectus*] Vere *novi;* hactenus enim inauditum servos ad militandum admitti.

[d] *Socios* [*eos*] Socios nempe Romanorum.

[e] *Non internecinum*] Ita Pyrrhus apud Ennium laudatum a Tullio lib. I. Officior. qui duo bellorum, ut contentionum, genera distinguit. 'Cum Celtiberis,' inquit, 'cum Cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur, uter esset, non uter imperaret: cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur.'

[f] *Et patres*] Id est, majores suos, Carthaginienses, qui prius a Rom. victi.

simul felicitati et virtuti cedatur. Itaque redimendi se captivis copiam facere. Pretium fore in capita, equiti quingenos quadrigatos nummos, trecenos pediti, servo centenos.'[3] Quanquam aliquantum adjiciebatur equitibus ad id pretium, quod[4] pepigerant dedentes se; læti tamen quamcumque conditionem paciscendi acceperunt. Placuit suffragio ipsorum[5] decem deligi, qui Romam ad senatum irent. Nec pignus aliud fidei, quam ut jurarent se redituros, acceptum. Missus cum his Carthalo nobilis Carthaginiensis, qui, si forte ad pacem inclinarent animos, conditiones ferret. Cum egressi castris essent, unus ex iis, minime Romani ingenii[g] homo, velut aliquid oblitus,[6] juris jurandi solvendi[h] causa cum in castra redisset, ante noctem comites assequitur. Ubi eos Romam venire nuntiatum est, Carthaloni obviam lictor missus, qui dictatoris verbis nuntiaret, ut ante noctem excederet finibus Romanis.

59. Legatis captivorum senatus ab dictatore datus est. Quorum princeps M. Junius, 'Patres conscripti,' inquit, 'nemo nostrum ignorat,[7] nulli unquam civitati viliores fuisse captivos, quam nostræ. Ceterum, nisi nobis plus justo nostra placet causa, non alii unquam minus negligendi vobis, quam nos, in hostium potestatem venerunt. Non enim in acie per timorem arma tradidimus; sed, cum prope ad noctem superstantes cumulis cæsorum corporum prælium extraxissemus, in castra recepimus nos. Diei reliquum ac noctem insequentem, fessi labore ac vulneribus, vallum sumus tutati. Postero die, cum circumsessi ab exercitu victore aqua arceremur, nec ulla jam per confertos[8] hostes erumpendi spes esset, nec esse nefas duceremus,

abest: *segregatos socios* conj. J. F. Gron.—3 '*Servo centenos* pro vulg. *s. centum* ex vet. libro Sigon. recepi.' *Rupert.* *Centenos* legendum monet etiam Stroth.—4 'Melior *quo*.' J. F. Gronov.—5 Al. *eorum*.—6 'Put. *velut illut aliquid oblitus*. An *illic?*' J. F. Gronov.

NOTÆ

[g] *Minime Romani ingenii*] Aliter sane primo Punico bello Regulus.

[h] *Juris jurandi solvendi*] Sic jurejurando se solutum putabat, et 'erat verbis, re non erat,' ait Cicero lib. I. de Officiis.

quinquaginta millibus hominum ex acie nostra trucidatis, aliquem ex Cannensi pugna Romanum militem restare; tum demum pacti sumus pretium, quo redemti dimitteremur; arma, in quibus nihil jam auxilii erat, hosti tradidimus. Majores quoque acceperamus se a Gallis auro redemisse: et patres vestros,[9] asperrimos illos ad conditionem pacis, legatos tamen captivorum redimendorum gratia Tarentum misisse. Atqui et ad Alliam[i] cum Gallis,[10] et ad Heracleam[k] cum Pyrrho, utraque non tam clade infamis, quam pavore ac fuga, pugna fuit. Cannenses campos acervi Romanorum corporum tegunt: nec supersumus pugnæ, nisi in quibus trucidandis et ferrum et vires hostem defecerunt.[q] Sunt etiam de nostris quidam, qui ne in acie quidem[11] refugerunt, sed, præsidio castris relicti, cum castra traderentur, in potestatem hostium venerunt. Haud equidem ullius civis et commilitonis fortunæ aut conditioni invideo, nec premendo alium me extulisse velim:[12] ne illi quidem, (nisi pernicitatis pedum et cursus aliquod præmium est,) qui plerique inermes ex acie fugientes non prius, quam Venusiæ aut Canusii, constiterunt, se nobis merito prætulerint, gloriatique sint, in se plus, quam in nobis, præsidii rei publicæ esse. Sed illis et bonis ac fortibus militibus[13] utemini; et nobis etiam promtioribus pro patria, quod beneficio vestro redemti atque in patriam restituti fuerimus. Delectum ex omni ætate et fortuna habetis: octo millia

[q] *Nec alii prælio superstites vivimus, quam illi ad quos occidendos non suffecere hostium gladii viresque.*

7 Al. *nemo vestrum ignorat.*—8 Al. *nec ulla alia j. p. c.*—9 '*Nostros* Edd. præter Gron. et Drak. in illis etiam post *Majores* additur *nostros.*' Stroth.—10 *Atqui in Italia cum Gallis* Edd. ante Gronov. et omnes fere Mss.—11 '*Ne in acie quidem* sc. pugnantes: sic Perizonii emendatio, *ne ex acie quidem*, haud necessaria videtur.' *Doering*. Olim legebatur, *nec in acie.*—12 Olim, *me extulisse velim videri.*—13 Edd. vett. *illis ut bonis ac fortibus viris militibusque.*—

NOTÆ

[i] *Et ad Alliam*] Verissima Gronovii correctio; conjectura ex Putean. codice ducta, ubi erat *atqui et Alliam.* De priori hac pugna lib. v. de posteriori cum Pyrrho Epitome lib. XIII.

[k] *Ad Heracleam*] In Magna Græcia.

servorum audio armari. Non minor numerus noster est, nec majore pretio redimi possumus, quam hi emuntur. Nam si conferam nos cum illis, injuriam nomini Romano faciam. Illud etiam in tali consilio animadvertendum vobis censeam, Patres conscripti, (si tamen duriores[14] esse velitis, quod nullo nostro merito faciatis,) cui nos hosti relicturi sitis; Pyrrho videlicet, qui nos[15] hospitum numero habuit[1] captivos, an barbaro ac Pœno; qui utrum avarior, an crudelior, sit, vix existimari[16] potest. Si videatis catenas, squalorem, deformitatem[17] civium vestrorum, non minus profecto vos ea species moveat, quam si ex altera parte cernatis stratas Cannensibus campis legiones vestras. Intueri potestis solicitudinem et lacrymas in vestibulo curiæ stantium cognatorum nostrorum, expectantiumque responsum vestrum. Cum ii pro nobis proque iis, qui absunt, ita suspensi ac soliciti sint; quem censetis animum ipsorum esse, quorum in discrimine vita libertasque est?[r] Si, me Dius fidius, ipse in nos mitis Hannibal contra naturam suam esse velit, nihil tamen nobis vita opus esse censeamus, cum indigni, ut a vobis redimeremur, visi sumus.[18] Rediere Romam quondam remissi a Pyrrho sine pretio capti: sed rediere cum legatis, primoribus civitatis, ad redimendos sese missis. Redeam ego in patriam, trecentis nummis non æstimatus civis? Suum quisque habet animum, Patres conscripti. Scio in discrimine esse vitam corpusque meum. Magis me famæ periculum movet, ne a vobis damnati ac repulsi abeamus.[19] Neque enim vos pretio pepercisse homines credent.'

[r] *Quorum et libertas et vita periclitantur.*

14 *Si tam duriores* Edd. vetustiss. *Si tam durioris* Edd. ab Ascens. ad Gronov. qui primus hanc a Sigonio repertam lectionem recepit.—15 'Forte del. *nos.*' Bauer. *Vos* Put. Flor. Gærtn. et Hav. unde Crevier. conj. *suos.*—16 Vet. lib. apud Sigon. *æstimari.*—17 *Deformitatemque* Edd. ante Crevier.—18 '*Visi simus* recte, opinor, conj. Mur. et Gronov.' *Rupert.*—19 *Habeamur* Edd. ante Crevier.

NOTÆ

[1] *Qui nos hospitum numero habuit*] Non hos, qui nunc erant captivi Carthaginiensium, sed Romanos, qui tunc capti a Pyrrho.

60. Ubi is finem fecit, extemplo ab ea turba, quæ in comitio erat, clamor flebilis est sublatus, manusque ad curiam tendebant orantes, ut sibi liberos, fratres, cognatos redderent. Fœminas quoque metus ac necessitas in foro turbæ huic virorum immiscuerat. Senatus, summotis arbitris, consuli cœptus. Ibi cum sententiis variaretur, et alii redimendos de publico, alii nullam publice impensam faciendam, nec prohibendos ex privato redimi; si quibus argentum in præsentia deesset, dandam ex ærario pecuniam mutuam, prædibusque ac prædiis cavendum populo, censerent;[s] tum T. Manlius Torquatus,[m] priscæ ac nimis duræ, ut plerisque videbatur, severitatis, interrogatus sententiam, ita locutus fertur: 'Si tantummodo postulassent legati pro iis, qui in hostium potestate sunt, ut redimerentur, sine ullius insectatione eorum,[t] brevi sententiam peregissem. Quid enim aliud quam admonendi essetis, ut morem traditum[n] a patribus, necessario ad rem militarem exemplo, servaretis? Nunc autem cum prope gloriati sint, quod se hostibus dediderint, præferrique non captis modo in acie ab hostibus, sed etiam iis, qui Venusiam Canusiumque pervenerunt, atque ipsi C. Terentio consuli, æquum censuerint; nihil vos eorum, Patres conscripti, quæ illic acta sunt, ignorare patiar. Atque utinam hæc, quæ apud vos acturus sum, Canusii apud ipsum exercitum agerem, optimum testem ignaviæ cujusque et virtutis: aut unus hic saltem adesset P. Sempronius, quem si isti ducem secuti essent, milites hodie in castris Romanis,[20] non captivi in hostium potestate essent! Sed cum, fessis pugnando hos-

[s] *Datis fidejussoribus, et pignori obligatis bonis immobilibus, securitati populi pecuniam credentis consulendum esse.*

[t] *Neminem illorum insectando.*

NOTÆ

[m] *T. Manlius Torquatus*] Nepos hic erat T. Manlii a patre securi percussi supra VIII. 7. jam consulatu functus an. U. C. 518. cum C. Atilio, (ex quo magistratu de Sardis triumphaverat,) iterum an. 529. collega Q. Fulvio, quocum censor creatus an. 522. sed vitio factus abdicaverat. Postea dictator fuit an. 545. comitiorum et ludorum faciendorum causa. Tandem Pontifex Maximus decessit.

[n] *Morem traditum*] Non redimendi captivos, ut Glareanus ait.

tibus, tum victoria lætis, et ipsis plerisque regressis in castra sua, noctem ad erumpendum liberam habuissent, et septem armatorum hominum millia perrumpere etiam confertos hostes potuissent;[1] neque per se ipsi id facere conati sunt, neque alium sequi voluerunt. Nocte prope tota P. Sempronius Tuditanus non destitit monere, adhortari[2] eos, dum paucitas hostium circa castra, dum quies ac silentium esset, dum nox inceptum tegeret, se ducem sequerentur: ante lucem pervenire in tuta loca, in sociorum urbes posse. Sicut avorum memoria P. Decius tribunus militum in Samnio;[o] sicut, nobis adolescentibus, priore Punico bello Calpurnius Flamma[p] trecentis voluntariis, cum ad tumulum eos capiendum, situm inter medios hostes, duceret, dixit: 'Moriamur, milites, et morte nostra eripiamus ex obsidione circumventas legiones.' Si hoc P. Sempronius diceret; nec viros quidem, nec Romanos[3] vos duceret, si nemo tantæ virtutis extitisset[4] comes. Viam non ad gloriam magis, quam ad salutem, ferentem demonstrat; reduces in patriam, ad parentes, ad conjuges ac liberos facit. Ut servemini, deest vobis animus? quid, si moriendum pro patria esset, faceretis? Quinquaginta millia civium sociorumque circa vos eo ipso die cæsa jacent. Si tot exempla virtutis non movent, nihil unquam movebit: si tanta clades vilem[5] vitam non fecit, nulla faciet. Liberi atque incolumes desiderate patriam: immo desiderate, dum patria est, dum cives ejus estis. Sero nunc desideratis,

20 Conj. Jac. Gronov. *in castris Romani.*—1 Olim legebatur: *Septena armatorum hominum millia erumpere etiam inter confertos hostes potuissent.* Vid. Not. Var.—2 *Adhortarique* Edd. ante Crevier.—3 *Ne viros quidem, nedum Romanos* conj. J. F. Gronov. Illud *ne* probat Bauer. non *nedum.*—4 Al.

NOTÆ

o *P. Decius tribunus militum in Samnio*] Militans sub Aulo Cornelio Cosso consule. V. Livium lib. VII. cap. 36.

p *Calpurnius Flamma*] De quo Epitome lib. XVII. Florus lib. II. cap. 2. Auctor de Vir. Illustr. cap. 39. Pro *Calpurnio Flamma* quidam veterum *Quint. Cæditium;* alii *Laberium* nominabant, ut Gellius annotat lib. III. cap. 7.

deminuti capite,[q] abalienati jure civium, servi Carthaginiensium facti. Pretio redituri estis eo, unde ignavia[r] ac nequitia abistis? P. Sempronium, civem vestrum, non audistis, arma capere ac sequi se jubentem: Hannibalem post paulo audistis, castra prodi et arma tradi jubentem. Quam ego ignaviam istorum accuso, cum scelus possim accusare?[u] Non enim modo sequi recusarunt bene monentem, sed obsistere[6] ac retinere conati sunt, ni strictis gladiis viri fortissimi inertes summovissent. Prius, inquam, P. Sempronio per civium agmen, quam per hostium, fuit erumpendum. Hos cives patria desideret? quorum si ceteri similes fuissent, neminem hodie ex iis, qui ad Cannas pugnaverunt, civem haberet. Ex millibus septem armatorum sexcenti extiterunt, qui erumpere auderent, qui in patriam liberi atque armati redirent: neque iis quadraginta millia[7] hostium obstitere. Quam tutum iter duarum prope legionum agmini futurum censetis fuisse! Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii, fortium, fidelium,[8] Patres conscripti. Nunc autem quemadmodum hi boni fidelesque (nam fortes ne ipsi quidem dixerint)[9] cives esse possunt? nisi quis credere potest fuisse, ut erumpentibus,[10 s] quin erumperent, obsistere conati sunt:[x]

[u] *Quod factum captivorum ignaviæ imputo? cum revera crimen perduellionis dici possit.*

[x] *Nisi forte quis sibi persuadere possit, illos aut tum bonos fidelesque cives fuisse, cum impedire niterentur ne erumperent qui eruptionem aggrediebantur; aut imposterum fideles ac bonos cives futuros, qui non possunt invidia carere, &c.*

existeret.—5 Al. *si tanta clades vobis vilem.*—6 *Paulo post* Edd. ante Gronov. —6 Edd. antt. *subsistere.*—7 In vett. libb. *sexcenta millia.*—8 ‘Ita e duobus Mss. cum Stroth. recepi pro vulg. *fortia, fidelia.*’ Rupert. *Fortium, fidelium,* vel *fortes, fideles* conj. J. F. Gronov.—9 *Ne ipsi quidem se dixerint* leg. videtur Bauero.—10 ‘*Qui erumpentibus* Edd. ante Gronov. sententia fere

NOTÆ

[q] *Deminuti capite*] Ut status civium Romanorum triplex, libertatis, civitatis, et familiæ; ita triplex capitis diminutio: maxima, cum servi fierent captivitate aliove modo; minor sive media, cum civium jure spoliarentur, ut deportatione seu exilio; minima, cum jus familiæ amitterent, veluti patresfam. adoptione seu arrogatione, filiifam. emancipatione.

[r] *Eo, unde ignavia*] *Eo*, nimirum ad libertatem et civium jus.

[s] *Ut erumpentibus, &c.*] Vulgo legitur, *qui erumpentibus, &c.* Et sic satis

aut non invidere eos, cum incolumitati, tum gloriæ illorum per virtutem partæ, cum sibi timorem ignaviamque servitutis ignominiosæ causam esse sciant. Maluerunt in tentoriis latentes simul lucem atque hostem expectare, cum silentio noctis erumpendi occasio esset. At enim[11] ad erumpendum e castris defuit animus; ad tutanda fortiter castra animum habuerunt. Dies noctesque aliquot obsessi, vallum armis,[t] se ipsi[12] tutati vallo sunt: tandem ultima ausi passique, cum omnia subsidia vitæ abessent,[13] affectisque fame viribus, arma jam sustinere nequirent, necessitatibus magis humanis, quam armis, victi sunt. Orto sole hostis ad vallum accessit: ante secundam horam, nullam fortunam certaminis experti, tradiderunt arma ac se ipsos. Hæc vobis ipsorum per biduum militia fuit. Cum in acie stare ac pugnare decuerat, tum in castra refugerunt: cum pro vallo pugnandum erat, castra tradiderunt, neque in acie neque in castris utiles. Vos redimam? Cum erumpere castris oportet, cunctamini ac manetis: cum manere, castra[14] tutari armis necesse est; et castra et arma et vos ipsos traditis hosti. Ego non magis istos redimendos, Pa-

eadem manente.' *Stroth.*—11 Τὰ *At enim* nec Put. nec Voss. nec Gud. agnoscunt.—12 *Oasessi, armati, se ipsi* Edd. ante Gronov.—13 'Promiscui libri, ut et Andreas atque Aldus, *desunt.* Vulgo, *deessent.*' J. F. Gronov.—14 *Et castra* Edd. ante Crevier.

NOTÆ

aperta sententia est. Verum in optimis scriptum est, *ut erumpentibus.* Quod ad sententiæ constructionem attinet, dici potest particulam *ut* hoc loco sumi pro cum, sive quando, ad præteritum tempus relato. Sic apud Cic. II. in Verr. 'ut quisque me viderat, narrabant.' Quasi dicat ironice Manlius, eo ipso fideles cives tunc fuisse cum obsisterent erumpere volentibus, quasi periculum eorum formidantes; aut in posterum fideles bonosque cives fore, cum non possint invidia carere in eos quorum fortitudo ignaviam ipsis suam ac dedecus continuo est exprobratura.

[t] *Vallum armis*] Antea legebatur, *obsessi, armati se ipsi tutati vallo sunt:* sed Putean. codex habuit, *obsessi, bellum, arma seipsi, &c.* Unde auream se fecisse lectionem Gronovius ait, *bellum* mutando in *vallum:* quam ex Livii lib. VI. confirmat: 'tantum Camillus auditus imperator terroris intulerat, ut vallo seipsi, vallum congestis arboribus sepirent:' eademque elegantia usum alibi Auctorem adducit, veluti lib. XXVIII. 'ut et muris seipsi, et armis muros tutarentur.'

tres conscripti, censeo, quam illos dedendos Hannibali, qui per medios hostes e castris eruperunt, ac per summam virtutem se patriæ restituerunt.'

61. Postquam Manlius dixit, quanquam Patrum quoque plerosque captivi cognatione attingebant, præter exemplum civitatis minime in captivos jam inde antiquitus indulgentis, pecuniæ quoque summa homines movit: quia nec ærarium [u] exhaurire, magna jam summa erogata in servos ad militiam emendos armandosque, nec Hannibalem maxime hujusce rei, ut fama erat, egentem [y] locupletari volebant. Cum triste responsum, 'non redimi captivos,' redditum esset, novusque super veterem luctus tot jactura civium adjectus esset, cum magnis fletibus questibusque legatos ad portam prosecuti sunt. Unus ex iis domum abiit, quod fallaci reditu in castra [x] jure jurando se exsolvisset. Quod ubi innotuit, relatumque ad senatum est, omnes censuerunt, comprehendendum et custodibus publice datis deducendum ad Hannibalem esse. Est et alia de captivis fama, [y] decem primos venisse. [z] De eis cum dubitatum in senatu esset, admitterentur in Urbem, necne; ita admissos esse, ne tamen iis senatus daretur. Morantibus deinde longius [a] omnium spe, alios tres insuper legatos venisse, L. Scribonium, et C. Calpurnium, et L. Manlium. Tum demum ab cognato Scribonii tribuno [15] plebis de redimendis captivis relatum esse, nec censuisse redimendos

[y] *Laborantem pecuniæ inopia.*
[z] *Venisse Romam primum decem legatos a captivis.*
[a] *Illis diuturniorem moram trahentibus.*

NOTÆ

[u] *Quia nec ærarium*] Polyb. extremo lib. VI. non tantum id Senatum spectasse refert, ut ærario consuleret, sed præsertim ut, spe reditus captivis suis abscissa, milites Romanos in posterum invictos præstaret, utpote qui omnem salutis spem in sola victoria positam viderent. Atque ita elusum Hannibalis consilium, qui et ingentem pecuniam ex captivorum lytro corrasurum, et fiducia reditus Romanos ad pugnandum se habiturum minus obstinatos confidebat.

[x] *Fallaci reditu in castra*] Id jam observaverat c. 58.

[y] *Est et alia de captivis fama*] Hanc secutus Cicerone teste Acilius, qui Græce historiam scripsit; ubi plures fuisse ait, qui in castra revertissent eadem fraude, ut jurejurando liberarentur.

senatum: et novos legatos tres ad Hannibalem revertisse, decem veteres remansisse; quod, per causam recognoscendi nomina captivorum ad Hannibalem ex itinere egressi, religione sese exsolvissent. De iis dedendis magna contentione actum in senatu esse; victosque paucis sententiis, qui dedendos censuerint. Ceterum proximis censoribus adeo omnibus notis ignominiisque confectos[16] esse, ut quidam eorum mortem sibi ipsi extemplo[17] consciverint: ceteri non foro solum omni deinde vita, sed prope luce ac publico, caruerint.[b] Mirari magis, adeo discrepare inter auctores, quam, quid veri sit, discernere[18] queas. Quanto autem major ea clades superioribus cladibus fuerit, vel ea res indicio est, quod, qui sociorum ad eam diem firmi steterant, tum labare cœperunt,[19] nulla profecto alia de re, quam quod desperaverant de imperio. Defecere autem ad Pœnos hi populi:[z] Atellani, Calatini, Hirpini, Apulorum pars, Samnites præter Pentros,[20] Bruttii omnes, Lucani. Præter hos Surrentini,[1] et Græcorum omnis ferme ora,[c] Tarentini, Metapontini, Crotonienses,[2] Locrique, et Cisalpini omnes Galli. Nec tamen hæ clades defectionesque sociorum moverunt, ut pacis unquam mentio apud Romanos fieret; neque ante consulis Romam adventum,[3][a] nec

[b] *Reliqui abstinuerint per totam reliquam vitam non tantum civium commercio, et negotiis agendis; verum etiam quasi tenebris damnati comparere in publico non sint ausi.*

[c] *Magnæ Græciæ populi fere omnes.*

15 Al. *Tribuni plebis.*—16 *Affectos* vet. lib. ap. Sigon.—17 '*Sibi ipsi extemplo.* Vox ultima non agnoscitur a Mss. Mox etiam in illis *major hæc clades.* Voss. et Gud. destituuntur τῷ *hæc.* Sed Put. *major ea clades.*' J. F. Gronov. —18 Pro *discernere* J. F. Gronov. conj. *decernere.*—19 'Ex Mss. legendum potius cum Gron. et Salmas. *vel declaret fides*, aut *vel fides indicat sociorum, quæ ad eam diem firma steterat, tum labare cœpit* cet.' *Rupert.*—20 '*Præter Petelinos* Edd. ante Gronov. recte, opinor, si junxeris cum Sigonio *præter Petelinos Bruttii omnes.*' Rupert.—1 Legendum monet J. F. Gronov. *Sallentini.*—2 Al. *Crotonenses.* Vid. Not. Var.—3 Al. *neque ante consulis Romani*

NOTÆ

[z] *Hi populi*] Notat Glareanus, hos populos non statim defecisse a Romanis, sed aliquos duntaxat. Croton certe ac Locri nonnisi post annum: Tarentum autem, Metapontus, ac Thurium post quadriennium, neque omnes Bruttii defecere.

[a] *Neque ante consulis Romam adven-*

postquam is rediit, renovavitque memoriam acceptæ cladis. Quo in tempore ipso adeo magno animo civitas fuit, ut consuli, ex tanta clade, cujus ipse causa maxima[4] fuisset, redeunti, et obviam itum frequenter ab omnibus ordinibus sit, et gratiæ actæ, quod de re publica non desperasset: cui, si Carthaginiensium † ductor fuisset, nihil recusandum supplicii[b] foret.

adventum.—4 *Magna* Grut. cum nonnullis aliis Edd.

NOTÆ

tum] Melius quam *consulis Romani*, ut vulgo. Dicitur autem *Romam adventum*, sicut lib. XXV. 'reditus domum.'

[b] *Nihil recusandum supplicii*] Carthaginienses quippe imperatores suos re male gesta cruci affigere soliti; cujus rei obvia sunt exempla.

† *Si Carthaginiensium, &c.*] Vide in supplem. Freinshemianis l. XVI. c. 28. et 61. l. XVII. c. 9. *J. Clericus.*

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXIII.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Compsa in Hirpinis a Statio Trebio traditur Hannibali; qui inde petit Neapolim, sed oppugnare non audet, et Capuam flectit iter. 2. 3. Ibi senatum et sibi et plebi obnoxium fecerat Pacuvius Calavius, data populo facultate meliores justioresque eligendi senatores, qui non facile inveniri poterant. 4. Inde orta obsequium principum, licentia plebis, contemtus legum, magistratuum imperiique Romanorum: a quibus tamen deficere adhuc dubitant. Campani propter connubia vetusta et multitudinem nobilissimorum, qui apud illos militant. 5. Horum parentes cognatique ægre pervincunt, ut Venusiam mittantur legati ad Varronem cos. qui Romanorum suique contemtum auget nimis detegendo cladem et Campanorum opem implorando. 6. Vibio Virrio auctore Campani desciscunt a Romanis. 7. Pacem cum Hannibale faciunt, et Romanos comprehendunt cives. Decius Magius mirifica constantia adversatur Pœnis. 8. 9. Perolla, Calavii filius, Hannibalem Capuæ epulantem interficere statuit: sed patris precibus a proposito deterretur. 10. Magius, jussu Pœni comprehensus, in Punica perducitur castra, et extemplo in navem impositus Carthaginem mittitur. Tempestate autem defertur Cyrenas et ad statuam Ptolemæi confugit. Inde deportatur Alexandriam, et a rege vinculis liberatur.

11. Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam redit. Mago autem, Hamilcaris filius nuntiusque victoriæ ad Cannas, venit Carthaginem, ibique in senatu res a fratre in Italia gestas exponit. 12. Tum effundi in vestibulo curiæ acervum jubet annulorum aureorum, petitque, ut Hannibali pecunia, frumentum, et milites mittantur. Hoc dissuadet Hanno, ab Himilcone increpatus. 13. Mago ejus orationem refutat, et, quæ postulaverat, ingenti consensu senatus decernuntur.

14. Romani impigre bellum reparant, et M. Junius Pera dictator servos quoque et capitis reos armat. Hannibal iterum animos Neapolitanorum, partim spe, partim metu, nequicquam tentat, et in agrum Nolanum traducit exercitum. Nolæ plebs favet Pœnis: at senatus simulatione extrahit defectionem in adventum Claudii Marcelli prætoris, qui legatis clam ac propere missis Casilino arcessitur. 15. Hannibal, Nola Neapolique omissis, petit Nuceriam, eamque fame captam diripit et incendit. Marcellus Nolæ timet plebem, et ante omnes L. Bantium, fortissimum nobilissimumque equitem, qui proditionem patriæ molitur: hujus tamen animum comitate ac donis prorsus mutat. 16. Nolam castra movet Pœnus, et, plebe de integro ad defectionem spectante, Marcellus, eruptione facta, hostes vincit fugatque. 17. Hannibal Acerras capit, et exercitum ducit Casilinum, quod D. Prænestini et totidem fere Perusini tuentur. 18. Frustra oppidum summa vi oppugnare parat, et ipse, modico in castris præsidio relicto, in hyberna Capuam concedit: ubi voluptatibus immodicis corpora animique exercitus ejus enervantur. 19. Obsidio tamen continuata Casilinum adducit ad ultimum inopiæ, quæ a Romanis quidem paululum levatur, doliis frumenti plenis nucibusque Vulturno amni ad urbem missis, sed tandem obsessos ad eam hostibus tradendam compellit, pacta ante redemtione liberorum capitum. 20. Eodem tempore Petelini, qui uni ex Bruttiis manserant in amicitia Romana, a Carthaginiensibus Bruttiisque ceteris oppugnantur, et, legatis frustra Romam ad præsidium petendum missis, soli fortissime resistunt.

21. In Sicilia Sardiniaque T. Otacilius et A. Cornelius Mammula proprætores ab Hierone et sociis civitatibus adjuvantur. Romæ creantur triumviri mensarii, et tres pontifices. 22. Ibidem deliberatur de explendo senatu, ejusque legendi causa M. Fabius Buteo ex SCto dictator sine magistro equitum in sex menses dicitur. 23. Is CLXXVII. cum ingenti approbatione hominum in Patres legit, et extemplo se abdicat magistratu. 24. M. Junius Pera dictator, Romam accitus, comitia edicit, quibus L. Postumius III. absens et Ti. Sempronius Gracchus, magister equitum et ædilis curulis, consules creantur. Sed mox nuntiatur clades Postumii atque exercitus ejus, in Litana sylva a Gallis deletorum. 25. Senatus negotium dat ædilibus, ut Urbi mœstitiæ publicæ speciem demi jubeant, et, Gallia eo anno omissa, de hoste Pœno, legionibusque, per quas id bellum sit gerendum, consultat. Reliquias exercitus Cannensis traduci in Siciliam placet, inde vero duas acciri legiones, et totidem urbanas conscribi.

26. In Hispania Scipiones, Cnæus terra, Publius mari, prospere rem gerunt: et Carpesii, ab Hasdrubale infestati, duce Galbo hostes animose repellunt. 27. Universa quidem hæc gens in deditionem venit; sed subinde ab Carthagine affertur, ut Hasdrubal in Italiam exercitum ducat: quæ vulgata res per Hispaniam omnium ferme animos ad Romanos avertit. 28. Himilco Carthagine cum exercitu justo auctaque classe ad tuendam Hispaniam mittitur, et Hasdrubal, pecuniis raptim exactis, ad Iberum descendit. Scipiones ei junctis copiis obviam eunt, et mox eodem die velut ex composito utrimque signum pugnæ proponitur. 29. Vincunt Romani, et Hasdrubal cum paucis effugit.

30. Petilia in Bruttiis, pertinaciter defensa, et Consentia ab Himilcone, Croto a Bruttiis, capiuntur: et Locrenses ceterique ejus regionis populi, præter Rheginos, desciscunt ad Pœnos. Ad eosdem deficit Gelo, Hieronis filius; qui tamen morte opportuna absumitur. Ludi dantur funebres, Romani plebeiique ter instaurantur. Prætores sortiuntur provincias, et M. Marcellus pro consule imperium accipit. 31. Duplex imperatur tributum: et senatus decernit, quo et a quibus deducendi sint exercitus. Equites Campani, CCC. stipendiis in Sicilia cum fide emeritis, Romam veniunt, fiuntque cives Romani. In locum L. Postumii primum M. Claudius Marcellus consul sufficitur, sed, quia is vitio creatus videtur, mox Q. Fabius Maximus III. Prodigia expiantur. 32. Novi magistratus ipsique prætores, ad jus dicendum creati, in provincias proficiscuntur. Carthaginienses autem cum classibus copiisque in Hispaniam mittunt Magonem, et Hasdrubalem Calvum in Sardiniam, quo Hampsicora aliique principes legatione clandestina eos vocaverant.

33. Philippus Macedonum rex ad Pœnos mittit legatos, qui primum in Romana, deinde in Hannibalis castra perveniunt, fœdusque cum eo et amicitiam jungunt. 34. Eosdem cum Gisgone, Bostare, et Magone redeuntes jamque tenentes altum Romani persequuntur, et comprehensos Romam ad senatum mittunt. Q. Mucius Scævola prætor in Sardinia in longum incidit morbum, et hinc eo T. Manlius Torquatus cum imperio mittitur. Eodem tendit Hasdrubal: sed classis, cui præest, fœda tempestate vexata ad Baliares insulas dejicitur. 35. Campani, ut dolo Cumanos suæ ditionis faciant, eorum senatum ad commune statumque sacrificium ad Hamas faciendum invitant, nec procul inde in occulto Marius Alfius, medixtuticus, cum XIV. millibus armatorum considet. Cumani autem, quibus fraus suspecta est, rem nuntiant Ti. Sempronio Graccho cos. qui circa Liternum stativa habet. Is media nocte Campanos in castris opprimit, multosque obtruncat. 36. Castris hostium potitus Cumas se propere recipit, et mox ab Hannibale oppugnatur. 37. Pœni eruptione ex oppido facta fugantur, et ad Tifata redeunt infecta re. Iisdem diebus Hanno a Ti. Sempronio Longo ex finibus Lucanis in Bruttios repellitur, et tria Hirpinorum oppida vi recipiuntur a M. Valerio prætore. 38. Philippi Pœnorumque legati ducuntur Romam, et classis L. navium paratur, quæ regem in Macedonia contineat. 39. Legatio alia a Philippo ad Hannibalem mittitur, quæ prospere fert ac refert mandata. Fabius tres Campanorum urbes vi capit, et M. Marcellus proc. in præsidium redit Nolam, ubi plebs adhuc novarum rerum et Hannibalis tota est.

40. A T. Manlio in Sardinia primum Hiostus, Hampsicoræ filius, deinde pater ejus et Hasdrubal, qui copias junxerant, vincuntur. 41. Hasdrubal, Hanno, auctor rebellionis, et Mago, propinqua cognatione Hannibali junctus, vivi capiuntur; Hiostus in acie cadit; Hampsicora mortem sibi ipse consciscit; Cornus, fugitivorum receptaculum, expugnatur, et aliæ civitates sese dedunt. Sardinia sic perdomita Manlius cum navibus præda onustis Romam redit. Per idem tempus T. Otacilius prætor depopulatur agrum Carthaginiensem, et ex classe Hasdrubalis, Africam repetente, septem capit naves. Bomilcar cum novis militibus Carthagine

missis ad Hannonem in Bruttios pervenit. Marcellus autem ab Nola crebras excursiones facit in agros Hirpinorum Samnitiumque. 42. Itaque legati ad Hannibalem ex utraque gente mittuntur, præsidium petentes. 43. Ille Nolam proficiscitur; eodemque Hanno ex Bruttiis venit, qui animos Nolanorum frustra tentat. 44. Marcellus erumpit, et imber dirimit pugnantes. Tertio die utrimque in aciem copiæ educuntur, 45. ac summa vi et duces hortantur, et milites pugnant. 46. Pœni in castra compelluntur, et tertio post die MCCLXXII. equites, mixti Numidæ Hispanique, ad Romanos transfugiunt. Hanno recedit in Bruttios, et Hannibal Apuliæ hyberna petit. Quod ut audit Q. Fabius, Capuam propius movet castra. 47. Jubellius Taurea Campanus et Claudius Asellus Romanus, fortissimi equites, in singulare descendunt certamen.

48. Scipiones nuntiant, quantas res gesserint in Hispania, sed provinciam non retineri posse, nisi pecunia aut certe vestimenta et frumentum mittantur. Senatus itaque populo indicat publicas necessitates, cohortaturque redemtores, ut sumtus necessarios ærario ad tempus commodent. 49. Privata pecunia res publica administratur, et Scipionibus æquabilis aspirat fortuna. Ex tribus Pœnorum ducibus bis ingentem reportant victoriam, et Illiturgi Intibilique obsidione liberant: quo facto omnes prope Hispaniæ populi ad Romanos deficiunt.

1. HANNIBAL, post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta,[1] [a] confestim ex Apulia in Samnium moverat: acci-

1 ' *Hannibal post Cannensem pugnam* et post *castra* Romanorum *capta ac direpta* (nisi cum aliis leg. *castraque*, aut ante *castra* inserendum *et*, quam tamen copulam, si Tacitus hæc scripsisset, ab eo potius omissam crederem) *moverat* sc. castra sua. Ita in omnibus edd. legitur, at in nullo Ms. sed potius: *Hæc Hannibal p. C. pugnam capta ac direpta*, et in uno *His H. p. C. p. captis ac direptis;* unde Gron. ingeniose conj. *Æcis Hannibal p. C. p. captis ac direptis.* Mox post *Statio*, quod est prænomen Italicum, *Trebio* adjiciendum videri, jam monuit idem Gron. qui etiam *Mopsiorum factio* e cod. Put. recepit. In plerisque Mss. est *Compsinorum* aut *Compsmorum*, et in edd. *Compsanorum.* Cluverius conj. *Statianorum*, et *Trebio* pro *Statio.* Ceterum *Compsa* in Hirpinis prope fontes Aufidi fl. sita, hod. *Conza.*' Rupert. ' Servavi lectionem omnium Edd. cum non satis constet, utrum ex sola conjectura, an ex aliquo

NOTÆ

[a] *Post Cannensem pugnam, castra capta ac direpta*] Intellige, et post castra capta. Scripti codices, in quibus et Colb. habent, *hæc Hannibal post Cannensem pugnam capta ac direpta:* unde scribendum Gronovio videtur *Æcis Hannibal post Cannensem pugnam captis ac direptis, confestim.* Cui correctioni non repugno: nisi quod convenientius ad textum unius literæ mutatione legi potuit, *Æca p. C. p. capta ac direpta:* fuit enim *Æcana* civitas Hirpinorum in Apuliæ et Samnii confinio oppidum, sub Apennino, haud procul fontibus Cerbali fluvii, hodie *Accadia* Cluverio, Holstenio *Troja;* in quo Hannibal præsidium reliquerat. Id postea re-

tus in Hirpinos a Statio, pollicente, se Compsam[b] traditurum. Compsanus erat Trebius[c] nobilis inter suos: sed premebat eum Mopsiorum factio,[d] familiæ per gratiam Romanorum potentis. Post famam Cannensis pugnæ, vulgatumque Trebii sermonibus adventum Hannibalis, cum Mopsiani urbem[2] excessissent; sine certamine tradita urbs Pœno, præsidiumque acceptum est. Ibi præda omni atque impedimentis relictis, exercitu partito, Magonem regionis ejus urbes, aut deficientes ab Romanis accipere, aut detrectantes cogere ad defectionem[3] jubet. Ipse per agrum Campanum mare inferum petit, oppugnaturus Neapolim, ut urbem maritimam haberet. Ubi fines Neapolitanorum intravit, Numidas partim in insidiis, (et pleræque cavæ sunt viæ sinusque occulti,)[a] quacumque apte[4] poterat, dispo-

[a] *Et loca sinuosa ac profunda.*

libro manaverit. Certe hodie in omnibus Mss. consensu legitur: *Hæc Hannibal post Cannensem pugnam, capta ac direpta, confestim, &c.* sine *castra.* In uno autem est: *His Hannibal post Cannensem pugnam captis ac direptis, confestim, &c.* Quare veram fere puto Gronovii conjecturam: *Æcis Hannibal post C. p. captis ac direptis, conf.* Erat nempe oppidum Apuliæ, *Æcæ*, cujus mentio fit inf. lib. XXIV. cap. 20.' *Stroth.* ' Doctam et ingeniosam Gronovii conjecturam esse, nemo non concedet. Sed si, ut Gronovius suspicatur, scripsisset Livius, haud scio an non *Hannibali* pro *Hannibal*, vel certe vocem *Hannibal* post *direptis* posuisset. Equidem vulgatam lectionem servandam puto, modo perspicuitatis causa copula *que* voci *castra* adjiciatur; ut sit: et postquam castra capta ac direpta fuerant.' *Doering.* Vid. Not. Var.—2 *Urbe* Mog. Frob. Francof. Gron. Crev. al. *Urbem* in Edd. antt. et omnibus Mss. est.—3 Dukerus legendum putat *deditionem.*—4 *Arte* Edd. ante Gronov. pro *poterat*

NOTÆ

ceptum est a Q. Fabio Maximo consule; qua de re lib. XXIV. c. 20. Hinc emendandus Polybius lib. III. ubi scriptum Αἴγας, cum de hac urbe agitur: scribendumque τὰς Αἴκας. Planior tamen Laur. Vallæ lectio, conjunctione adjuncta, *post Cannensem pugnam, castraque capta ac direpta:* potuit enim Livius *Æcarum*, tanquam loci haud ita nobilis, mentionem facile omisisse.

[b] *Compsam*] Oppidum fuit Hirpinorum *Compsa*, etsi Lucanis ascribit Ptolemæus: non procul Aufidi fontibus, quam oppugnans postea Milo ictu lapidis occisus est: nunc *Conza* vocatur in regno Neapolitano et Principatu citeriore, Archiepiscopatus titulo decorata urbs.

[c] *Erat Trebius*] Idem qui antea *Statius*, ut horum alterum prænomen fuerit.

[d] *Mopsiorum factio*] Alii legunt *Cossanorum;* alii *Compsinorum;* sed utrique *Consani* erant. Unde recte Gronovius ex Puteano codice resti-

suit: alios, præ se actam prædam ex agris ostentantes, obequitare portis jussit. In quos, quia nec multi et incompositi videbantur, cum turma equitum erupisset, ab cedentibus consulto tracta in insidias, circumventa est: nec evasisset quisquam, ni[5] mare propinquum et haud procul littore naves, piscatoriæ pleræque, conspectæ peritis nandi dedissent effugium. Aliquot tamen eo prælio nobiles juvenes capti cæsique sunt:[6] inter quos et Hegeas præfectus equitum, intemperantius cedentes secutus, cecidit.[7] Ab urbe oppugnanda Pœnum absterruere[8] conspecta mœnia, haudquaquam promta oppugnanti.[b]

2. Inde Capuam flectit iter, luxuriantem longa felicitate atque indulgentia fortunæ, maxime tamen, inter corrupta omnia, licentia plebis, sine modo libertatem exercentis. Senatum et sibi et plebi obnoxium Pacuvius[9] Calavius fecerat; nobilis idem ac popularis homo, ceterum malis artibus nanctus[10] opes. Is cum eo forte anno, quo res male gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu esset, jam diu infestam senatui plebem ratus, per occasionem novandi res, magnum ausuram facinus, ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu venisset, trucidato senatu traderet Capuam Pœnis; improbus homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi, quam eversa, re publica dominari, nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem iniit, qua et senatum servaret, et obnoxium sibi ac plebi faceret. Vocato senatu, cum, 'sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo

[b] *Quæ non ita facile oppugnari poterunt.*

vet. lib. apud Sigon. *potuit.*—5 Al. *nisi.*—6 Olim legebatur, *nobiles juvenes cæsi sunt.*—7 *Inter quos et Hegeas præfectus, &c. fugientes secutus cecidit.* Vox ultima haud dubie venit ab eo, qui Livium ignoravit. Certe ego pro Liviana nullatenus admittam. Infra cap. 33. 'In hanc dimicationem omnes reges gentesque animos intenderant: inter quos Philippus Macedonum rex.' Et ita passim.' *Jac. Gronov.*—8 *Abstinuere* Edd. plerique ante Gronov.

9 Legendum putat Sigon. *Pacullus.* In vett. libb. est *Pacinus.*—10 *Nactus*

NOTÆ

tuit *Mopsiorum:* Cluverius *Statianorum* legit; sed hæc ipsius Trebii factio erat.

modo, nisi necessarium fuisset,' præfatus esset; 'quippe qui liberos ex Ap. Claudii filia[e] haberet, filiamque Romam[11] nuptum Livio dedisset; ceterum majorem multo rem magisque timendam instare.[12] Non enim per defectionem ad tollendum ex civitate senatum plebem spectare, sed per cædem senatus vacuam rem publicam tradere Hannibali ac Pœnis velle. Eo se periculo posse liberare eos, si se permittant sibi, et, certaminum in re publica obliti, credant.'[c] Cum omnes victi metu permitterent, 'Claudam in curia vos,' inquit, 'et, tanquam et ipse cogitati facinoris particeps, approbando consilia, quibus nequicquam adversarer, viam saluti vestræ inveniam. In hoc fidem, quam vultis ipsi, accipite.' Fide data egressus, claudi curiam, jubet, præsidiumque in vestibulo reliquit; ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi possit.

3. Tunc vocato ad concionem populo, 'Quod sæpe,' inquit, 'optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset; eam nunc, non per tumultum expugnantes domos singulorum, quas præsidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: nec quicquam raptim, aut forte temere egeritis. De singulorum capite vobis jus sententiæ dicendæ faciam, ut, quas quisque meritus est, pœnas pendat. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. Etenim hos (ut opinor) odistis senatores; non

[c] *Et dummodo Senatus Capuanus se Calavio ipsi committeret, obliterata dissidiorum memoria.*

Edd. ante Gronov.—11 Vet. lib. apud Sigon. *Romæ.*—12 '*Ἀνακόλουθος* oratio: non modo *ait* durius omissum, sed et *ceterum* redundat: nam incepit *cum præfatus esset.*' Bauer. Orationem non satis apte cohærere ac procedere, etiam Duk. monuit.

NOTÆ

[e] *Liberos ex Appii Claudii filia*] Res satis nova, ut cives Romani filias suas peregrinis dent in matrimonium, atque ab iis accipiant: sed vide quæ mox cap. 4. et 5. dicam de connubio.

senatum omnino habere[13] non vultis. Quippe aut rex, (quod abominandum) aut, quod unum liberæ civitatis consilium est, senatus habendus est. Itaque duæ res simul agendæ sunt vobis, ut et veterem senatum tollatis, et novum cooptetis. Citari singulos senatores jubebo, de quorum capite vos consulam. Quod de quoque censueritis, fiet. Sed prius in ejus locum virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur.' Inde consedit, et, nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit. Ubi auditum est nomen, malum et improbum pro se quisque clamare et supplicio dignum. Tum Pacuvius, 'Video, quæ de hoc sententia sit data. Eligite pro malo atque improbo bonum senatorem et justum.'[14] [f] Primo silentium erat inopia potioris subjiciundi; deinde, cum aliquis, omissa verecundia, quempiam nominasset, multo major extemplo clamor oriebatur, cum alii negarent nosse; alii nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam, et pudendæ artis aut quæstus genus, objicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore[15] est

13 Olim legebatur, *odistis senatores: nam senatum omnino non habere.*—14 '*Video quæ sententia de hoc sit data,* a vobis data, (f. *lata*) h. e. eum malum et improbum a vobis judicatum et condemnatum esse. *Eligite* ex emend. Gron. (pro lectt. Mss. *Ejicitur, datacicitur* cet.) qui etiam conj. *de hoc sit. Date igitur pro malo* cet. In edd. ante eum legitur: *Ejicitur pro malo atque improbo. Bonum s. et justum eligite,* vel *Ejicitur. Pro malo a. i. bonum s. et j. eligite,* prob. Doer. modo pro *ejicitur* (sc. de s. e senatu, ut XL. 51. et XLIV. 19.) reponatur *rejicitur,* quod *rejici,* non *ejici* dicantur, qui post factam sortitionem repudientur. Verbum tamen postremum *eligite* in nullo Ms. reperitur.' *Rupert. Ejicitur pro malo atque improbo. Bonum, &c.* dat Doujat. et interpret. 'senatu movendus est tanquam homo malus atque improbus.' Vid. Not. Var. —15 Al. *in secundo ac tertio senatore.*

NOTÆ

[f] *Bonum senatorem et justum* [*eligite*] Τὸ *eligite,* nusquam in manu exaratis, sed in Barberino et Colb. conjunctim cum prioribus scribitur, *pro malo, &c. bonum:* ut sit, *loco mali atque improbi, bonum senatorem et justum,* suspensa oratione, cujus rei plura adducit exempla; quasi diceret, cedo alterum senatorem qui bonus sit. Posset et forte pro *ejicitur,* legi *eligite, pro malo, &c.* Vel potius sic finita priori periodo, *video quæ sententia de hoc sit:* deinde pro vocabulo *data,* quod sequitur, displicetque Sigonio, qui mavult *lata,* reponendum *date igitur pro malo atque improbo bonum, &c.*

factum; ut ipsius pœnitere homines appareret, quem autem in ejus substituerent locum, deesse: quia nec eosdem nominari attinebat,[d] nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et multo humiliores obscurioresque ceteri erant eis, qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi homines, notissimum quodque malum maxime tolerabile[g] dicentes esse, jubentesque senatum ex custodia dimitti.

4. Hoc modo Pacuvius cum obnoxium vitæ beneficio senatum multo sibi magis, quam plebi, fecisset, sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur. Hinc senatores, omissa dignitatis libertatisque memoria, plebem adulari,[16][h] salutare, benigne invitare, apparatis accipere epulis, eas causas suscipere, ei semper parti adesse, secundum eam litem judices dare,[17][i] quæ magis popularis aptiorque in vulgus favori conciliando esset. Jam vero nihil in senatu actum aliter, quam si plebis ibi esset[18] concilium. Prona semper civitas in luxuriam, non ingeniorum modo vitio,

[d] *Neque videbatur congruum ut qui tunc erant Senatores nominarentur, jam ut qui velut probrosi nominati essent.*

16 Vid. Not. inf.—17 Olim legebatur, *secundum eum in lite judicem dare.*

NOTÆ

[g] *Notissimum quodque malum maxime tolerabile*] Huc pertinet illud Plauti, 'nota res mala optima:' in medicina quoque ex Hippocratis effato lib. II. aphorismo 50. 'consueta, etsi deteriora, minus noxia sunt quam insueta.'

[h] *Plebem adulari*] A Salmasio est conjectura ex Puteano, ubi legitur, *plebem aduari:* vulgo, *plebem affari.*

[i] *Secundum eam* [*in*] *litem judices dare*] Plerique scripti sic habent, *secundum eam in litem judices dare:* quod optime congruit cum Romanis moribus, apud quos magistratus judicem litigantibus dabat, non ipse per se controversias cognoscebat, in iis præsertim, quæ facti essent. Qua ratione hic erit sensus hujus loci: ut senatores Campani ad litem quamque judicandam, secundum eam, nimirum partem, (quod nomen e proximo repetendum,) quæ magis popularis esset, judices darent. Gall. *Ils donnoient des Juges favorables à la partie qui avoit le plus de crédit parmi le peuple.* In Put. et Pet. meliori scriptum est teste Gron. *Secundum eam litem judices dare.* Quod de his senatoribus, si per se ipsi judicarent, sic intelligi potest, ut quoties judices essent, litem darent secundum eam partem, &c. Gall. *Ils jugeoient en faveur de la partie la plus accréditée; ils lui faisoient toujours gagner sa cause.* Hoc enim significat, *litem secundum aliquem dare.*

sed affluenti copia voluptatium, et illecebris omnis amœnitatis maritimæ terrestrisque; tum vero ita obsequio [19] principum et licentia plebei [20] lascivire, ut nec libidini nec sumtibus modus esset. Ad contemtum legum, magistratuum, senatus,[1] accessit tum, post Cannensem cladem, ut, cujus aliqua erat verecundia, Romanum quoque imperium spernerent. Id modo erat in mora, ne extemplo deficerent,[e 2] quod connubium vetustum[k] multas familias claras ac potentes Romanis miscuerat; et quod, cum militarent aliquot apud Romanos, maximum vinculum erant [3] trecenti equites, nobilissimus quisque Campanorum, in præsidia Sicularum urbium delecti ab Romanis ac missi.

5. Horum parentes cognatique ægre pervicerunt, ut legati ad consulem Romanum mitterentur. Ii, nondum Canusium profectum, sed Venusiæ cum paucis ac semiermibus consulem invenerunt, quam poterat maxime miserabilem bonis sociis;[f] superbis atque infidelibus, ut erant Campani, spernendum. Et auxit rerum suarum suique contemtum consul nimis detegendo cladem nudandoque. Nam cum legati, ægre ferre senatum populumque Campanum, adversi quicquam evenisse Romanis, nuntiassent, pollicerenturque omnia, quæ ad bellum opus essent; 'Morem magis,' inquit, 'loquendi cum sociis servastis, Campani, jubentes, quæ opus essent ad bellum, imperare, quam convenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis. Quid enim nobis ad Cannas relictum est, ut, quasi aliquid habeamus, id, quod deest, expleri ab sociis velimus? Pedites vobis

[e] *Ut contemnerent imperium Romanum, quod adhuc nonnihil reverebantur: res una eos morabatur, ne statim desciscerent a Romanis, &c.*

[f] *Miseratione quantum dici potest dignissimum apud socios, si bene affecti fuissent.*

Vid. inf. et Not. Var.—18 Vet. lib. apud Sigon. *adesset.*—19 Malit Rupert. *jam vero ita obsequio.*—20 *Plebis* Edd. ante Gronov.—1 Al. *senatusque.*—2 Olim, *ne id extemplo efficerent.*—3 Malit Bauer. *erat.*

NOTÆ

[k] *Quod connubium vetustum*] *Connubium* est uxoris jure ducendæ facultas: habebant autem Romani connubium cum civibus Romanis; cum peregrinis ita duntaxat si concessum esset speciali lege. Campanis vero nondum omnibus, sed eorum pluribus, speciatim data civitas fuerat, ut patet ex capite sequenti.

imperemus, tanquam equites habeamus? pecuniam deesse dicamus, tanquam ea tantum desit? Nihil, ne quod suppleremus quidem, nobis reliquit fortuna. Legiones, equitatus, arma, signa, equi virique, pecunia, commeatus, aut in acie, aut binis postero die amissis[4] castris[1] perierunt. Itaque non juvetis nos in bello oportet, Campani, sed pæne bellum[5] pro nobis suscipiatis.[g] Veniat in mentem, ut trepidos quondam majores vestros intra mœnia compulsos, nec Samnitem modo hostem, sed etiam Sidicinum paventes, receptos in fidem apud Saticulam defenderimus,[6] cœptumque propter vos cum Samnitibus bellum per centum prope annos,[m] variante fortuna eventum, tulerimus. Adjicite ad hæc, quod fœdus æquum deditis,[n] quod leges vestras,[7] quod ad extremum (id quod[8] ante Cannensem certe

[g] *Igitur non tantum necesse est, ut nobis opem feratis in bello, sed ut ipsi propemodum bellum nostra causa geratis.*

4 Olim legebatur, *aut in ruinis postero die amissis.*—5 *Sed cum Pæno* Edd. ante Aldum: *sed cum Pœnis* Edd. ab Aldo ad Gronov.—6 ' *Ut trepidos quondam majores vestros ... apud Saticulam defenderimus.* V. VII. 29. sq. 32. sq. unde etiam patet, *Sidicinos* fuisse socios Campanorum. Hinc miror, neminem interpretum fuisse offensum verbis *Sidicinum paventes?* Mea qualicumque sententia legendum: *nec Samnitem modo hostem, sed etiam Romanum paventes,* populum multo potentiorem et ante hoc bellum societate amicitiaque Samnitibus junctum. Ita multo major vis inest in h. l. quem corrector male sedulus corrumpere potuit.' *Rupert.*—7 ' *Dedimus, quod leges nostras* Edd. ante Gronov. at pro *dedimus* in omnibus fere Mss. est *dedistis,* quod sensu caret; non enim Campani, sed Romani fœdus dederant, Campanis post deditionem eorum. Quare recte Gronovius *dedistis* mutavit in *deditis.*' Stroth.—8 ' Can-

NOTÆ

[1] *Aut binis postero die amissis castris*] Arridet hæc Grovoniana emendatio: legebatur, *aut in ruinis,* (vel ut Colb. *aut ruinis,*) *postero die amissis castris.*

[m] *Per centum prope annos*] Cœptum fuerat bellum contra Samnites pro Campanis anno ab U. C. 410. M. Valerio Corvo et A. Corn. Cosso coss. lib. VII. c. 30. et seqq. finitum anno 481. Sp. Carvilio et L. Papirio Cursore coss. Epitome XIV. et lib. XXIV. Duravit igitur revera annos unum et septuaginta: sed hic oratorie omnia augentur a Terentio Varrone.

Per centum prope annos] Cœperat bellum A. U. C. 412. Vide l. VII. c. 29. et 34. Desierat A. U. C. 480. Itaque accuratius Livius l. XXXI. c. 31. inducit alium dicentem *prope septuaginta annis* bellum hoc gestum fuisse. Sed territum consulem numerum de industria augentem inducit. *J. Clericus.*

[n] *Fœdus æquum deditis*] Ferri posset lectio vulgata, *quod fœdus æquum*

cladem maximum fuit[o]) civitatem nostram magnæ parti vestrum dedimus, communicavimusque vobiscum. Itaque communem vos hanc cladem, quæ accepta est, credere, Campani, oportet, communem patriam tuendam arbitrari esse. Non cum Samnite aut Etrusco res est, ut, quod a nobis ablatum sit, in Italia tamen imperium maneat. Pœnus hostis ne Africæ quidem indigenam,[9 p] ab ultimis terrarum oris, freto Oceani Herculisque columnis, expertem omnis juris et conditionis et linguæ prope humanæ, militem trahit. Hunc, natura et moribus immitem ferumque, insuper dux ipse efferavit, pontibus ac molibus ex humanorum corporum strue[q] faciendis, et (quod proloqui etiam piget) vesci humanis corporibus[r] docendo. Hos, infandis[10] pas-

tabr. τὸ *quod* non agnoscit, et melius aberit.' *Jac. Gronov.*—9 *Indigena* Mss. et Edd. nonnulli.—10 '*His infandis* melius videtur.' *Bauer.* 'Et sic omnes

NOTÆ

dedimus, quod leges nostras, &c. respectu habito ad leges a L. Furio prætore Campanis datas, M. Foslio et L. Plautio coss. ipsis hoc quasi remedium intestinæ discordiæ petentibus, qua de re lib. IX. cap. 20. Melior tamen lectio, *quod fœdus æquum deditis, quod leges vestras, &c.* Hæc enim majus beneficium indicant erga deditos, et pleniorem ipsis concessam libertatem. Narratur Campanorum deditio lib. VII. cap. 31.

[o] *Maximum fuit*] Nullum sane majus bene de republica meritis Romani beneficium tribuere se posse arbitrabantur, quam jus civitatis, quod illis temporibus sane rarum. Cicero, 'quid enim est tantum, quantum jus civitatis?'

[p] *Ne Africæ quidem indigenam*] Ita veteres libri, ut referatur ad *militem;* non, ut vulgo, *indigena*, quod referendum esset ad *Pœnus.* Ipsi enim Carthaginienses, quamvis ex Asia originem traherent, in Africa tamen haud dubie nati: sed eorum exercitus ex Numidis, qui extra Africam propriam, ex Hispanis Gallisque mercede conductis, qui Europæi, quos tamen hic Terentius Varro expertes omnis juris, et linguæ prope humanæ, ex odio vocat magis quam ulla certa ratione. Non enim Pœnorum mores et lingua minus a Romanis Italisque abhorrebant, quam Gallorum atque Hispanorum; et Gallia præsertim Cisalpina, ex qua pars copiarum Hannibalis, propior Romanis quam Africa.

[q] *Ex humanorum corporum strue*] Intelligit, ni fallor, transitum Alpium atque Apennini, ubi inter nives et glacies amissa ab Hannibale tot hominum millia ceteris pontium quasi vicem præbuere.

[r] *Vesci humanis corporibus*] Legitur quidem apud Polybium in excerptis lib. IX. Hannibali, deliberanti de commeatu copiis suis per longum ex Hispania in Italiam iter comparando, consilium dedisse Hannibal Monomachus unus e magni Hannibalis

tos epulis, quos contingere etiam nefas sit,[s] videre atque habere dominos, et ex Africa et a Carthagine jura petere, et Italiam Numidarum ac Maurorum pati provinciam esse, cui non, genito modo in Italia, detestabile sit? Pulchrum erit, Campani, prolapsum clade Romanum[11] imperium vestra fide, vestris viribus retentum ac recuperatum esse. Triginta millia peditum, quatuor equitum arbitror ex Campania scribi posse.[12] Jam pecuniæ affatim est frumentique. Si parem[13] fortunæ vestræ fidem habetis, nec Hannibal se vicisse sentiet, nec Romani victos esse.

6. Hac[14] oratione consulis dimissis redeuntibusque domum legatis, unus ex iis, Vibius Virrius,[15] 'Tempus venisse,' ait, 'quo Campani non agrum solum, ab Romanis quondam per injuriam ademtum, recuperare, sed imperio etiam Italiæ potiri possint. Fœdus enim cum Hannibale, quibus velint legibus, facturos. Neque controversiam fore, quin, cum ipse confecto bello[16] Hannibal victor in Africam decedat, exercitumque deportet, Italiæ[17] imperium Campanis relinquatur.' Hæc Virrio loquenti assensi omnes, ita renuntiant legationem,[h] uti deletum omnibus videretur nomen Romanum. Extemplo plebes ad defectionem ac pars major senatus[18] spectare. Extracta tamen, auctori-

[h] *Nuntium legationis ita divulgant.*

fere Mss. unde vellem id recepissem.' *Rupert.*—11 In Ms. Hafn. *clade Romana*, quod, tanquam venustius, et referendum ad *vestra fide*, probarunt Freinshemius, Duk. Drak. et Stroth.—12 Ita ex emendatione Lipsii habetur. Vulgo in Mss. omnibus et Edd. ante Lipsium *ex Campania vos scripsisse.*—13 Olim, *qui si parem.*

14 'Pro *Hac* forte leg. *Ab*, vel *Ab* excidit ante aut post *Hac.*' Rupert. *Ab hac* reponendum monet J. F. Gronov.—15 Al. *Sabius Virius.* Vid. Not. Var.—16 Al. *quin ipse confecto bello.*—17 Quidam Mss. *deportet, et Italiæ.*—

NOTÆ

ducibus, ut exercitum suum humanis corporibus vesci assuefaceret: sed ab ea crudelitate absolvunt Hannibalem tum Polybius ibidem, qui eo consilio usum negat, tum Porphyrius lib. II. de abstinentia ab animalibus, qui hoc falso Hannibali ascriptum tradit.

[s] *Quos contingere etiam nefas sit*] Tanquam pollutos humanis dapibus.

tatibus seniorum, per paucos dies est res: postremo vicit sententia plurium, ut iidem legati, qui ad consulem Romanum ierant, ad Hannibalem mitterentur. Quo priusquam iretur, certumque defectionis consilium esset, Romam legatos missos a Campanis, in quibusdam annalibus invenio, postulantes, ut alter consul Campanus fieret, si rem Romanam adjuvari vellent. Indignatione orta, summoveri a curia jussos esse: missumque lictorem, qui ex Urbe educeret eos, atque eo die manere extra fines Romanos juberet. Quia nimis compar Latinorum quondam postulatio erat,[19] [t] Cœliusque et alii id, haud sine causa, prætermiserant [20] scriptores, ponere pro certo sum veritus.

7. Legati ad Hannibalem venerunt, pacemque cum eo conditionibus [1] fecerunt: 'Ne quis imperator magistratusve Pœnorum jus ullum in civem Campanum haberet, neve civis Campanus invitus militaret, munusve faceret.[i] Ut suæ leges, sui magistratus Capuæ [2] essent. Ut trecentos ex Romanis captivis [3] Pœnus daret Campanis, quos ipsi elegissent; cum quibus equitum Campanorum, qui in Sicilia stipendia facerent, permutatio fieret.' Hæc pacta: alia [4] insuper, quam quæ pacta erant, facinora Campani ediderunt.[k] Nam præfectos socium [u] civesque Romanos

[i] *Aut aliquo ministerio fungi apud Pœnos cogeretur.*

[k] *Ultra ea quæ pactis comprehensa fuerant, alia præterea Campani flagitia in Romanos commisere, ea, scilicet, quæ sequuntur.*

18 Olim, *ac pars maxima senatus.*—19 Olim, *Latinorum quondam postulationi erat.*—20 'Forte *prætermiserint*, i. e. videntur prætermisisse; sed commate post *id* posito, recte habet vulgatum: *et alii id prætermiserant, haud*, neque id, *sine causa*, vel quod haud dubie non sine causa fecerint.' *Bauer.*

1 *Cum eo his conditionibus* Edd. ante Gronov.—2 Al. *sui magistratus Campanis.*—3 Al. *captivos.*—4 '*Alia* pro *illa* plerique Mss. et Edd. antt. probb. Gron. et Drak. sed post hujusmodi pronomina demonstr. res nude ac sine

NOTÆ

[t] *Latinorum quondam postulatio erat*] Vulgo *postulationi*, nihil dissono sensu: perinde enim est hanc Campanorum postulationem similem fuisse ac parem omnino postulationi Latinorum, de qua lib. VIII. c. 5. An vero vetus illud Latinorum postulatum fuerit simile novo huic Campanorum postulato. Infra c. 22. dicitur 'ipsorum quondam postulatum Latinorum.'

[u] *Præfectos socium*] Deditis urbi-

alios, partim aliquo militiæ munere occupatos, partim privatis negotiis implicitos, plebs repente omnes comprehensos, velut custodiæ causa,[5] balneis includi jussit: ubi, fervore atque æstu[6] anima interclusa, fœdum in modum expirarent. Ea ne fierent, neu legatio mitteretur ad Pœnum, summa ope Decius Magius,[7] vir, cui ad summam auctoritatem nihil, præter sanam civium mentem, defuit, restiterat. Ut vero præsidium mitti ab Hannibale audivit, Pyrrhi superbam dominationem, miserabilemque Tarentinorum servitutem, exempla referens,[l] primo, ne reciperetur præsidium, palam vociferatus est: deinde, ut receptum aut ejiceretur, aut, si malum facinus, quod a vetustissimis sociis consanguineisque defecissent, forti ac memorabili facinore purgare vellent, ut, interfecto Punico præsidio, restituerent se Romanis. Hæc (neque enim occulte agebantur) cum relata Hannibali essent, primo misit, qui vocarent Magium ad sese in castra: deinde, cum is ferociter negasset se iturum, (nec enim Hannibali jus esse in civem Campanum,) concitatus ira Pœnus, comprehendi hominem, vinctumque attrahi ad se jussit. Veritus deinde, ne quid inter vim tumultus[m] atque ex concitatione animorum in-

[l] *Memorans in exemplum periculi quod subibant Campani impotentem Pyrrhi dominatum in Tarentinos, atque horum miserandam servitutem.*
[m] *Ne tumultus aliquis, aut certamen oriretur.*

conjunct. causali *nam* narrari solent.' *Stroth.*—5 Al. *velut custodiæ suæ causa.*—6 Vet. lib. apud Sigon. *fœtore atque æstu.*—7 *Decimus Magius* et mox *M.* aut

NOTÆ

bus, qualis Capua, ut patet ex lib. VII. imponebantur a Romanis præfecti, qui jus dicerent, et publica administrarent: atque hoc discrimen erat coloniarum et præfecturarum. Nam præfecturæ vocabantur urbes Italicæ, quarum quædam erat respublica: ita tamen ut magistratus proprios non haberent, sed in eas præfecti quotannis Roma mitterentur qui eas regerent. Sed cum *præfectos sociorum* Livius dicat specie custodiæ suffocatos cum aliis, non debemus Capuæ præfectum intelligere, qui unicus fuisset: atque apparet ex hoc ipso capite Capuam non in præfecturæ loco tunc habitam, sed prætorem suum habuisse, Marium nempe Blosium: militares itaque præfectos socialium cohortium intellige, quorum aliqui tunc Capuæ in præsidio a Romanis positi essent.

consulti certaminis oriretur, ipse, præmisso nuntio ad Marium Blosium prætorem Campanum, postero die se Capuæ futurum, proficiscitur e castris cum modico præsidio. Marius concione advocata edicit, ut frequentes cum conjugibus ac liberis obviam irent Hannibali. Ab universis id non obedienter modo, sed enise,[8] favore etiam vulgi et studio visendi tot jam victoriis clarum imperatorem, factum est. Decius Magius nec obviam egressus est, nec, quo timorem aliquem ex conscientia significare posset, privatim[9] se tenuit:[n] in foro cum filio clientibusque paucis otiose inambulavit, trepidante tota civitate ad excipiendum Pœnum visendumque.[o] Hannibal, ingressus urbem, senatum extemplo postulat, precantibusque inde primoribus Campanorum, ne quid eo die seriæ rei gereret,[10] [x] diemque ut ipse adventu suo festum lætus ac libens celebraret; quanquam præceps ingenio in iram erat, tamen, ne quid in principio negaret, visenda[11] urbe magnam diei partem consumsit.

8. Deversatus[12] est apud Ninnios Celeres,[y] Stenium Pacuviumque, inclytos nobilitate ac divitiis. Eo Pacuvius Calavius, de quo ante dictum est, princeps factionis ejus, quæ traxerat rem ad Pœnos, filium juvenem adduxit, abstractum a sinu Decii Magii ac latere,[13] cum quo fero-

[n] *Nec continuit se intra privatos parietes.*
[o] *Civibus universis studiose discursantibus, et se anxie moventibus.*

M'. Blosium emend. Sigon.—8 Al. *enixe.*—9 ' Forte legend. cum Gron. *privato.*' Rupert.—10 Vid. Not. inf.—11 Al. *visendo*, al. *visendam.*
12 Al. *Diversatus*, et mox *Minios* et *Munios.*—13 ' *Abstractum a sinu Decii Magii ac latere* Stroth. et *abstr. abs D. M. latere* Gron. et Drak. edidere.

NOTÆ

[x] *Ne quid eo die seriæ rei gereret*] Correctio est Modii admodum felix, quæ erui potuit ex vetustissimo codice Puteano, in quo *sere rei.* Vulgo legebatur, *ne quid eo die fere gereret.*

[y] *Apud Ninnios* [*Minios*] *Celeres*] Meliores codices *Ninnios* scribunt. Sed tamen Pacullæ Miniæ Campanæ meminit Noster lib. XXXIX. Porro monstra (quod suspicatus fuerat Glar.) hic et in sequentibus plurima jacere notat Gron. a se, ut ait, domita fere omnia ope Puteani aliorumque librorum: qua de re ipsum vide IV. Observat.

cissime pro Romana societate adversus Punicum fœdus steterat; nec eum aut inclinata in partem alteram civitas, aut patria majestas sententia depulerat. Huic tum pater juveni Hannibalem deprecando magis, quam purgando, placavit; victusque patris precibus[14] lacrymisque etiam ad cœnam eum cum patre vocari jussit: cui convivio neminem Campanum, præterquam hospites Jubelliumque Tauream, insignem bello virum, adhibiturus erat. Cœperunt epulari de die, et convivium non ex more Punico, aut militari disciplina esse, sed, ut in civitate atque etiam domo,[z] diu ad varias omnium voluptatium illecebras instructa.[15] Unus nec dominorum invitatione,[a] nec ipsius interdum Hannibalis, Calavii filius Perolla vinci potuit; ipse valetudinem excusans, patre animi quoque[16] ejus haud mirabilem interturbationem causante.[p] Solis ferme occasu patrem Calavium, ex convivio egressum, secutus filius, ubi in secretum (hortus erat posticis ædium partibus) pervenerunt, 'Consilium,' inquit, 'affero, pater, quo non veniam solum peccati, quod[17] defecimus[b] ad Hannibalem, impe-

[p] *Et turbatum filii animum, quod mirum non erat in eo rerum statu.*

Illi emendationi favent plerique Mss. huic nonnisi unus.' *Rupert.*—14 Conj. Rupert. *victusque Pœnus precibus* sc. patris.—15 'Hæc est lectio omnium et Edd. et Mss. nisi quod in iis *instructum*, et in plerisque Mss. *omnibus illecebris* legitur. Ea firmatur imitatione Curtii v. 1. 36. 'Nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit. Nihil urbis ejus' (Babylonis) 'corruptius moribus, nec ad irritandas illiciendasque immodicas voluptates instructius.' Longius ab illa recedunt aliorum emendationes, *domo luxuriosa*, vel *divite, omnibus v. illecebris instructum.*' Rupert.—16 '*Ipso valetudinem, patre animi quoque* cet. conj. Doering. In Mss. est magna varietas lectionis. Nostra debetur Gronovio

NOTÆ

[z] *Ut in civitate atque etiam domo* [*luxuriosa*] In libris scriptum est, *domo* (alias *modo*) *diu ad varias voluptatum illecebras instructum:* verum desiderabatur aliquod epitheton civitatis ac domus: unde Sigonius fecerat *domo divite, ad varias, &c.* Sed tamen ad splendide instructum convivium exprimendum facit valde adverbium *diu.* Quid si, insertis duabus duntaxat literis, legamus *ut in ea civitate atque etiam domo,* qualis nempe civitas Capua, qualis domus principis inter Campanos viri. Gron. reponit *domo luxuriosa,* ad rem quidem apposite; at longius a scriptis et editis.

[a] *Nec dominorum invitatione*] Stenii nempe, et Pacuvii seu Paculli Miniorum, apud quos epulabantur.

[b] *Peccati, quod defecimus*] Mavult

traturi ab Romanis, sed in multo majore dignitate et gratia simus Campani, quam unquam fuimus.' Cum mirabundus pater, 'quidnam id esset consilii,' quæreret; toga rejecta ab humero, latus succinctum gladio nudat: 'Jam ego,' inquit, 'sanguine Hannibalis sanciam Romanum fœdus. Te id prius scire volui, si forte abesse, dum facinus patratur,[18] malles.'

9. Quæ ubi vidit audivitque senex, velut si jam agendis, quæ audiebat, interesset, amens metu, 'Per ego te,' inquit, 'fili, quæcumque jura liberos jungunt parentibus, precor quæsoque, ne ante oculos patris facere et pati omnia infanda velis. Paucæ horæ sunt, intra quas jurantes per quid Deorum est, dextræ dextras jungentes, fidem obstrinximus, ut sacratas fide manus,[q c] digressi ab colloquio, extemplo in[19] eum armaremus? Ab hospitali mensa surgis, ad quam tertius Campanorum adhibitus es ab Hannibale, ut eam ipsam mensam cruentares hospitis sanguine? Hannibalem pater filio meo potui placare, filium Hannibali non possum? Sed sit nihil[20] sancti,[d] non

[q] *Dextris nostris amplexi dextram Hannibalis dedimus fidem, ut ad sacratas jurejurando mensas cum eo comederemus.*

in Obss. IV. 4.' *Rupert.*—17 *Quo* Edd. ante Drak.—18 'Forte *patraretur;* sed non urgeo: nam sane de re ut præsenti sermo.' *Bauer.*

19 In Edd. vett. legitur: *ut sacrata fide mansissemus, digressi ab c. ext. i. e. armaremur.* In Edd. ab Ascens. 1513. ad Crevier. *ut sacratis de mensis essemus, digr. . . . armaremur.* 'Forte leg. *fidem obstrinximus: et sacratas fide manus . . . in eum* (Hannibalem) *armamus?* et mox *cruentes* pro *cruentares,* quod minus apte refertur ad *adhibitus es.*' Rupert.—20 *Sed si nihil* Edd. ante Gro-

NOTÆ

Gronovius, *quo defecimus,* id est, peccati in eo commissi, quod defecerimus a Romanis.

[c] *Ut sacratas fide manus*] In Colb. scriptum est, *ubi sacrata fide mansissemus:* quod forte ita accipi potest: postquam fide Hannibali data, cum eo aliquantum mansimus, nunc digressi, &c. Optimi alii, *ut sacracratis fide mensis digressi.*

Sacratis de mensis essemus] Facile esset interpretari: ut hospitali mensæ, adeoque sacræ, accumbentes una convivaremur. Sed cum Mss. habeant *sacratas fide mansis,* quærendum quid inde fieri possit. Alienæ conjecturæ non placent, nec quicquam melius invenio. *J. Clericus.*

[d] *Sed sit nihil sancti*] Hoc melius quam quod vulgo, *sed si nihil sancti.*

fides, non religio, non pietas: audeantur infanda, si non perniciem nobis cum scelere afferunt. Unus aggressurus es Hannibalem? Quid illa turba tot liberorum[e] servorumque? quid in unum intenti omnium oculi? quid tot dextræ? torpescentne in amentia illa? Vultum ipsius Hannibalis, quem armati exercitus sustinere nequeunt, quem horret populus Romanus, tu sustinebis? et, alia[1] auxilia desint, me ipsum ferire, corpus meum opponentem pro corpore Hannibalis, sustinebis? Atqui per meum pectus petendus ille tibi transfigendusque est. Deterreri hic sine te potius, quam illic vinci. Valeant preces apud te meæ,[r] sicut pro te hodie valuerunt.' Lacrymantem inde juvenem cernens, medium complectitur, atque, osculo hærens, non ante precibus abstitit, quam pervicit, ut gladium poneret, fidemque daret, nihil facturum tale. Tum juvenis, 'Ego quidem,' inquit, 'quam patriæ debeo, pietatem exsolvam patri. Tuam doleo vicem, cui ter proditæ patriæ sustinendum est crimen; semel, cum defectionis ab Romanis; iterum, cum pacis cum Hannibale fuisti auctor; tertio hodie,[2 f] cum restituendæ Romanis Capuæ mora atque impedimentum es. Tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hanc arcem hostium inii,[3 g] quando parens extorquet, recipe.'[4] Hæc

[r] *Permitte potius te abduci ab incepto, &c. Efficaces sint meæ preces erga te.*

nov.—1 *Ut alia* reposuit Stroth. *Tales* vel *talia* pro *et alia* in Mss. et Edd. antt. Vid. Not. Var.—2 *Tertium hodie* legit Tan. Faber.—3 '*Hanc arcem hostium inii* ex emend. Rubenii cum Stroth. recepi pro vulg. *hanc arcem defendere volebam, hosti minime parcens.* A tribus optimis Mss. Flor. Cantabr. et Put. absunt verba *defendere volebam* et *parcens:* in Put. autem extat *hanc arcem hostrimini.*' Rupert.—4 Vet. lib. apud Sigon. *accipe.*

NOTÆ

[e] *Tot liberorum*] Num potius *tot libertorum?* Nam a libertis Hannibalis, vel magis quam a servis metuendum: utriusque generis plures facile adesse potuerunt epulanti.

[f] *Tertio hodie*] Legit Tan. Faber *tertium hodie,* opinor ne *tertio* videatur referri ad *die:* sed quis non videt *tertio* ibi adverbium esse?

[g] *Hanc arcem hostium inii* [*defendere volebam, hosti minime parcens*] Rubenius apud Gronovium sic scribit, *hanc arcem hostium inii:* conjectura ducta ex vitiosa Puteani scriptura *hanc arcem hostrimini, quoniam parens, &c.* Videtur enim, inquit, commode do-

cum dixisset, gladium in publicum trans maceriam horti abjecit: et, quo minus res suspecta esset, se ipse convivio reddidit.

10. Postero die senatus frequens datus Hannibali.[5] Ubi prima ejus oratio perblanda ac benigna fuit, qua gratias egit Campanis, quod amicitiam suam Romanæ societati præposuissent; et[6] inter cetera magnifica promissa pollicitus, brevi caput Italiæ omni[7] Capuam fore,[h] juraque inde cum ceteris populis Romanum[8] etiam petiturum. Unum esse exsortem Punicæ amicitiæ fœderisque secum facti, quem neque esse Campanum, neque dici debere, Magium Decium. Eum postulare, ut sibi dedatur, ac se præsente de eo referatur, senatusque consultum fiat. Omnes in eam sententiam ierunt: quanquam magnæ parti et vir indignus ea calamitate, et haud parvo initio[9] minui videbatur jus libertatis. Egressus curia, in templo magistratus consedit; comprehendique Decium Magium atque ante pedes destitutum[s] causam dicere jussit. Qui cum, manente ferocia animi, negaret lege fœderis id cogi posse, tum injectæ catenæ, ducique ante lictorem in castra est jussus. Quoad capite aperto est ductus, concionabundus incessit, ad circumfusam undique multitudinem vociferans: 'Habetis libertatem,[10] Campani, quam petistis. Foro medio, luce clara,

[s] *Constitutum ad pedes judicum.*

5 Olim, *datur Hannibali.*—6 *Et* ante *inter* delendum videtur Bauero.—7 Edd. vett. *omnis.*—8 Vet. lib. apud Sigon. *cum ceteris populum Romanum.*—9 Vet. lib. apud eundem *judicio.*—10 '*Habetis eam libertatem.* Sigonius, *Habetis en libertatem.* Sed nostri omnes utravis voce carent.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

mum, ubi Hannibal diversabatur, hostium arcem appellare. Tanaq. Faber legendum auguratur *tu, patria, ferrum, quo pro te armatus hoste multum volebam, quando parens extorquet, recipe.* Cetera putat ex glossematis esse.

[h] *Caput Italiæ omni* [*omnis*] *Capuam fore*] Libri, Gronovio teste, habent *omni*, quæ lectio confirmatur ex Plauto in Asinaria, 'ego caput huic argento fui hodie reperiundo.' Verum alia est Plauti sententia, alia Livii; nam 'caput huic argento reperiundo,' idem est ac auctor et inventor fui pecuniæ inveniendæ: *Caput* autem *Italiæ omnis* significat *Capuam* principem futuram totius Italiæ populorum ac civitatum.

videntibus vobis, nulli Campanorum secundus, vinctus ad mortem rapior. Quid violentius Capua capta fieret? Ite obviam Hannibali, exornate urbem, diemque adventus ejus consecrate, ut hunc triumphum de cive vestro spectetis.' Hæc vociferanti,[11] cum moveri vulgus videretur, obvolutum caput est, ocyusque rapi extra portam jussus. Ita in castra perducitur: extemploque impositus in navim et Carthaginem missus;[12] ne, motu aliquo Capuæ ex indignitate rei orto, senatum quoque pœniteret dediti principis, et, legatione missa ad repetendum eum, ne[13] aut negando rem, quam primum peterent, offendendi sibi novi socii, aut tribuendo, habendus Capuæ esset seditionis ac turbarum auctor. Navem Cyrenas detulit tempestas,[i] quæ tum in ditione regum[14] erant.[k] Ibi cum Magius ad statuam Ptolemæi regis confugisset, deportatus a custodibus Alexandriam ad Ptolemæum, cum eum[15] docuisset, contra jus fœderis vinctum se ab Hannibale esse, vinculis liberatur; permissumque, ut rediret, seu Romam, seu Capuam mallet. Nec Magius Capuam sibi tutam dicere; et Romam eo tempore, quo inter Romanos Campanosque bellum sit, transfugæ magis, quam hospitis, fore domicilium. Nusquam malle, quam in regno ejus, vivere, quem vindicem atque auctorem habeat libertatis.

11. Dum hæc geruntur, Q. Fabius Pictor legatus a Delphis Romam rediit,[16] responsumque ex scripto recitavit: Divi quoque in eo erant,[l] quibus quoque modo supplicare-

—11 Al. *Hæc eo vociferante.*—12 Malit Sigon. *est Carthaginem missus.*—13 'Forte del. *ne*, aut interponendum verbis *et legatione.*' Duk. Pro *primum* J. F. Gronov. et Bauer. conj. *primam*, et in textum recepit Kreyssigius.—14 Vid. Not. Var. 'Vix dubium, quin pro *regum* scripserit *Ægypti*, et librarii hoc nomen proprium more suo corruperint.' *Rupert.*—15 Al. *dum eum.*

NOTÆ

[i] *Cyrenas detulit tempestas*] Nomen Cyrenaicæ regioni, quæ media inter Ægyptum et Tripolitanam, dedit urbs Cyrenæ, quæ hodie paululum detorto nomine *Corene*, regio autem *Barca.*

[k] *In ditione regum erant*] Modo Ægypti regibus Ptolemæis paruerunt Cyrenenses post Alexandrum: modo proprios ex eodem sanguine reges habuere. Hoc tempore parebant Ptolemæo 4. Ægypti regi, qui Philopator et Tryphon cognominatus.

tur: tum: 'Si ita faxitis,[17] Romani, vestræ res meliores facilioresque[18] erunt:[m] magisque ex sententia res publica vestra vobis procedet, victoriaque duelli populi Romani erit. Pythio Apollini, re publica vestra bene gesta servataque, lucris meritis[19] donum mittitote,[n] deque præda, manubiis spoliisque honorem habetote, lasciviam a vobis prohibetote.' Hæc ubi ex Græco carmine interpretata recitavit, tum dixit, 'se oraculo egressum extemplo[t] his omnibus Divis rem divinam thure ac vino fecisse:[o] jussumque ab templi antistite,[20] sicut coronatus laurea corona[1] et oracu-

[t] *Postquam e loco ubi redduntur oracula, exierat.*

16 Al. *Q. Fabius Pictor a Delphis Romam rediit.*—17 '*Tum si ita faxitis.* Voculam primam in postrema editione subnotavit lineola pater, forte suspicatus repetitam ex ultima syllaba vocis præcedentis. Nihil tamen ex Mss. notatum video.' *Jac. Gronov.*—18 Vet. lib. apud Sigon. *felicioresque.*—19 *Lubentes merito*, vel *divisque meritis* conj. J. F. Gronov. Vid. inf. et Not. Var. —20 Olim legebatur: *omnibus Diis rem . . . jussumque ab antistite.*—1 'Vocem *corona* et mox *coronatum* glossatori deberi, jam suspicati sunt alii. Illa abest

NOTÆ

[1] *Divi quoque in eo erant*] Malim *divi quique:* Gallice, *chacun des Dieux.* Etenim particula *quoque* subjungi solet iis quæ dicta sunt de re aliqua: hic autem nulla adhuc oraculi pars recitata erat.

[m] *Meliores facilioresque erunt*] Ita melioris notæ libri ex Gronov. Sigon. contra illorum fidem intrusit *felicioresque*, pro *facilioresque:* cujus tamen eadem vis apud optimos auctores, Ciceronem inprimis VI. Famil. 5. 'Res et fortunæ tuæ mihi maximæ curæ sunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi et meliores videntur.'

[n] *Lucris meritis donum mittitote*] Sic explicari potest, ut sit, perceptis lucris, sive commodis, quæ Deorum nutu promeritos vos esse contigeret. Forte, *divisisque meritis*, ut intelligantur Dii quoque alii, qui cum Apolline Delphis colebantur, donaria promeriti a Romanis. Scaliger apud Festum legit, *lucaris meriti dono:* quasi dicatur, loco pretii et mercedis debitæ. 'Lucar' enim, ut ait Festus, est 'æs,' sive pretium, 'quod ex lucis captatur.'

[o] *Rem divinam thure ac vino fecisse*] Hæc sacrificiorum initia et quasi rudimenta, quibus Deum placari Veteres putabant, castis potius animis quam divitibus donis: quo pertinet illud duodecim tabularum: 'ad Divos adeunto caste: pietatem adhibento, opes amovento.' Et sane tanta in sacrificando priscorum frugalitas fuit, ut Samiis vasis libarent. Quin Romulus lacte semper, non vino, libavit. Et L. Papirius, adversus Samnites dimicaturus, votum non aliud fecit, si vicisset, quam Jovi pocillum (an *pauxillum*) vini, ex Liv. nostro lib. X. cap. 42. Vide et ejusdem libri cap. 23.

lum adisset et rem divinam fecisset, ita coronatum navim ascendere, nec ante deponere eam, quam Romam pervenisset. Se, quæcumque imperata sint, cum summa religione ac diligentia executum; coronam Romæ in aram[2] Apollinis deposuisse.' Senatus decrevit, ut eæ res divinæ supplicationesque primo quoque tempore cum cura fierent. Dum hæc Romæ[3] atque in Italia geruntur, nuntius victoriæ ad Cannas Carthaginem venerat Mago Hamilcaris filius; non ex ipsa acie a fratre missus, sed retentus aliquot dies in recipiendis civitatibus Bruttiorum, quæque deficiebant.[4] Is, cum ei senatus datus esset, res gestas in Italia a fratre exponit:[5] 'Cum sex imperatoribus[p] eum, quorum quatuor consules,[6] duo dictator ac magister equitum fuerint, cum sex consularibus exercitibus acie conflixisse: occidisse supra ducenta millia hostium: supra quinquaginta millia cepisse. Ex quatuor consulibus duos occidisse; ex duobus saucium alterum, alterum, toto exercitu amisso, vix cum quinquaginta hominibus effugisse. Magistrum equitum, quæ consularis[7] potestas sit,[q] fusum fugatumque:

etiam a Ms. Cantabr.' *Rupert.*—2 *In ara* Edd. ante Crevier.—3 '*Dum hæc Romæ* cet. hic initium novi capitis erat faciendum.' *Rupert.*—4 *Quæ def.* Edd. ante Gronov.—5 Al. *exposuit.*—6 'Quod jam alii notarunt, suspicari possis: *Cum septem imperatoribus eum, quorum quinque consules,* (P. Cornelius Scipio, Ti. Sempronius, C. Flaminius, L. Æmilius Paullus, C. Terentius Varro,) *duo dictator ac mag. eq. fuerint,* (Q. Fabius et M. Minucius,) *cum sex* (immo pluribus) *consularibus exercitibus.... Ex quinque consulibus duos* (Flaminium et Paullum) *occidisse, ex duobus saucium alterum,* (Scipionem,) *alterum* (Varronem) *toto exercitu* cet. Sed illa *ex quinque consulibus* non satis conveniunt sequentibus, et vix probabile, omnes librarios ad veram lectionem toties corrumpendam conspirasse. Quis vero sibi persuadeat, Livium tam turpiter labi potuisse, et Magonem elevasse potius rem, quam amplificasse?' *Rupert.*—

NOTÆ

p *Cum sex imperatoribus*] Septem enumerat Glareanus: nempe quinque consules, P. Scipionem, Ti. Sempronium, C. Flaminium, L. Æmilium Paullum, C. Terentium Varronem; quorum duo in acie occubuerant, Flaminius et Æmilius Paullus. Præterea Q. Fabium dictatorem et M. Minucium magistrum equitum Fabio exæquatum. Videtur itaque omissus a librariis potius quam a Magone, aut Livio ipso, Sempronius, qui ad Trebiam victus.

q *Quæ consularis potestas sit*] Id non usquequaque verum: erat enim magister equitum imperio dictatoris obnoxius. Sed de Minucio, qui potestate Fabio æquatus extra ordinem

dictatorem, quia se in aciem nunquam commiserit, unicum haberi imperatorem. Bruttios Apulosque, partim[8] Samnitium[r] ac Lucanorum defecisse ad Pœnos. Capuam, quod caput, non Campaniæ modo, sed, post afflictam rem Romanam Cannensi pugna, Italiæ sit, Hannibali se tradidisse. Pro his tantis totque victoriis, verum esse,[u] grates[s] Deis[9] immortalibus agi haberique.'

12. Ad fidem deinde tam lætarum rerum, effundi in vestibulo curiæ jussit annulos aureos, qui tantus acervus fuit, ut, metientibus dimidium super tres modios[10] explesse, sint quidam auctores. Fama tenuit, quæ propior vero est, haud plus fuisse modio.[t] Adjecit deinde verbis, quo majoris cladis indicium esset, neminem, nisi equitem, atque eorum ipsorum primores,[u] id gerere insigne. Summa fuit

[u] *Justum esse.*

7 Al. *qui consularis.*—8 *Partem* forma recentiore Edd. ante Gronov. Antiquiorem *partim* ex optimis Mss. reduxit Gronovius.—9 In Edd. ante Gronov. legitur *verum sacrum Diis, &c.*

10 ' *Dimidium super tres modios.* Duos modios memorat Flor. II. 16. tres Plin. XXXIII. 1. s. 6. et Augustin. Civ. Dei III. 19. Excessisse modii mensuram, dicit auctor Epist. unde tamen mox legere nolim *paulo plus fuisse modio*

NOTÆ

fuerat, dici id potuit: porro potestas recte dicitur de magistratu, cujus imperium par consulari.

[r] *Partim Samnitium*] Vulgo *partem Samnitium.* Vide tamen Gronov. Observat. III. 2.

[s] *Verum esse, grates*] Ex diversis lectionibus hæc sola probabilis.

[t] *Haud plus fuisse modio*] Hoc simile est vero, quanquam priori opinioni accedere videtur Plinius lib. XXXIII. cap. 1. Qui tamen, ut rem probabilem faciat, comminiscitur Punico II. bello promiscuum fuisse annulorum aureorum apud Romanos usum. Et sub imperatoribus quidem verum est id ingenuos omnes usurpasse, ut a Libertinis distinguerentur: ideoque Libertini jus aureorum annulorum impetrare soliti rescripto principis: donec Justinianus id libertis, etiam citra rescriptum, generaliter indulsit.

[u] *Eorum ipsorum primores*] Si de equitibus in genere accipiatur, verum aliquatenus erit; non si de equestri ordine: erant enim duo equitum genera: alii equo privato militabant, ita ut ex equestri ordine non essent, alii, in ordinem relati ex equestri fere censu quadringentorum millium sestertium, a censoribus accepto equo publico militabant: et hi soli vetustis temporibus insigne habebant annulum aureum, et angustum clavum illo ab inferiori plebe, hoc a senatoribus distincti.

orationis, ‘ Quo propius spem[11] belli perficiendi sit, eo magis omni ope juvandum Hannibalem esse. Procul enim ab domo militiam esse, in media hostium terra. Magnam vim frumenti, pecuniæ,[12] absumi; et tot acies, ut hostium exercitus delesse, ita victoris etiam copias parte aliqua minuisse. Mittendum igitur supplementum esse, mittendam[13] in stipendium pecuniam frumentumque tam bene meritis de nomine Punico militibus.’ Secundum hæc dicta Magonis lætis omnibus, Himilco, vir factionis Barcinæ,[14] [x] locum Hannonis increpandi esse ratus, ‘ Quid est, Hanno?’ inquit. ‘ Etiam nunc pœnitet[15] belli suscepti adversus Romanos? Jube dedi Hannibalem: veta in tam prosperis rebus grates[16] Diis immortalibus agi.[y] Audiamus Romanum senatorem in Carthaginiensium curia.’ Tum Hanno: ‘ Tacuissem hodie, Patres conscripti, ne quid in communi omnium gaudio, minus lætum quod esset vobis, loquerer. Nunc interroganti senatori,[17] [z] pœniteatne me adhuc suscepti adversus Romanos belli, si reticeam, aut superbus, aut obnoxius videar: quorum alterum est hominis alienæ libertatis obliti, alterum suæ. Respondeam igitur Himilconi,[18] non desisse pœnitere me belli, neque desiturum ante invictum vestrum[19] imperatorem incusare, quam finitum aliqua tolerabili conditione bellum videro: nec mihi pacis antiquæ desiderium ulla alia res, quam pax nova finiet. Itaque ista, quæ modo Mago jactavit, Himilconi

cum Periz. anim. hist. c. 9. p. 378. quod etiam monuit jam Duk.’ *Rupert.*—11 *Spes* Edd. ante Gronov.—12 Al. *frumenti pecuniæque.*—13 ‘ A Livii calamo reor prodiisse *mittenda.*’ Jac. Gronov.—14 Al. *Barchinæ.*—15 Vet. lib. apud Sigon. *etiam nunc te pœnitet.*—16 Al. *gratias.*—17 Sigonius voluit *interrogante senatore.*—18 Olim legebatur *Respondeam, inquit, Himilconi.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[x] *Factionis Barcinæ*] Quæ Hannibali favebat.

[y] *Grates Diis immortalibus agi*] Sic habent Mss. quidam, Gronovio teste; alii *sacrum*, perperam; nonnulli *gratias*, ex sententia Grammaticorum, qui poëtis magis quam oratoribus convenire volunt *grates.*

[z] *Interroganti senatori*] Recte et eleganter *alicui reticere:* unde nihil erat quod mutaret Sigonius, et pro *interroganti senatori* scriberet *interrogante senatore.*

ceterisque Hannibalis satellitibus jam læta sunt.[20] Mihi possunt læta esse, quia res bello bene gestæ, si volumus fortuna uti, pacem nobis æquiorem dabunt. Nam si prætermittimus hoc tempus, quo magis dare, quam accipere, possumus] videri pacem, vereor, ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis ac vana evadat. Quæ tamen nunc quoque qualis est? Occidi exercitus hostium: mittite milites mihi. Quid aliud rogares, si esses victus? Hostium cepi bina castra, prædæ videlicet plena et commeatuum; frumentum et pecuniam date. Quid aliud, si spoliatus,[1] si exutus castris esses, peteres? Et, ne omnia ipse mirer, (mihi quoque enim, quoniam respondi Himilconi, interrogare jus fasque est,) velim seu Himilco, seu Mago respondeat: cum ad internecionem Romani imperii pugnatum ad Cannas sit, constetque in defectione totam Italiam esse; primum ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo, ex quinque et triginta tribubus, ad Hannibalem transfugerit?' Cum utrumque Mago negasset: 'Hostium quidem ergo,' inquit, 'adhuc nimis multum superest.[2] Sed, multitudo ea quid animorum, quidve spei habeat, scire velim.'

13. Cum id nescire,[3] Mago diceret; 'Nihil facilius scitu est,' inquit. 'Ecquos legatos ad Hannibalem Romani miserunt de pace? ecquam denique mentionem pacis Romæ factam esse, allatum ad vos est?' Cum id quoque negasset, 'Bellum igitur,' inquit, 'tam integrum habemus, quam habuimus, qua die Hannibal in Italiam est transgressus.[4] Quam varia victoria priore Punico[5] bello[a] fuerit, plerique,

—19 *Nostrum* Edd. ante Crevier.—20 'Forte *jam* aut *tam læta sint.*' Rupert. Conj. J. F. Gronov. *jactavit, et Himilconi .... tam læta sunt.*—1 Olim, *quid aliud inquam si spoliatus.*—2 Al. *adhuc multum superest.*

3 Al. *Cum id se nescire.*—4 Al. *in Italiam est ingressus.*—5 'Dele τὸ *Punico,*

NOTÆ

[a] *Priore Punico bello*] Advertit Gron. illud *Punico* ridicule a Livio positum, cum hominem Pœnum, Hannonem, loquentem inducat: aut itaque delendum, aut substituendum *Romano*, vel melius *priore pugnatum bello.*

Priore Punico bello] Si hæc sunt a manu Livii, imprudens more Roma-

qui meminerimus, supersumus. Nunquam terra marique magis prosperæ res nostræ visæ sunt, quam ante consules C. Lutatium et A. Postumium fuerunt. Lutatio et Postumio consulibus, devicti ad Ægates[b] insulas sumus. Quod si (id quod Dii omen avertant) nunc quoque fortuna aliquid variaverit; tum pacem speratis, cum vincemur, quam nunc, cum vincimus,[6] dat nemo? Ergo, si quis de pace consulet, seu deferenda hostibus, seu accipienda, habeo, quid sententiæ dicam: si de iis, quæ Mago postulat, refertis, nec victoribus mitti attinere puto, et frustrantibus nos falsa atque inani spe multo[7] minus censeo mittenda esse.' Haud multos movit Hannonis oratio. Nam et simultas cum familia Barcina leviorem auctorem faciebat,[x] et occupati animi præsenti lætitia nihil, quo vanius fieret gaudium suum, auribus admittebant: debellatumque mox fore, si anniti paululum voluissent, rebantur. Itaque ingenti consensu fit senatus consultum, ut Hannibali quatuor Numidarum millia[8] [c] in supplementum mitterentur, et quadraginta elephanti et argenti multa talenta.[d] Dictatorque cum Magone[e] in Hispaniam præmissus est

[x] *Fidem ei detrahebat.*

aut, si vis, subjice *Romano* vel *Italico*, aut *pugnatum.*' J. F. Gronov.—6 ' *Cum vincimur, quam nunc vicimus dat nemo.* Legendum perspicue: *quam nunc cum vicimus.*' Sigon.—7 ' *Falsa atque inani victoria multo.* Exterminant τὸ *victoria*, ejusque vice Put. *falsa atque inanis quæ multo;* Pet. et Men. *falsa atque inania que;* Voss. *falsa atque inania multo.* Scribe, *falsa atque inani spe multo.* Nempe Mago ipse dixerat: ' quo propius spem belli perficiendi sit.'' *J. F. Gronov.*—8 ' *Quatuor Numidarum* sc. equitum *millia:* ante *millia* excidisse *viginti peditum* putabat Drak. ego autem, *duodecim millia peditum*, de quibus v. cap. 32. Quod caput si contuleris cum Nostro, vel ibi vel h. l. plura corrupta suspicari possis. Mox pro *multa* Muretus acute conjecit *M. VCta*, h. e. *mille quingenta*, et Gron. *mille* ex cap. 32.' *Rupert.*

NOTÆ

no loquentem Pœnum inducit. *J. Clericus.*

[b] *Devicti ad Ægates*] De hac Lutatii victoria, qua pacem petere coacti Carthaginienses, dictum lib. XXI.

[c] *Quatuor Numidarum millia*] Ita Lips. et Gronov. ex Puteano codice, ubi numerum his notis scriptus ∞ ∞ ∞ ∞. licet vulgo, aucto in decuplum numero, editum sit *quadraginta Numidarum millia.*

[d] *Multa talenta*] Non insubtiliter Muretus legit *M.V.C^ta*, quod explicat *mille quingenta.* Sed pro *multa* sufficit si legantur *mille*, ut Gronov. conjicit ex cap. 32. quæ summa efficeret nunc 240000. libr. Fr.

[e] *Dictatorque cum Magone*] Dicta-

ad conducenda viginti millia peditum, quatuor equitum, quibus exercitus, qui in Italia, quique in Hispania erant, supplerentur.

14. Ceterum hæc, ut in secundis rebus, segniter otioseque gesta. Romanos, præter insitam industriam animis, fortuna etiam cunctari prohibebat. Nam nec consul ulli rei, quæ per eum agenda esset, deerat; et dictator M. Junius Pera,[9] [f] rebus divinis perfectis, latoque, ut solet, ad populum, ut equum escendere liceret,[g] præter duas urbanas legiones, quæ principio anni a consulibus conscriptæ fuerant, et servorum delectum cohortesque ex agro Piceno et Gallico collectas,[h] ad ultimum prope desperatæ rei publicæ auxilium, cum honesta utilibus cedunt, descendit, edixitque:[i] 'Qui capitalem fraudem ausi,[k] quique pecuniæ

NOTÆ

torem habuere Carthaginienses quoque, ut ex Gellio colligitur lib. x. cap. 23. vel potius in dignitate summi imperatoris Carthaginiensium aliarumque gentium exprimenda usi sunt Romani, recepto apud se dictatoris nomine.

[f] *M. Junius Pera*] Ex eo, quod legitur in quibusdam libris, *M. Junius per rebus*, conjicit Gronovius *M. Junius Pera, rebus.* Est enim *Pera* cognomen Juniæ gentis: unde Valerium quoque emendat, apud quem lib. VII. cap. 6. scribitur vulgo: 'Cannensis autem clades adeo urbem nostram confudit, ut M. Junii opera dictatura;' ubi reponit ipse *ut M. Junio Pera dictatore* rempublicam administrante.

[g] *Ut equum escendere* [*ascendere*] *liceret*] Notat Plutarchus, in Fabio, veteri lege cautum fuisse, ne dictator equo uti posset: sive quod imperatori in legione permanendum censerent inter pedites, in quibus plus roboris, ac ne locus ab eo deseri posset, sive quod summam in ceteris omnibus dictatoris potestatem hoc pacto temperare voluerint antiqui. Addit Plutarchus id Senatum petenti Fabio Maximo Verrucoso, contra legem, concessisse, ut equo vehi posset; datumque id hominis virtuti et tempori, cum cæsis ad Cannas Romanis, in uno Fabio dictatore creato melioris fortunæ spes reposita videretur. Id nunc Livius M. Junio dictatori attribuit. Gronov. pro *ascendere* scribit *escendere:* neque unde illud verbum hic intruserit, et cur eo uti maluerit, hoc loco indicat.

Equum escendere] Formula antiqua, quæ significat jus belli gerendi. Vide Plut. in Fabio. *J. Clericus.*

[h] *Cohortesque ex agro Piceno et Gallico collectas*] Facit *cohortium* nomen, hoc tempore parum usitatum, ut non jure sociali auxiliares hos milites collectos putem, sed potius conductos.

[i] *Descendit, edixitque*] Sic omnino lege post Lipsium; refertur enim τὸ *descendit* ad ea quæ præcedunt, ut scilicet dictator ad ultimum desperatæ reip. remedium descenderit. Nec audiendi librarii, qui pro *edixitque* scripserunt *equo, dixitque*, quasi edic-

judicati in vinculis essent,[y] qui eorum apud se milites fierent, eos noxa pecuniaque sese exsolvi jussurum.' Ea sex millia hominum[1] Gallicis spoliis, quæ triumpho C. Flaminii translata erant, armavit.[10] Itaque cum[11] viginti quinque millibus armatorum ab Urbe proficiscitur. Hannibal, Capua recepta, cum iterum Neapolitanorum animos, partim spe, partim metu, nequicquam tentasset, in agrum Nolanum exercitum traducit; [et][12] ut non hostiliter statim, quia non desperabat voluntariam deditionem, ita, si morarentur spem, nihil eorum, quæ pati aut timere possent, prætermissurus. Senatus[m] ac maxime primores ejus in societate Romana cum fide perstare; plebs novarum, ut solet, rerum atque Hannibalis tota esse; metumque agrorum populationis et patienda in obsidione multa gravia indignaque proponere animo. Neque auctores defectionis deerant. Itaque ubi senatum metus cepit, si propalam tenderent, resisti multitudini concitatæ non posse; secunda[13] simulando dilationem mali inveniunt. Placere enim sibi defectionem ad Hannibalem simulant: quibus autem

[y] *Condemnati propter debitam pecuniam, et addicti creditoribus, in vinculis haberentur.*

9 Cognomen *Pera* abest ab Edd. ante Gronov.—10 'Hoc loco nexum desiderari verborum jam notavit Doering. Malim tamen anacoluthon agnoscere, quam cum eo legere: *M. Junius Pera .... præter duas urbanas legiones ... dum ad ultimum prope .... jussurum, sex millia hominum .... armavit.* Lenius fluet oratio, si reposueris: *cohortes quoque ex agro Piceno et G. collegis, et ad ultimum.*' Rupert. *Descendit equo dixitque* Edd. ante Gronov. *Jussurum et sex* Edd. ante Gronov. Vid. Not. Var.—11 Vet. lib. apud Sigon. *Ita cum.*—12 Copulam *et*, quam delendam esse jam alii censuerunt, uncinis inclusit Rupert.—13 *Secunda* pro vulg. *clam* ex optimis Mss. cum Stroth. recepi auctore Gron. qui tamen malebat: *posse, obsecundando dilationem m. i.* quod omnino arridere potest collato simili loco III. 35. 'Propalam obviam ire cupiditati parum ausi, obsecundando (blande cedendo) mollire impetum aggrediuntur.'

NOTÆ

tum illud commune aliquid haberet cum usu equi dictatori permisso, de quo paulo antea.

[k] *Qui capitalem fraudem ausi*] Intelligit capitalis criminis reos: neque enim crimen sine dolo et fraude. Sic Noster lib. XVI. c. 26. 'capitalia ausi plerique.' Et Virg. VI. Æneid. 'Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.'

[l] *Ea sex millia hominum*] Ex capitalium criminum reis, et obæratis nexisve, militum millia sex collecta vult, et Gallorum spoliis armata.

[m] *Senatus*] Nolanus scilicet.

conditionibus in fœdus amicitiamque novam transeant, parum constare. Ita spatio sumto, legatos propere ad prætorem Romanum Marcellum Claudium, qui Casilini[14] cum exercitu erat,[n] mittunt, docentque, quanto in discrimine sit Nolana res, agrum Hannibalis esse et Pœnorum, urbem extemplo futuram, ni subveniatur. Concedendo plebei senatum, ubi velint, defecturos se, ne deficere præfestinarent, effecisse. Marcellus, collaudatis Nolanis, eadem simulatione extrahi rem in suum adventum jussit: interim celari, quæ secum acta essent, spemque omnem auxilii Romani. Ipse a Casilino Calatiam petit: atque inde, Vulturno amni trajecto, perque agrum Saticulanum Trebianumque[15] super Suessulam per montes Nolam pervenit.

15. Sub adventum prætoris Romani Pœnus agro Nolano excessit, et ad mare proxime Neapolim descendit, cupidus maritimi oppidi potiundi, quo cursus navibus tutus ex Africa esset. Ceterum, postquam Neapolim a præfecto Romano teneri accepit, (M. Junius Silanus[16] erat, ab ipsis Neapolitanis accitus,) Neapoli quoque, sicut Nola, omissa,[17] petit Nuceriam.[o] Eam cum aliquamdiu circumsedis-

Rupert.—14 In quibusdam libris *Canusii*, prob. Sigon.—15 '*Trebianumque* Mss. et Edd. ante Gronov. qui tacite ex emend. Cluverii reposuit *Trebulanumque*, quod mireris, cum ad Polyb. III. 91. moneat *Trebiam* opp. Campaniæ post jugum Calliculæ montis fuisse, et adhuc nomen servare, rusticis autem vulgo *Tregla* dici. Emendatio tamen illa probabilis fit ex loco simili cap. 39. ' transgressus Vulturnum Fabius et Trebulam et Saticulam urbes vi cepit.'' *Rupert.* *Trebulanumque* dant Doujat. Drak. Stroth. et Kreyssig.

16 Al. *Syllanus.*—17 *Neapolim quoque, sicut Nolam, non admissus* Edd. ante

NOTÆ

[n] *Qui Casilini cum exercitu erat*] Sigon. malebat *Canusii;* quod eo contendisse magnis itineribus Marcellus dicatur lib. XXI. et quod Plutarchus in ipsius vita auctor sit, eum Canusio ad tuendos socios profectum. Glareani tamen potior mihi sententia videtur, ut Marcellus Canusio Casilinum redierit, ibique cum exercitu fuerit, cum Hannibal Nolam accederet: tum quod veteres libri habent *Casilini*, tum quod a Canusio Nolam euntibus trajiciendus nequaquam sit Vulturnus, neque Calatia petenda; ut a Casilino proficiscentibus. Adde quod neque a Canusio venienti obeunda Saticula, Trebula, montesve Suessulani; et præterea quod longius Canusium distat ab urbe Nola, quam Casilinum: unde difficile Nolano Senatui fuerit tantum temporis extrahere, quanto opus esset ad petendum expectandumque a Canusio auxilium.

set, sæpe vi, sæpe solicitandis nequicquam nunc plebe nunc principibus, fame demum in deditionem accepit, pactus,[18] ut inermes cum singulis abirent vestimentis. Deinde, ut qui a principio mitis omnibus Italicis, præter Romanos, videri vellet, præmia atque honores, qui remanerent ac militare secum voluissent, proposuit.[19] Nec ea spe[20] quenquam tenuit. Dilapsi omnes, quocumque hospitia aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ urbes, maxime Nolam Neapolimque. Cum ferme triginta senatores, ac forte primus quisque, Capuam petissent, exclusi inde, quod portas Hannibali clausissent, Cumas se contulerunt. Nuceriæ præda militi data est; urbs direpta atque incensa. Nolam Marcellus non sui magis fiducia præsidii, quam voluntate principum, habebat. Plebes timebatur, et ante omnes L. Bantius,[1] quem consensus attentatæ defectionis[2] ac metus a prætore Romano nunc ad proditionem patriæ, nunc, si ad id fortuna defuisset,[3] ad transfugiendum stimulabat. Erat juvenis acer, et sociorum ea tempestate prope nobilissimus[4] eques. Seminecem eum ad Cannas in acervo cæsorum corporum inventum curatumque benigne, etiam cum donis, Hannibal domum remiserat. Ob ejus gratiam meriti rem Nolanam in jus ditionemque dare voluerat Pœno: anxiumque eum et solicitum cura novandi res præ-

Crev. Vid. Not. Var.—18 Conj. Duk. *pactos.*—19 '*Honores iis, qui remansissent ac militare vellens secum, proposuit* Edd. ante Gronov. Nostræ lect. favent meliores Mss. nisi quod in omnibus est *remanserant* et in uno *remanserint*, pro quo *remanerent* vel *remanere* legendum monuit Gron. Ceterum nec nostræ, nec vulgatæ lect. repugnare temporum rationem, contendit Doering. adversus Stroth. qui hinc recepit illud *remanserint* et perperam provocavit ad verba Cic. Tusc. Qu. v. 7. *Xerxes præmium proposuit* (sc. *ei*, quod ab Ern. ut h. l. in Edd. antt. *iis*, adjici, sed elegantius omitti, docent Gron. et Stroth.) *qui invenisset novam voluptatem.*' Rupert.—20 Al. *Nec ea spes.*—1 Conj. Rupert. *Bandius.*—2 Legendum monet J. F. Gronov. *conscientia tentatæ d.*—

NOTÆ

° *Petit Nuceriam*] Campaniæ oppidum juxta Sarnum amnem trans Neapolim et Vesuvium montem, novem millibus a mari: *Alfaterna* cognomine, auctore Diodoro Siculo lib. XIX. vulgo *Nocera delli pagani*: sic dicta quod Sarraceni eam diu tenuerint; ad discrimen alterius Nuceriæ, quæ in Umbria. Illa hodie Ducatus Barberinorum, in Principatu citeriore.

tor cernebat. Ceterum, cum aut pœna cohibendus esset, aut beneficio conciliandus, sibi assumsisse, quam hosti ademisse, fortem ac strenuum maluit socium, accitumque ad se benigne appellat: 'Multos eum invidos inter populares habere, inde existimatu facile esse, quod nemo civis Nolanus sibi indicaverit, quam multa ejus egregia facinora militaria essent. Sed, qui in Romanis militaverit castris, non posse obscuram ejus virtutem esse. Multos sibi, qui cum eo stipendia fecerint, referre, qui vir esset ille, quæque et quoties pericula pro salute ac dignitate populi Romani adisset: utique Cannensi prælio non prius pugna[5] abstiterit, quam prope exsanguis ruina superincidentium virorum, equorum, armorumque sit[6] oppressus. Itaque macte virtute esto,' inquit. 'Apud me tibi omnis honos atque omne præmium erit: et, quo frequentior mecum fueris, senties eam rem tibi dignitati atque emolumento esse.' Lætoque juveni promissis equum eximium dono dat, bigatosque quingentos[p] quæstorem numerare jubet: lictoribus imperat, ut eum se adire, quoties velit, patiantur.

16. Hac comitate Marcelli ferocis juvenis animus adeo est mollitus, ut nemo inde sociorum rem Romanam fortius ac fidelius juverit. Cum Hannibal ad portas esset, (Nolam enim rursus a Nuceria moverat[7] castra,) plebesque Nolana de integro ad defectionem spectaret, Marcellus sub adventum hostium intra muros se recepit; non castris metuens, sed ne prodendæ urbis occasionem nimis multis in eam imminentibus[z] daret. Instrui deinde utrimque acies cœptæ, Romanorum pro mœnibus Nolæ, Pœnorum ante

[z] *Cum plurimi ex Nolana plebe eam (occasionem) captarent.*

3 Olim legebatur, *nunc si ea die f. d.*—4 Al. *ea tempestate nobilissimus.*—5 Al. *Cannensi pugna non prius prælio.*—6 *Armorum sit* Crevier.

NOTÆ

[p] *Bigatosque quingentos*] Dicti *Bigati* uti quadrigati nummi a nota bigarum et quadrigarum eis impressa, quales multos adhuc videmus denarios. Quingenti autem denarii hodiernæ apud nos monetæ æquipollerent libris ferme ducentis.

castra sua. Prælia hinc parva inter urbem castraque, et vario eventu, fiebant; quia duces nec prohibere paucos temere provocantes,[8] nec dare signum universæ pugnæ volebant. In hac continua jam duorum[9] exercituum statione[q] principes Nolanorum nuntiant Marcello, 'Nocturna colloquia inter plebem ac Pœnos fieri; statutumque esse, ut, cum Romana acies egressa portis iret,[10] impedimenta eorum ac sarcinas diriperent, clauderent deinde portas,[11] murosque occuparent, ut, potentes[12] rerum suarum[r] atque urbis, Pœnum inde pro Romano acciperent.' Hæc ubi nuntiata sunt Marcello, collaudatis senatoribus Nolanis, prius, quam aliquis motus intus oriretur,[13][s] fortunam pugnæ experiri statuit. Ad tres portas in hostes versas tripartito exercitum instruxit: impedimenta subsequi jussit: calones lixasque et invalidos milites vallum ferre. Media porta robora legionum et Romanos equites, duabus circa portis novos milites levemque armaturam ac sociorum equites, statuit. Nolani muros portasque adire vetiti; subsidiaque destinata impedimentis[t] data,[14] ne, occupatis prælio legio-

7 Scripti omnes *movit*.—8 *Rogantes* Edd. ante Drak.—9 '*In hac comitiaria jam duorum* Edd. ante Gron. *in hac cotidiana duorum* Edd. recentiores inde a Gronov. ex hujus conjectura. Nostra lectio in 7. Mss. extat: in 9. aliis est, *in hac comitia jam*: in uno, *in hac comitiva jam*, quæ monstra eodem ducunt. Certe τὸ *jam*, quod immerito expunxit Gronovius, omnes Mss. consensu tenent.' *Stroth.*—10 *Foret* Gronov. Doujat.—11 Al. *clauderentque deinde portas*.—12 Al. *ut potientes*.—13 *Motus in muris oriretur* Edd. vett.—14 '*Subsidiaque et stationes i. d.* conj. Gron. et *s. custodiæ i. d.* (ut mox *alia turba custodiæ impedimentorum apposita*) Stroth. Sed forte leg. *destinato*, h. e. consulto,

NOTÆ

[q] *In hac continua jam duorum exercituum statione*] In omnibus libris scriptum fuit *comitiaria*, in codice Putean. fuit *ceditia*: unde Gronovius fecit *quotidiana*. At Sigonius ex veteri libro reposuit *continua*: quod epitheton melius hoc loco videtur convenire stationi exercituum, quam *quotidiana*: significat enim assiduam et quasi perpetuam, hinc Pœnorum, inde Romanorum moram Nolæ, aut apud Nolam.

[r] *Potentes rerum suarum*] Ita Gron. ex scriptis. Vulgo legitur *potientes*, eodem sensu, nec multo deteriore loquendi forma.

[s] *Aliquis motus intus oriretur*] Sic ex libro veteri Sigonius, cum *in muris oriretur* prius scriptum esset. Scribi vult Gronov. *aliquis motus injuriave oriretur*: ducta ex optimo manuscripto conjectura, ubi *injuriose oriretur*.

[t] *Subsidiaque destinata impedimentis*] Quærit Gronovius quæ sint *destinata*

nibus, in ea impetus fieret. Ita instructi intra portas stabant. Hannibali, sub signis (id quod per aliquot dies fecerat) ad multum diei in acie stanti, primo miraculo esse,[a] quod nec exercitus Romanus porta egrederetur, nec armatus quisquam in muris esset. Ratus deinde prodita colloquia esse, metuque resides factos,[u] partem militum in castra remittit, jussos propere apparatum omnem oppugnandæ urbis in primam aciem afferre; satis fidens, si cunctantibus instaret, tumultum aliquem in urbe plebem moturam. Dum in[15] sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa, succeditque ad muros acies, patefacta repente porta, Marcellus signa canere clamoremque tolli, ac pedites primum, deinde equites, quanto maximo possent impetu, in hostem erumpere jubet. Satis terroris tumultusque in aciem mediam intulerant, cum duabus circa portis P. Valerius Flaccus et C. Aurelius legati in cornua hostium erupere. Addidere clamorem lixæ calonesque, et alia turba custodiæ impedimentorum apposita, ut paucitatem maxime spernentibus Pœnis ingentis repente exercitus speciem fecerint. Vix equidem ausim affirmare, quod quidam auctores sunt, duo millia et octingentos hostium cæsos;[x] non plus quingentos Romanum amisisse.[16] [y] Sive tanta, sive

[a] *Initio mirabatur Hannibal.*

ex industria, scil. *ne occupatis* cet. aut glossa est vel *destinata* vel *data.*' Rupert.—15 *Moxque dum in* Edd. ante Gronov. et plerique Mss.—16 ' Ita Ms. Put. et al. *duo millia et trecentos h. c. non plus uno Romanos amisisse* Edd. ante Drak. Supra quinque millia hostium cæsa et D. Romanos cecidisse

NOTÆ

subsidia. Ego quæ sit interrogandi aut mirandi causa non video: quid enim clarius, quam partitis a Marcello intra urbem ad tres portas copiis, partem earum aliquam destinatam fuisse, quæ vim plebis Nolanæ, impedimenta et sarcinas diripere molientis, arceret, datumque impedimentis præsidium. Data sunt itaque impedimentis præsidia, quæ ad id destinata.

[u] *Resides factos*] Defectionis scilicet auctores et conscios.

[x] *Duo millia et octingentos* [*trecentos*] *hostium cæsos*] Majorem numerum quidam prodidere apud Plutarch. in Marcello, nimirum quinque millium: iidem quingentos ex Romanorum exercitu desideratos tradiderunt, sed minorem numerum fatetur a Livio editum.

[y] *Non plus quingentos Romanum* [*uno Romanos*] *amisisse*] Lege *Roma-*

minor victoria fuit, ingens eo die res, ac nescio, an maxima illo bello gesta sit.[17] Non vinci enim ab Hannibale tunc vincentibus[18] difficilius fuit,[z] quam postea vincere.

17. Hannibal, spe potiundæ Nolæ ademta, cum Acerras recessisset, Marcellus extemplo, clausis portis custodibusque dispositis, ne quis egrederetur, quæstionem in foro de iis, qui clam in colloquiis hostium fuerant, habuit: supra septuaginta damnatos proditionis securi percussit, bonaque eorum jussit publica populi Romani[19] esse: et, summa rerum senatui tradita, cum exercitu omni profectus, supra Suessulam castris positis consedit. Pœnus, Acerras primum ad voluntariam deditionem conatus perlicere, postquam obstinatos vidit, obsidere inde atque oppugnare parat. Ceterum Acerranis plus animi, quam virium, erat. Itaque, desperata tutela urbis, ut circumvallari mœnia viderunt, prius, quam continuarentur hostium opera, per intermissa munimenta neglectasque custodias silentio noctis dilapsi, per vias inviaque, qua[20] quemque aut consilium aut error[a] tulit, in urbes Campaniæ, quas satis certum

tradit Plut. in Marcello p. 304. ubi etiam monet, minorem cæsorum hostium numerum a Livio memorari.' *Rupert.* *Non plus D. Romanos* Crevier. In Crev. min. *non p. quingentis Romanos* legitur.—17 Vir doctus ap. J. F. Gron. *gesta est.*—18 ' Vocem *tunc*, cui *postea* opponitur, e tribus Mss. recepi cum Stroth. et *τὸ vincentibus* (sc. Romanis) ejiciendum puto.' *Rupert.*

19 Verba *populi Romani* absunt ab Edd. ante Gronov.—20 Conj. Rupert.

NOTÆ

num, inquit Gronovius. Sed *Romanos* idem est ac ex parte Romanorum.

[z] *Non vinci enim ab Hannibale vincentibus difficilius fuit*] Quæ sit sententia hujus loci, difficile est capere, nisi quis docuerit eosdem eodem tempore et victos et victores esse posse. Hoc vidit Laur. Valla, qui opinatur pro *vincentibus* legendum esse, aut *vinci solitis*, sive *vinci suetis*, aut *vincere solito*, seu *vincere sueto*, Hannibale scilicet. Mihi vel delendum omnino illud *vincentibus* videtur; vel ejus loco scribendum, *victis jam sæpius*. Posset tamen ad Romanos forte referri, si *vincentibus* sumatur pro, jam victoribus, id est, iis qui nunc ad Nolam vincebant. Illud sane ingens, quod post Cannensem calamitatem primum Marcelli ad Nolam prælio populus Romanus se erexit, ut ait Cicero in Bruto. Hic Marcellus cum vinci posse Hannibalem exemplo suo docuisset, Romanorum gladius dici cœpit, quemadmodum Fabius eorum clypeus habebatur.

[a] *Aut consilium aut error* [*terror*] Dubitanter Gronov. at Tanaq. Faber velut certo emendat *error*: rationem correctionis ille adjicit, quod *terror*

erat non mutasse fidem, perfugerunt. Hannibal, Acerris direptis atque incensis, cum a Casilino dictatorem Romanum legionesque novas acciri nuntiassent,[2] ne quis tam propinquis hostium castris Capuam quoque recurrat,[3 b] exercitum ad Casilinum ducit. Casilinum eo tempore quingenti Prænestini habebant, cum paucis Romanis Latinique nominis, quos eodem audita Cannensis clades contulerat.[c] Hi, non confecto Præneste ad diem delectu, serius profecti domo, cum Casilinum ante adversæ pugnæ famam venissent, et aliis aggregarent sese Romanis sociisque, profecti[4] a Casilino cum satis magno agmine irent; avertit eos retro Casilinum nuntius Cannensis pugnæ. Ibi cum dies aliquot, suspecti Campanis timentesque, cavendis ac struendis in vicem insidiis traduxissent, jamque de Capuæ defectione agi, accipique Hannibalem satis pro certo haberent;[5] interfectis nocte oppidanis, partem urbis, quæ

quo.—1 Ita ex emend. J. F. Gronov. pro vulg. *terror.*—2 ' *Legionesque minus accipi nuntiatum esset* Edd. vett. *legionesque nuntii accipi nuntiassent* Mogunt. Froben. Francof. all. *legionesque eminus accipi nuntiassent* Grut. all. *legionesque eminus aspici n.* J. F. Gronov. Crev. all. e conjectura Lipsii. Nostram Jac. Gronovius probante patre in curis posterioribus, et post eum Drak. unius cod. Ms. fide recepit.' *Stroth.*—3 ' Verba hæc manifesto corrupta, sed emendatio incerta. In Ms. Put. est *Capuæ quoque orere currunt,* et a manu sec. deletum *ore;* unde corruptius alii libri, et tandem exstructa est vulgata: sed videtur olim fuisse: *ne quid tam p. h. c. Capuæ quoque moveretur,* vel *ne quis .... Capuæ quoque oreretur motus;* Gron. *ne quid .... Capuæ q. obcurreret* conj. Lips. *ne quis .... Capuam q. recuperet,* vel *ne quis Capuam q. recurrat exercitus, ad C. d.* Stroth. *ne quis Capuæ q. terror fiat,* Doering.' *Rupert.*—4 ' Structura verborum me offendit. Forte leg. *et, aliis aggregantibus sese* vel *aggregatis ibi Romanis sociisque, profecti* cet.' *Rupert.*—5 ' *Satis pro certo habe-*

NOTÆ

non minus eos agitaret, qui consilio perfugium legerunt, quam eos, qui sorte huc vel illuc delati, sed terror errandi causa.

[b] *Capuam quoque recurrat*] Corruptum volunt hunc locum. Lips. scripsit, *Capuæ quoque occurreret;* sed quia in Puteano erat, *Capuæ quoque orere currunt,* Gronov. putat olim fuisse, *ne quid, tam propinquis hostium castris, Capuæ quoque moveretur.* An *ne quis,* Acerranorum, *Capuam quoque recurrat,* nullo mutato?

[c] *Audita Cannensis clades contulerat*] Non ineleganter *contulerat,* pro collegerat, congregaverat. Sed num potius, (forte eodem quoque sensu,) *compulerat?* certe paulo ante Perusinam cohortem eodem nuntio 'Casilinum compulsam' dicit, id est, convenire et confugere adactam. Poëta Eclog. VII. ' Compulerantque greges Corydon et Thyrsis in unum.'

cis Vulturnum est, (eo enim dividitur amni,) occupavere. Idque præsidium[6] Casilini habebant Romani. Additur et Perusina cohors, homines quadringenti sexaginta, eodem nuntio, quo Prænestini paucos ante dies, Casilinum compulsi. Et satis ferme armatorum ad tam exigua mœnia, et flumine altera parte cincta, tuenda erat. Penuria frumenti, nimium etiam ut videretur hominum, efficiebat.

18. Hannibal cum jam inde haud procul esset, Gætulos[d] cum præfecto, nomine Isalca, præmittit: ac primo, si fiat colloquii copia, verbis benignis ad portas aperiendas præsidiumque accipiendum perlicere jubet: si in pertinacia perstent, rem gerere ac tentare, si qua parte invadere urbem possit. Ubi ad mœnia accessere, quia silentium erat, solitudo visa, metuque concessum[b e] barbarus ratus, moliri portas et claustra refringere[7] parat; cum, patefactis repente portis, cohortes duæ, ad id[8] ipsum instructæ intus, ingenti cum tumultu erumpunt, stragemque hostium faciunt. Ita primis repulsis, Maharbal, cum majore robore virorum missus, nec ipse eruptionem cohortium sustinuit. Postremo Hannibal, castris ante ipsa mœnia oppositis, parvam urbem parvumque præsidium summa vi atque omnibus copiis oppugnare parat; ac, dum instat lacessitque, corona undique circumdatis mœnibus, aliquot milites et

[b] *Et præsidium alio ex timore abiisse.*

rent pro vulg. *habuere* recepi ex emend. Sigon. et Stroth. Sed forte cum Crev. leg. *ut de Capuæ .... habuere.* In multis certe Mss. *ita* pro *jamque.*' Rupert.—6 *Præsidii* Gronov. Crevier.

7 Olim legebatur, *moliri portas et seras claustraque effringere.*—8 *Id* deest in

NOTÆ

[d] *Gætulos*] Populi ultra Africam proprie dictam, Numidiam, et Mauritaniam fuere Gætuli, Libyæ interioris ingens natio, in eo tractu qui hodie *Biledulgerid:* in quo illis, utpote vagari solitis, certam assignare sedem difficile fuerit. Aliquam nominis affinitatem cum Gætulia habere videtur *Guzula* regni Marrochiani provincia.

[e] *Metuque concessum*] Num potius *consessum*, supple *esse*, ab iis qui se Casilinum receperant? id est, eos metu cessare, non moveri, ut 'considere in otio:' ita apud Virgilium XI. Æn. 'sedeant, spectentque Latini.' Nam *sedere* et *considere* sæpe idem significant quod *desidere*, vel *residere*.

promtissimum quemque, e muro turribusque ictos, amisit. Semel ultro erumpentes agmine elephantorum opposito prope interclusit, trepidosque compulit in urbem, satis multis, ut ex tanta paucitate, interfectis. Plures cecidissent, ni nox prælio intervenisset. Postero die omnium animi ad oppugnandum accenduntur; utique postquam corona aurea muralis[f] proposita est, atque ipse dux castelli, plano loco positi, segnem oppugnationem Sagunti expugnatoribus exprobrabat, Cannarum Trasimenique et Trebiæ singulos admonens universosque. Inde vineæ quoque cœptæ agi cuniculique: nec ad varios conatus hostium aut vis ulla, aut ars deerat. Socii Romanorum propugnacula[9] adversus vineas statuere, transversis cuniculis[g] hostium cuniculos excipere, et palam et clam cœptis obviam ire; donec pudor etiam Hannibalem ab incepto avertit: castrisque communitis ac præsidio modico imposito, ne omissa res videretur, in hyberna Capuam concessit. Ibi partem majorem hyemis exercitum in tectis habuit, adversus omnia humana mala sæpe ac diu durantem,[10 h] bonis inexpertum atque insuetum. Itaque, quos nulla mali vicerat vis, perdidere nimia bona ac voluptates immodicæ; et eo impensius, quo avidius ex insolentia in eas se merserant.[c 11] Som-

[c] *In eas voluptates eo ardentius se ingurgitaverant, quo ipsis insuetæ erant.*

Gronov.—9 Olim, *Socii Romani propugnacula.* Legendum monet J. F. Gronov. *aut ars deerat sociis Romanorum. Propugnacula.*—10 ' E quibusdam Mss. *duratum* recepit Drak. Sed *τὸ durantem* est difficilior lectio, et *τῷ sæpe* magis

NOTÆ

[f] *Corona aurea muralis*] Ei scilicet qui primus murum hostilem ascendisset.

[g] *Transversis cuniculis*] Jam tum cognita non tantum agendorum cuniculorum ars, sed etiam cuniculos hostium contrariis cuniculis inutiles reddendi: nos hodie vocamus, *fourneaux et contremines.*

[h] *Sæpe ac diu durantem*] Est quidem *durare* idem ac perdurare, offirmatum esse. Sic apud Maronem I. Æn. ' Durate, et vosmet rebus servate secundis.' Verum adverbiis *sæpe ac diu* convenire magis videtur *duratum*, id est, induratum; a quo non abhorrent scripti Put. et Pet. ubi legitur *duratam.* Et de hoc eodem exercitu Noster lib. XXX. ' duratum omnium rerum patientia.'

nus enim et vinum et epulæ et scorta balineaque [12] et otium, consuetudine in dies blandius, ita enervaverunt corpora animosque, ut magis deinde præteritæ victoriæ eos, quam præsentes tutarentur vires; majusque id peccatum ducis apud peritos artium militarium haberetur, quam quod non ex Cannensi acie protenus ad urbem Romanam duxisset. Illa enim cunctatio distulisse modo victoriam videri potuit; hic error vires ademisse ad vincendum. Itaque, Hercule, velut si cum alio exercitu a Capua exiret, nihil usquam pristinæ disciplinæ tenuit. Nam et redierunt plerique scortis impliciti: et, ubi primum sub pellibus haberi cœpti sunt, viaque et alius militaris labor excepit, tironum modo corporibus animisque deficiebant: et deinde per omne æstivorum tempus magna pars sine commeatibus ab signis dilabebantur: neque aliæ latebræ, quam Capua, desertoribus erant.

19. Ceterum, mitescente jam hyeme, educto ex hybernis milite,[13] Casilinum redit. Ubi, quanquam ab oppugnatione cessatum erat, obsidio tamen continuata oppidanos præsidiumque ad ultimum inopiæ adduxerat. Castris Romanis Ti. Sempronius præerat, dictatore auspiciorum repetendorum causa profecto Romam. Marcellum, et ipsum cupientem ferre auxilium obsessis, et Vulturnus amnis inflatus aquis, et preces Nolanorum atque Acerranorum,[14] [i] tenebant, Campanos timentium, si præsidium Romanum abscessisset. Gracchus, assidens tantum Casilino, quia prædictum erat dictatoris,[15] ne quid absente eo rei gereret, nihil

convenit.' *Rupert.*—11 In Edd. ante Gronov. *immerserant.*—12 *Balneaque* notiori forma Edd. nonnulli.

13 Al. *ducto ex hybernis milite.*—14 'Conj. J. F. Gronov. *Avellanorum:* rectius *Abellanorum.*' Rupert.—15 Malit Doujat. *edictum dictatoris,* aut *præ-*

NOTÆ

[i] *Atque Acerranorum*] Objicit Gronovius, Acerranos tunc nullos fuisse, Acerris jam incensis, supra c. 17. respondet tamen, forte restitutos fuisse; aut certe legendum *Avellanorum,* quod satis probabile; fuit enim *Abella,* seu *Avella,* Campaniæ oppidum, Nolæ adhuc propior quam sint Acerræ.

movebat: quanquam, quæ facile omnem patientiam vincerent, nuntiabantur a Casilino. Nam et, præcipitasse se quosdam non tolerantes famem, constabat, et stare inermes in muris, nuda corpora ad missilium telorum ictus præbentes. Ea ægre patiens Gracchus, cum neque pugnam conserere dictatoris injussu auderet, (pugnandum autem esse, si palam frumentum importaret, videbat,)[16] neque clam importandi spes esset, farre, ex agris circa undique convecto, cum complura dolia complesset, nuntium ad magistratum Casilinum misit, ut exciperent dolia, quæ amnis deferret. Insequenti nocte, intentis omnibus in flumen ac spem ab nuntio Romano factam, dolia medio missa amni defluxerunt:[d] æqualiter inter omnes frumentum divisum. Id postero quoque die ac tertio factum est. Nocte et mittebantur et perveniebant:[17] eo custodias hostium fallebant. Imbribus deinde continuis citatior solito amnis transverso vortice dolia impulit ad ripam, quam hostes servabant. Ibi hærentia inter obnata ripis salicta conspiciuntur: nuntiatumque Hannibali est, et deinde intentiore custodia cautum, ne quid falleret Vulturno ad urbem missum. Nuces tamen fusæ[18] [k] ab Romanis castris, cum medio amni ad Casilinum defluerent, cratibus excipiebantur. Postremo ad id ventum inopiæ est, ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur, nec muribus aliove animali abstinerent, et omne herbarum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent; et, cum hostes obarassant, quicquid herbidi

[d] *Devecta sunt secundo amne.*

dictum a dictatore.—16 *Importare vellet, videret* Edd. ante Gronov.—17 Al.

NOTÆ

[k] *Nuces tamen* [*inde*] *fusæ*] Membranæ habent *Nuces tamen fusæ*, id est, quamvis intenta esset custodia Pœnorum, nihilominus nuces projectæ in flumen ferebantur Casilinum usque. Hinc Prænestinos *Nuculos* dictos esse Festus notat, quod hæ illorum cohortes Casilini inclusæ sese nucibus sustentassent.

terreni extra murum erat, raporum semen[1] injecerunt, ut Hannibal, ‘ Eone usque, dum ea nascantur, ad Casilinum sessurus sum?’[19] exclamaret: et, qui nullam antea pactionem auribus admiserat, tum demum agi secum est passus de redemtione liberorum capitum. Septunces auri[m] in singulos pretium convenit. Fide accepta, sese tradiderunt: donec omne aurum persolutum est, in vinculis habiti: tum remissi Cumas cum fide. Id verius est, quam ab equite in abeuntes immisso interfectos. Prænestini maxima pars fuere. Ex quingentis septuaginta, qui in præsidio fuerunt, minus dimidium ferrum famesque absumsit: ceteri incolumes Præneste cum prætore suo Manicio (scriba is antea fuerat) redierunt. Statua ejus indicio fuit, Præneste in foro statuta, loricata, amicta toga, velato capite;[n] et tria signa cum titulo lamnæ[20] æneæ inscripto, ‘ Manicium pro militibus, qui Casilini in præsidio fuerint, votum vovisse.’ Idem titulus tribus signis in æde Fortunæ positis fuit subjectus.

20. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatum septingentorum militum de exercitu Hannibalis præsidio; ne, ubi Pœnus inde abscessisset, Romani oppugnarent. Prænestinis militibus senatus Romanus duplex stipendium et quinquennii[1] militiæ vacationem decrevit. Civitate cum donarentur ob virtutem, non mutaverunt.[o] Perusinorum[p]

præveniebant.—18 Al. *Nuces inde fusæ.*—19 Vet. lib. apud Sigon. *sessuri sumus.*—20 *Laminæ* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

[1] *Raporum semen*] Cum Pœni herbidum solum, muris vicinum, (non intra urbem, quod voluit Glareanus, quasi πλήσιον τοῦ τείχους esset intra muros, cum sit juxta muros,) arassent, ne obsessi herbis ibi natis uti possent; hi raporum sive raparum semine solum idem impleverunt, quo se commodum inde aliquod nihilominus percepturos ostenderent, et obsidionem adhuc satis diu toleraturos, dum hæc legumina nascerentur.

[m] *Septunces auri*] Si unciam Romanam auri hodierno pretio æstimemus, non minus 44. libris Francicis valebit. Septem igitur unciæ efficient plus trecentis libris nostratibus in singula capita: eoque lytro pacto se dediderunt.

[n] *Velato capite*] Ut in re divina et voto concipiendo reddendove.

[o] *Non mutaverunt*] Civitatem scili-

casus obscurior fama est; quia nec ipsorum monumento ullo est illustratus, nec decreto Romanorum. Eodem tempore Petelinos,[q] qui uni ex Bruttiis manserant in amicitia Romana, non Carthaginienses modo, qui regionem obtinebant, sed Bruttii quoque ceteri, ob separata ab se consilia, oppugnabant. Quibus[2] cum obsistere malis nequirent Petelini, legatos Romam ad præsidium petendum miserunt. Quorum preces lacrymæque (in questus enim flebiles, cum sibimet ipsi consulere jussi sunt, sese in vestibulo curiæ profuderunt) ingentem misericordiam Patribus ac populo moverunt. Consultique iterum a M'. Pomponio[3] prætore[r] Patres, circumspectis omnibus imperii viribus, fateri coacti, nihil jam longinquis sociis in se præsidii esse, redire domum, fideque ad ultimum expleta, consulere sibimet ipsos in reliquum[4] præsenti fortuna jusserunt. Hæc postquam renuntiata legatio Petelinis est, tantus repente mœror pavorque senatum eorum cepit, ut pars pro-

1 *Quinquennium* e Ms. Cantabr. malebat J. F. Gronov.—2 *Quibus* abest ab Edd. ante Jac. Gronov.—3 'Male in Edd. vett. *M. Æmilio.*' Rupert.—4

NOTÆ

cet: sed manserunt Præneste, aut jure civium Prænestinorum fuere contenti.

p *Perusinorum*] Cohortem Perusinorum quadringentorum ac sexaginta, nuntio Cannensis pugnæ accepto, Casilinum compulsos, quemadmodum et Prænestinos, vidimus extremo c. 17. Horum quæ fortuna fuerit minus certum. Eo ducit conjectura, ut qui eorum superstites fuere, parem cum Prænestinis habuerint exitum. Perusia Tusciæ urbs, non procul dextra Tiberis ripa; hodieque *Perugia* Academiam habet cum Episcopatu in Ecclesiæ Romanæ ditione.

q *Petellinos*] Petellia, seu Petilia, urbs Bruttiorum inter Turios et Crotonem, ex Tabula itineraria: a Philoctete olim condita, ut Strabo et Servius scribunt. Ad sinum Scyllaceum fuisse, ubi nunc *Strongoli*, Episcopale Calabriæ Citerioris oppidum, censet post Gualterium Holstenius, in eaque sententia fuerat Cluverius p. 1257. quanquam pagina deinde 1315. existimet fuisse *Belcastro*, in limine Calabriæ ulterioris. Sansoni ad Ptolemæum est *Cirenza*, quæ paulo interior Strongylo in Calabriæ Citerioris finibus.

r *A M'.* [*Ma.*] *Pomponio prætore*] Correctio est Sigonii, cum antea legeretur *a M. Æmilio prætore*, quo nomine nullus hoc anno prætor: sed Ma. Pomponius prætor erat urbanus.

fugiendi, qua quisque posset, ac deserendæ urbis auctores essent; pars, quando[5] deserti a veteribus sociis essent, adjungendi se ceteris Bruttiis, ac per eos dedendi Hannibali. Vicit tamen ea pars, quæ nihil raptim nec temere agendum consulendumque de integro censuit. Re laxata postero die per minorem trepidationem tenuerunt[6] optimates,[e] ut, convectis omnibus ex agris, urbem ac muros firmarent.

21. Per idem fere tempus literæ ex Sicilia Sardiniaque Romam allatæ. Priores ex Sicilia T. Otacilii proprætoris[7] in senatu recitatæ sunt: 'P. Furium[8] prætorem cum classe ex Africa Lilybæum venisse: ipsum graviter saucium[9] in discrimine ultimo vitæ esse. Militi et navalibus sociis neque stipendium, neque frumentum ad diem dari; neque, unde detur, esse. Magnopere suadere, ut quam primum ea mittantur; sibique, si ita videatur, ex novis prætoribus successorem mittant.' Eademque ferme de stipendio frumentoque ab A. Cornelio Mammula proprætore ex Sardinia scripta. Responsum utrisque, non esse, unde mitteretur. Jussique ipsi classibus atque exercitibus suis consulerent. Otacilius, ad unicum[10] subsidium populi Romani Hieronem legatos cum misisset, in stipendium, quanti

[e] *Prolata et in crastinum rejecta deliberatione, senatores primarii postridie retinendo plebem effecerunt, &c.*

Reliquum abest ab Edd. ante Gronov. et a Crevier.—5 Cantabr. *quandoque.* —6 'Doer. conj. *Relaxatis animis* sc. metu et pavore, et Crev. non male *relata postero die per minorem tr. re, tenuerunt* cet. nam *relaxa* in Flor. et Put. *tenuerunt* ex emend. Gron. In Mss. et Edd. vett. *retinuerunt* vel *re tenuerunt:* unde suspicari possis *Relaxata,* aut cum Crev. *Relata,* sc. ad concilium s. concionem, ut XXXII. 22.' *Rupert.* Vid. Not. Var.

7 '*Priores ex Sicilia Otacilii proprætoris.* Put. *Totacilii.* Lege, *Titi Otacilii.*' J. F. Gronov.—8 *L. Furium* Gronov. Doujat. Crevier. Drak. et Stroth. —9 'Ita Put. et Pet. ille melior. Lipsianus, Menardi, duo Pall. Voss. *graviter ictum saucium:* immo et Andreas, Beccar. Asc. Moguntina, et complures aliæ editiones. Pal. tertius, *ictum sauciumque.* Lipsius conjicit, *graviter relictum saucium.* Atqui nisi auctoritas duum vetustissimorum impediret, reciperem plane alterorum codd. scripturam sine ulla præterea conjectura. Quid enim opus? *graviter ictum saucium,* uti jam ante, 'armatis dimicantibus,' 'vagus errans,' et similia notavimus.' *J. F. Gronov.*—10 '*Consulerent. Otacilius* (sine præn. ut mox *Cornelio*) *ad unicum* cet. Ita Mss. tantum non omnes et Edd. ante Gron. prob. Dukero. *Consulere. T. Otacilius* emend. Gron.' *Rupert. Consulere. T. Otacilius* dant Doujat. Crevier. Drak. Stroth.

argenti[11] opus fuit, et sex mensium frumentum accepit. Cornelio in Sardinia civitates sociæ benigne contulerunt. Et Romæ quoque propter penuriam argenti triumviri mensarii,† rogatione M. Minucii tribuni plebis, facti, L. Æmilius Papus, qui consul[12] censorque fuerat, et M. Atilius Regulus, qui bis consul fuerat, et L. Scribonius Libo, qui tum tribunus plebis erat. Et duumviri creati, M. et C. Atilii, ædem Concordiæ, quam L. Manlius prætor voverat, dedicaverunt. Et tres pontifices creati, Q. Cæcilius Metellus, et Q. Fabius Maximus, et Q. Fulvius Flaccus, in locum P. Scantinii demortui, et L. Æmilii Paulli consulis, et Q. Ælii Pæti, qui ceciderant pugna Cannensi.[13]

22. Cum cetera, quæ continuis cladibus fortuna minuerat, quantum consiliis humanis assequi poterant, Patres explessent; tandem se quoque et solitudinem curiæ, paucitatemque convenientium ad publicum consilium[14] respexerunt. Neque enim post L. Æmilium et C. Flaminium[s] censores senatus lectus fuerat, cum tantum senatorum adversæ pugnæ, ad hoc sui quemque casus per quinquennium absumsissent. Cum de ea re M'. Pomponius prætor,[15] dictatore post Casilinum amissum profecto jam ad exercitum, exposcentibus cunctis retulisset; tum Sp. Carvilius, cum longa oratione non solum inopiam senatus,[16] sed paucitatem etiam civium, e quibus in Patres legerentur, con-

et Kreyssigius.—11 Al. *in s. quantum argenti.*—12 Al. *L. Æmilius, qui consul.* —13 Vet. lib. apud Sigon. *in pugna Cannensi.*

14 Al. *concilium.*—15 Al. *Cum de ea re M. Æmilius prætor.*—16 'Vocem *senatus* cum Stroth. e 6. Mss. inserui. *Non solum paucitatem, sed inopiam etiam civium* conj. Crev. et Duk. qui monet verba esse transponenda, quod *inopia* civium plus sit, quam *paucitas*, et, ubi *inopia* sit, ibi plus esse, quam *paucita-*

NOTÆ

† *Triumviri mensarii*] Factum hoc, ne ob æs alienum turbæ nascerentur, ut A. U. C. 403. de quo vide lib. VII. c. 21. *J. Clericus.*

s *Post L. Æmilium et C. Flaminium*] Hi ante quadriennium censores fuerant an. U. C. 533. viri consulares, et Lustrum 43. condiderat L. Æmilius Papus, C. Flaminius viam Flaminiam ea censura munivit, et Circum Flaminium struxit, triennio post interfectus prælio ad Trasimenum.

questus esset, explendi senatus causa et jungendi arctius Latini nominis cum populo Romano, magnopere se suadere[f] [17] dixit, ut ex singulis populis Latinorum, binis senatoribus, si Patres Romani censuissent, civitas daretur, atque in demortuorum locum in senatum legerentur. Eam sententiam haud æquioribus animis, quam ipsorum quondam postulatum Latinorum, Patres audierunt: et, cum fremitus indignantium tota curia [18] esset, et præcipue Manlius, 'esse etiam nunc stirpis ejus virum,' diceret, 'ex qua quondam in Capitolio consul minatus esset, quem Latinum in curia vidisset, eum sua manu se interfecturum;' Q. Fabius Maximus, 'Nunquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu,' dixit, 'quam inter tam suspensos sociorum animos incertamque fidem id tactum,[19] [t] quod insuper solicitaret eos. Eam unius hominis temerariam vocem silentio omnium extinguendam esse: et, si quid unquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occulendum, obliviscendum, pro non dicto habendum esse.' Ita ejus rei oppressa mentio est. Dictatorem, qui censor ante fuisset, vetustissimusque ex eis, qui viverent, censoriis esset, creari placuit, qui senatum legeret: [u] accirique C. Terentium consulem ad dictatorem dicendum jusserunt. Qui cum ex Apulia, relicto ibi præsidio, magnis itineribus Romam redisset, nocte

[f] *Auctor esse, velut ingentis boni.*

tem.' Rupert.—17 '*Jungendi arctius Latini nominis cum populo Rom. magnopere se suadere* præclara conj. Crev. quam probavit Drak. et recepit etiam Str. pro vulg. *nominis, pro magna re suadere* vel *re se suadere.* In optimis Mss. et vett. Edd. legitur *nominis cum pro magna re se suadere,* et *τῷ p. ro.* (h. e. *populus Rom.*) sæpissime a librariis substituta præp. *pro,* (v. Drak. ad Epit. lib. xv.) lectiones autem recentt. Livio vix obtrudendæ videntur.' *Rupert.* —18 'Forte leg. *in tota curia* cum Doering. et *T. Manlius* cum Gron.' *Ru-*

NOTÆ

[t] *Id tactum*] Scribebat Gronov. *id jactum:* non improbabiliter, hoc est, jactatum, propositum. Agnoscit tamen non male dici *id tactum,* qua forma loquendi usus Cic.

[u] *Qui senatum legeret*] Hæc potestas legendi Senatum post reges exactos penes consules fuerat: donec creati censores, qui hoc munere fungerentur. Interdum, sed rarius, dictator, aut etiam triumviri ea de causa creati id agebant, ut annotat Majorag. de Senatu Rom. cap. 14.

proxima, ut mos erat, M. Fabium Buteonem [20] [x] ex senatus consulto sine magistro equitum dictatorem in sex menses dixit.

23. Is ubi cum lictoribus in Rostra escendit, 'neque duos dictatores tempore uno,[y] quod nunquam antea factum esset, probare se,' dixit; 'neque dictatorem se sine magistro equitum;[1] nec censoriam vim uni permissam[2] et eidem iterum; nec dictatori, nisi rei gerendæ causa creato, in sex menses datum imperium. Quæ immoderata fors, tempus, ac necessitas fecerint, iis se modum impositurum.'[g] Nam neque senatu quenquam moturum ex iis, quos C. Flaminius, L. Æmilius censores in senatum legissent; transcribi tantum recitarique eos jussurum, ne penes unum hominem[z] judicium arbitriumque de fama ac moribus senatoris fuerit; et ita in demortuorum locum sublecturum, ut ordo ordini,

[g] *Se temperaturum ea quæ fortuna nimia, quæ tempus præsens, et necessitas rerum fieri coëgerunt.*

pert. *TN. Manlius* Ms. Put.—19 *Jactum* conj. J. F. Gronov.—20 *N. Fabium B.* emend. Sigon.

1 'Vet. lib. *neque dictatorem sine magistro equitum:* probe: res enim eum cum persona offendebat.' *Sigon.*—2 *Permissam uni* Edd. ante Crevier.—

NOTÆ

[x] *M. Fabium Buteonem*] In Capitolinis Tabulis leguntur an. 512. censores creati: horum unius tantum nomen editur, C. Aurelii Cottæ: alterum, cujus exesum nomen, Sigonius conjicit hunc Fabium Buteonem, qui nullo alio anno censor fuisse invenitur. Cum autem eo tempore duo essent Fabii Buteones consulares, probat magis censorem esse factum Numerium, qui prior ceperat consulatum.

[y] *Neque duos dictatores tempore uno*] Hoc sane valde novum, etsi M. Junius rei gerendæ causa creatus ad exercitum profectus, hic Buteo Senatus legendi gratia dictus fuerat: cujus rei meminit quoque Plutarch. in Fab. nec minus novum dictatorem sine magistro equitum creari, eidemque bis censorium munus deferri.

[z] *Ne penes unum hominem*] At nonne idem obtinebat in censoribus? siquidem Claudius Nero Liviusque Salinator, collegæ in censura, alter in alterum animadverterunt, seque invicem publicis ademtis equis etiam ærarios fecerunt an. 549. Valer. Max. II. 9. T. Livius XXIX. 37. Certum saltem est ab uno Lustrum condi; ab uno etiam, cui sors obtigerat, Senatum legi solitum, ex Liv. ipso lib. XXVII. cap. 11. unde apparet non amborum censorum communi judicio, sed alterutrius arbitrio de fama civium atque adeo senatorum disceptatum fuisse. Verum duo ab initio in id creabantur: uter rem exequeretur, sors decidebat.

non homo homini prælatus videretur.'[h] Recitato vetere senatu, inde primos[3] in demortuorum locum legit, qui post L. Æmilium et C. Flaminium censores curulem magistratum cepissent, necdum in senatum lecti essent; ut quisque eorum primus creatus erat:[4] [a] tum legit, qui ædiles, tribuni plebei, quæstoresve[5] fuerant: tum ex iis, qui magistratus cepissent, qui spolia[6] ex hoste fixa domi haberent,[b] aut

[h] *Ut in assignando senatoribus, qui allegendi essent, priori aut posteriori loco, non personarum, sed honoris graduum ratio haberetur.*

3 Pro *primos* in Edd. ante Jac. Gronov. legitur *primum.*—4 '*Ut quisque eorum senator primus creatus erat.* Ita Edd. vett. et *senatus* optimi Mss. Sed neutrum probandum, et vel delendum, vel leg. *magistratus;* Gron. Recte, opinor, nec audiendus P. Manutius de sen. Rom. qui exponit: ut quisque curulem magistratum assecutus in senatum venerat, et dicendæ post magistratum sententiæ jus acceperat.' *Rupert.*—5 Olim legebatur: *ædiles, tribuni, prætores quæstoresque.*—6 '*Tum ex iis, qui magistratus cepissent* cet. obscura verba, quibus Sigon. Gron. et Drak. *non* ante *cepissent* inseruere, ut dictator primum, qui magistratus curules, deinde, qui plebeios gessissent, et *tum ex iis, qui magistratus non cepissent,* legerit eos, *qui spolia* cet. Id improbat Doer. cujus hæc nota est: 'Cum dictator in explendo senatu ita versaretur, *ut ordo ordini, non homo homini prælatus videretur,* qui, quæso, in senatum legere poterat eos, qui magistratus *non* cepissent, præcipue cum ii, qui spolia ex hoste fixa domi habebant, aut civicam coronam acceperant, capere omnino magistratus possent? Immo legit primum, qui *magistratum curulem cepissent,* deinde, qui *magistratus cepissent* sc. alios s. minores, quod ut adderetur, non opus fuit, cum *magistratus magistratui curuli* opponantur.' Sed, ut alia taceam, non soli magistratus curules antea memorati erant. Forte leg. *tum alios* vel *tum et alios qui magistratus cepissent,* vel potius *gessissent,* ne idem verbum bis positum sit, (ut intelligantur triumviri capitales, monetales, nocturni et mensarii, tribuni ærarii, curatores viarum, et alii magistratus tam ordinarii

NOTÆ

[a] *Ut quisque eorum primus creatus erat*] Vulgo legebatur, *ut quisque eorum senator primus creatus erat,* vel *primum creatus erat.* Sed redundare vocem *senator* notarunt Glar. et Sigon. Neque eam habebat vetus editio Badii. Et vero sensus est, eos, qui post priores censores curulem magistratum ceperant, lectos esse in Senatum, eo ordine quo magistratum cepissent. Non enim statim, ut magistratum curulem gesserant, senatores fiebant, licet aditus eis in curiam daretur: sed ut senatores censerentur, legi eos a censoribus oportebat. Nec tamen opus est cum Gronov. inserere nomen *magistratus,* et scribere *ut quisque eorum magistratus primus creatus erat:* id enim ex anteriori commate satis intelligitur.

[b] *Qui spolia ex hoste fixa domi haberent*] Post eos, qui magistratus, tum curules, tum plebeios gesserant, ii lecti sunt in Senatum, qui nullo magistratu gesto, sua tamen suorumve bellica virtute insignes essent, eoque spolia hostibus detracta haberent domi suæ: erat enim in more positum apud Romanos teste Plin. lib. XXXV. cap. 2. ut 'foris et circa

civicam coronam accepissent. Ita centum septuaginta septem[7] cum ingenti approbatione hominum[8] in senatum lectis, extemplo se magistratu abdicavit, privatusque de Rostris descendit, lictoribus abire jussis: turbæque se immiscuit privatas agentium res, tempus hoc[9] sedulo terens,[c] ne deducendi sui causa populum de foro abduceret. Neque tamen elanguit cura hominum ea mora, frequentesque eum domum deduxerunt. Consul nocte insequenti ad exercitum rediit, non facto certiore senatu, ne comitiorum causa in Urbe retineretur.

24. Postero die consultus a M'. Pomponio prætore senatus decrevit, dictatori scribendum, uti, si e re publica censeret esse, ad consules subrogandos veniret cum magistro equitum et prætore M. Marcello, ut ex iis præsentibus noscere Patres possent, quo statu res publica esset,[10] consiliaque ex rebus caperent. Qui acciti erant, omnes venerunt, relictis legatis, qui legionibus præessent. Dictator, de se pauca ac modice[11] locutus, in magistrum equitum, Ti. Sempronium Gracchum, magnam partem gloriæ vertit; comitiaque edixit, quibus L. Postumius tertium absens, qui tum Galliam provinciam obtinebat, et Ti. Sempronius Gracchus, qui tum magister equitum et ædilis curulis erat,[12] consules crearentur. Prætores inde creati, M. Valerius Lævinus, Ap. Claudius Pulcher, Q. Fulvius Flaccus, Q. Mucius Scævola. Dictator, creatis magistratibus, Teanum[d] in hyberna ad exercitum rediit, relicto

quam extraordinarii,) et *qui spolia* cet.' *Rupert.*—7 Ms. Hav. *CLXXX.* et in Epit. Liv. Ms. Berg. *CXLVII.* at ceteri *CXCVII.*—8 Al. *omnium.*—9 'In vet. lib. Sigon. *hic,* (in turba et foro,) quod recte, opinor, probat Doering.' *Rupert.*

10 Al. *respublicæ essent.*—11 'Optimi, *ac demodice.* An *permodice?*' J. F. Gronov.—12 'Pro *et ædilis curulis erat* in Edd. ante Crev. et Mss. fere om-

NOTÆ

limina majorum suorum fortissimorum imagines disponerent, affixis hostium spoliis,' &c.

[c] *Tempus hoc sedulo terens*] In foro.

[d] *Teanum*] Duo fuere in Italia oppida ejus nominis: Teanum Apulum, de quo hic sermo, cujus adhuc rudera extare Cluverius testatur decem millia passuum ab ostio Frentonis; Sanso ad *Chienti* in Capitanata ponit,

magistro equitum Romæ, qui, cum post paucos dies magistratum initurus esset,[e] de exercitibus scribendis comparandisque in annum Patres consuleret. Cum eæ res maxime agerentur, nova clades nuntiata, aliam super aliam [13 f] cumulante in eum annum fortuna; L. Postumium, consulem designatum, in Gallia ipsum atque exercitum deletos. Sylva erat vasta, (Litanam Galli vocabant,[14 g]) qua exercitum traducturus erat. Ejus sylvæ dextra lævaque circa viam Galli arbores ita inciderant, ut immotæ starent, momento levi impulsæ occiderent.[15 h] Legiones duas Romanas habebat Postumius, sociumque ab supero mari tantum conscripserat, ut viginti quinque millia armatorum in agros hostium induxerit.[16] Galli oram extremæ sylvæ cum circumsedissent, ubi intravit agmen saltum, tum extremas arborum succisarum impellunt, quæ, alia in aliam, instabilem per se ac male hærentem, incidentes, ancipiti strage arma, viros, equos obruerunt, ut vix decem homines effugerent. Nam cum exanimati plerique essent arborum truncis frag-

nibus *et eo* vel *ea accurrerat* vel *occurrerat*, advenerat.' *Rupert.*—13 Al. *alia super alia.*—14 Al. *vocant.*—15 ' *Occiderent.* Valde faveo huic veterum librorum scripturæ, modo exemplum sit. Secus posses, *conciderent.* Andreas,

NOTÆ

locum longe diversum a *Civita di Chieti*, quæ in Aprutii utriusque confinio sita, olim *Teate:* alterum Teanum Sidicinum in via Latina, et aditu Campaniæ felicis inter Casinum et Casilinum, vulgo *Tiano.*

[e] *Magistratum initurus esset*] Consulatum nempe.

[f] *Aliam super aliam*] Cladem intellige.

[g] *Litanam Galli vocabant*] Fuit hæc sylva haud dubie in Boiis, hoc est, in Mutinensi aut Bononiensi tractu; atque, ut ex Zonara discimus, locis montosis: in exitu forte vallis Carfanianæ, ubi *Selva Romanesca*, aut inde non procul apud locum *Lizano*, qui nominis vestigia servare videtur, ad Apenninum, in Mutinensis, Bononiensis, et Pistoriensis Tusciæ agri confinio.

[h] *Momento levi impulsæ occiderent*] Hæc veterum librorum scriptura: et quandoque *occidere* pro cadere sumitur; nam et eo sensu dicimus 'Solem occidere,' et cetera etiam sidera *occidere* dicuntur, quasi cadere videantur: unde apud Virg. 'suadentque cadentia sidera somnos.' Gronov. tamen suspicatur legendum *conciderent.* Malim *acciderent*, eo sensu quo dicitur ad pedes, vel ad genua alicujus accidere.

mentisque ramorum, ceteram quoque multitudinem, inopinato malo trepidam, Galli, saltum omnem armati circumsedentes, interfecerunt; paucis e tanto numero captis, qui, fluminis pontem petentes, obsesso ante ab hostibus ponte interclusi sunt. Ibi Postumius, omni vi, ne caperetur, dimicans, occubuit.[17] [i] Spolia corporis caputque ducis præcisum Boii ovantes templo, quod sanctissimum est apud eos, intulere: purgato inde capite, ut mos iis est, calvam auro cælavere.[k] Idque sacrum vas iis erat, quo solennibus libarent; poculumque idem sacerdoti esse[18] [l] ac templi antistitibus. Præda quoque haud minor Gallis, quam victoria, fuit. Nam etsi magna pars animalium strage sylvæ oppressa erat, tamen ceteræ res, quia nihil dissipatum fuga est, stratæ per omnem jacentis agminis ordinem inventæ sunt.

25. Hac nuntiata clade, cum per dies multos in tanto pavore fuisset civitas, ut, tabernis clausis, velut nocturna solitudine per urbem acta, senatus ædilibus negotium daret, ut urbem circumirent, aperirique tabernas et mœstitiæ publicæ speciem[19] urbi demi juberent; tum Ti. Sempronius senatum habuit, consolatusque Patres est et adhortatus, ' ne, qui Cannensi ruinæ non succubuissent, ad mino-

ceciderent.' J. F. Gronov.—16 Al. *induxisset.*—17 *Ne caperetur, obnixus occubuit* Edd. ab Aldo ad Gronov.—18 ' Vel *τὸ erat,* vel *τὸ esse* (quod a Ms. Harl. abest) delendum videri, jam alii monuere.' *Rupert.*

NOTÆ

[i] *Ne caperetur, dimicans, occubuit*] Ita post Puteanum et alios Gronovius. Priores habent *obnixus occubuit.* Exiguo sane quantum ad sententiam discrimine. In aliis codicibus neutrum participium occurrit, sed suspensa sic apparet oratio.

[k] *Calvam auro cælavere*] Longobardorum idem mos fuisse videtur. Ea certe causa legitur præcipua necis Alboino, eorum primo in Italia regi, secundæ uxoris Rosemundæ insidiis illatæ, quod eam in devicti patris calva bibere coëgisset.

[l] *Poculumque idem sacerdoti esse*] Freinshemius *τὸ esse* delendum putat: Gronovius *τὸ erat* expungi mavult. Et sane infinitivus modus pro Indicativo historicis usitatus; et hic verbum *esse* in scriptis video. Porro cum dicit idem poculum *sacerdoti* fuisse *ac templi antistibus,* per *sacerdotem* intelligo eum qui sacra faciebat, per *antistites* autem eos qui dignitate sacra eminebant.

res calamitates animos summitterent. Quod ad Carthaginienses hostes Hannibalemque attinet,[20] prospera modo essent, sicut speraret futura,[1] Gallicum bellum et omitti tuto et differri posse; ultionemque eam fraudis in Deorum ac populi Romani potestate fore.[i] De hoste Pœno exercitibusque, per quos id bellum gereretur, consultandum atque agitandum.' Ipse primum, quid peditum equitumque, quid civium, quid sociorum in exercitu esset dictatoris, disseruit. Tum Marcellus suarum copiarum summam exposuit. Quid in Apulia cum C. Terentio consule esset, a peritis quæsitum est:[k] nec, unde consulares exercitus[m] satis firmi ad tantum bellum efficerentur,[2] inibatur ratio. Itaque Galliam, quanquam stimulabat justa ira, omitti eo anno placuit. Exercitus dictatoris consuli decretus est. De exercitu Marcelli, qui eorum ex fuga Cannensi essent,[n] in Siciliam eos traduci, atque ibi militare, donec in Italia bellum esset, placuit: eodem ex dictatoris legionibus rejici militem

[i] *Eam ultionem quam mereretur damnum insidiis Gallorum datum, facile suo tempore repetendam Deorum ope.*
[k] *Ab iis quibus cognitus earum copiarum status.*

19 Al. *mæstitiæ speciem publicæ.*—20 '*Attineret* viri docti non temere conjecerunt.' *Stroth.*—1 '*Prospera* si *modo essent* sc. incepta, nisi potius ex Edd. antt. et quibusdam Mss. restituendum: *prospera modo esset, sicut speraret, fortuna.*' Rupert.—2 *Quæsitum est duone consulares exercitus satis firmati tanto bello sufficerent* Edd. a Froben. ad Gronov. *q. e. d. c. e. s. f. tantum bellum*

NOTÆ

[m] *Nec, unde consulares exercitus*] Ita conjicit Gronovius ex Puteano codice, ubi erat *nec undo consulares;* ubi secunda manus adjecerat inter lineas syllabam *se;* atque inde in plures libros propagata lectio, *ne secundo consulares exercitus,* nullo idoneo sensu. Itaque correctores fecerant, *duone consulares exercitus satis firmati tanto bello sufficerent inibatur ratio:* quod Vallæ merito displicuit; tum quod pro *efficerentur* scribebatur *sufficerentur,* tum etiam quod non patitur Latinitas, ut dicatur *iniri ratio, duone exercitus sufficerent:* ille igitur verum sensum assecutus exigua mutatione legendum putabat, *nec quomodo consulares exercitus satis firmi ad tantum bellum efficerentur.*

[n] *Qui eorum ex fuga Cannensi essent*] Vulgo, *qui ex fuga.* Plerique veteres, *eorum qui.* Meliores, *qui eorum,* id est, qui milites essent ex eorum numero qui in pugna Cannensi fugerant.

minimi quemque roboris, nullo præstituto militiæ tempore, nisi qui[3] stipendiorum legitimorum esset.[o] Duæ legiones urbanæ alteri consuli, qui in locum L. Postumii suffectus esset, decretæ sunt: eumque, cum primum salvis auspiciis posset, creari placuit. Legiones præterea duas primo quoque tempore ex Sicilia acciri: atque inde consul, cui legiones urbanæ evenissent, militum sumeret[4] quantum opus esset. C. Terentio consuli propagari[5] in annum imperium:[p] neque de eo exercitu, quem ad præsidium Apuliæ haberet, quicquam minui.

26. Dum hæc in Italia geruntur apparanturque, nihilo segnius in Hispania bellum erat: sed ad eam diem magis prosperum Romanis. P. et Cn. Scipionibus inter se partitis copias,[6] ut Cnæus terra, Publius navibus rem gereret; Hasdrubal Pœnorum imperator, neutri parti virium satis fidens,[q] procul ab hoste, intervallo ac locis tutus,[7] tenebat se, quoad multum ac diu obtestanti quatuor millia peditum et quingenti equites in supplementum missi ex Africa sunt. Tum, refecta tandem spe, castra propius hostem movit: classemque et ipse instrui pararique jubet ad insulas maritimamque oram tutandam. In ipso impetu movendarum

efficerent Edd. ante Froben. Vid. Not. Var.—3 *Quod* Edd. ante Gronov. Conj. Rupert. *quis.*—4 'Put. *sumere.* Forte: *atque inde consulem cui .... militum sumere.*' J. F. Gronov.—5 *Prorogari* Edd. ab Ascens. ad Gronov.

6 *Scipiones inter se partitis copiis* Edd. vett. *Scipiones inter se partiti copias* Edd. a Mogunt. ad Gronov. Vid. Not. Var.—7 *Tutis* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

[o] *Nisi qui* [*quod*] *stipendiorum legitimorum esset*] Mavult Gronov. ex manuscriptis *nisi qui stipendiorum legitimorum essent*, ut ad milites, non ad tempus, referatur. Vulgaris lectio mihi probatur magis; vult enim Livius eam Senatus sententiam fuisse, ut præstitutum tempus militiæ in unoquoque milite servaretur, id est, ut non ante impleta viginti annorum stipendia dimitterentur.

[p] *C. Terentio consuli propagari in annum imperium*] Non ut consulatum retineret per biennium, sed, ut pro consule bellum gereret. Nihil autem erat cur contra plerosque manuscriptos et editos Ascensius mutaret *propagari*, in *prorogari imperium*, cum utrumque recte dicatur, ut pluribus exemplis confirmat citra necessitatem Gronovius.

[q] *Neutri parti virium satis fidens*] Gall. *Ne se trouvant pas assez fort, ni sur mer, ni par terre.*

de integro rerum[l] perculit eum præfectorum navium transitio, qui, post classem ad Iberum per pavorem desertam graviter increpiti, nunquam deinde satis fidi aut duci aut Carthaginiensium rebus fuerant. Fecerant hi transfugæ motum in Carpesiorum[8] gente,[r] desciverantque iis auctoribus urbes aliquot: una etiam ab ipsis vi capta fuerat. In eam gentem versum ab Romanis bellum est; infestoque exercitu Hasdrubal ingressus agrum hostium, pro captæ ante dies paucos urbis mœnibus, Chalbum,[9] [s] nobilem Carpesiorum ducem, cum valido exercitu castris sese tenentem,[10] aggredi statuit. Præmissa igitur levi armatura, quæ eliceret hostes ad certamen,[11] peditum partem ad depopulandum per agros passim dimisit, ut palantes exciperent. Simul et ad castra tumultus erat,[t] et per agros fugaque et cædes; deinde undique diversis itineribus cum in castra se recepissent, adeo repente decessit animis pavor, ut non ad

[l] *Recrudescente in Hispania bello, cum de novo majori vi atque impetu agitandæ res essent.*

mox pro *quoad* in Edd. ante Crev. legitur *cui.*—8 'Ita Edd. Mogunt. Ald. et inde al. Sed primæ Edd. et Mss. fere omnes *Tartessiorum* aut *Tartesiorum*, et quidam *Carthesiorum.*' Rupert.—9 Vulg. *Galbum.*—10 *Se detinentem* Edd.

NOTÆ

[r] *In Carpesiorum gente*] Polybius Carpesios dixit pro Carpetanis; eumque sequi potuit Livius. Sed meliores codices habent *Carthesiorum*, vel *Tartessiorum*, quorum urbs Carteia. De utrisque jam dictum. Et Carpetani quidem, quorum caput Toletum, Ibero propiores, a quo haud multum exercitus tam Romanorum quam Pœnorum abfuisse suadet Auctoris narratio. Et longius a Romanis dissita Carteia, intermediusque Hasdrubal verti in eam partem bellum a Romanis non facile sinebat: nec tanta erat Tartessiorum gens, qui pars Turdetanorum sive Olcadum, quemadmodum eos Noster appellat lib. XXI. ut ex ea plures a Carthaginiensibus urbes deficere possent, aliæ in fide manere: unde non ægre adducar, ut *Carpesiorum* potius retineam, sive Carpetanorum, gentis potentioris pluribusque oppidis frequentis, quam *Tartessiorum:* nisi Sansonem sequi placeat, apud quem in Tabula Hispaniæ veteris 'Carteia Olcadum,' tanquam longe diversa ab ea quam in Bætica apud Tartessios ad fretum Gaditanum omnes norunt, statuitur inter Tagum et Valeriam, ubi nunc *Horcajada*, ni fallor, in Carpetanorum et Celtiberorum confinio.

[s] *Chalbum* [*Galbum*] Optimi *Chalbum.*

[t] *Et ad castra tumultus erat*] Castra intellige, Hispanorum qui defecerant.

munimenta modo defendenda satis animorum esset, sed etiam ad lacessendum hostem prælio. Erumpunt igitur agmine e castris, tripudiantes more suo; repentinaque eorum audacia terrorem hosti, paulo ante ultro lacessenti, incussit. Itaque et ipse Hasdrubal in collem satis arduum, tutum[12] flumine etiam objecto, tum copias subducit, et præmissam levem armaturam equitesque palatos eodem recipit: nec aut colli aut flumini satis fidens, vallo castra permunit. In hoc alterno pavore certamina aliquot sunt contracta: nec Numida Hispano eques par fuit; nec jaculator Maurus cetrato, velocitate pari,[u] robore animi viriumque aliquantum præstanti.

27. Postquam neque elicere Pœnum ad certamen obversati castris poterant, neque castrorum oppugnatio facilis erat; urbem Ascuam,[13] [x] quo, fines hostium ingrediens, Hasdrubal frumentum commeatusque alios convexerat, vi capiunt, omnique circa agro potiuntur. Nec jam, aut in agmine, aut in castris, ullo imperio contineri. Quam ubi negligentiam ex re (ut fit) bene gesta oriri senserat Hasdrubal, cohortatus milites, ut palatos sine signis hostes[14] aggrederentur, degressus[15] colle, pergit ire acie instructa ad castra. Quem ut adesse tumultuose nuntiavere fugientes ex speculis stationibusque, ad arma conclamatum est.[16] Ut quisque arma ceperat, sine imperio, sine signo, incompositi, inordinati in prælium ruunt. Jam primi conseruerant

ante Gronov.—11 Al. *ad pugnam.*—12 *Tutumque* Edd. ante Crevier.
13 *Asenam* Edd. ante Drak.—14 Olim legebatur, *ut palantes signis hostes.* —15 Al. *digressus.*—16 *Quem ut adesse tumultuose nuntii refugientes ex speculis*

NOTÆ

[u] *Cetrato, velocitate pari*] Cetra quale sit clypei genus, jam explicui.

[x] *Ascuam* [*Asenam*] Celtiberorum oppidum fuisse, cui nunc nomen *Almeda*, quarto milliari a Toleto censet Ferrarius, quem in Tabula Hispaniæ secutus Sanso. Scripti, in quibus Colb. habent *Ascuam.* Et facile potuit in vulgatis irrepere *E* pro *C*, et *N* pro *V*. Putarem scribendum *Escuam*, quo nomine oppidum in Turdulis Ptolemæus nominat, cujus et Plinius meminit: id Sanso in conventu Astigitano ponit, et *Cabral* interpretatur, qui locus in confinio regni Granatensis et Hispalensis. Sed hoc longius distat a Celtiberis.

manus, cum alii catervatim currerent, alii nondum e castris exissent. Tamen primo ipsa[17] audacia terruere hostem. Deinde, rari in confertos illati, cum paucitas parum tuta esset, respicere alii alios, et undique pulsi coire in orbem; et dum corporibus applicantur,[m] armaque armis jungunt, in arctum compulsi, cum vix movendis armis satis spatii esset, corona hostium cincti, ad multum diei cædunturur. Exigua pars, eruptione facta, sylvas ac montes petit: parique terrore et castra sunt deserta, et universa gens postero die in deditionem venit. Nec diu in pacato mansit.[18] [y] Nam subinde ab Carthagine allatum est, ut Hasdrubal primo quoque tempore in Italiam exercitum duceret. Quæ vulgata res per Hispaniam omnium ferme animos ad Romanos avertit. Itaque Hasdrubal ex templo literas Carthaginem mittit, indicans, quanto fama profectionis suæ damno fuisset. 'Si vero inde pergeret, prius, quam Iberum transiret, Romanorum Hispaniam fore. Nam, præterquam quod nec præsidium, nec ducem haberet, quem relinqueret pro se, eos imperatores[19] esse Romanos, quibus vix æquis viribus resisti possit. Itaque si ulla Hispaniæ cura esset, successorem sibi cum valido exercitu mitterent: cui, ut omnia[20] prospere evenirent, non tamen otiosam provinciam fore.'[n]

[m] *Et dum se ad globos adjungerent.*

[n] *Vel si, sive etiamsi, cuncta feliciter procederent, eum tamen non habiturum munus absque negotio et vacuum labore.*

stationibusque attulere Edd. a Mogunt. ad Drak. Vid. Not. Var.—17 Al. *Tum primo ipsa.*—18 '*Nec diu in pacato mansit* haud apte dictum, sive intell. *agro*, sive *statu. Nec diu pacata m.* sc. gens, conj. Gron. sed recte, opinor, reposuit Stroth. *in pacto*, ut 'nec diu in conditione ac pacto mansit' ap. Cic. Verr. I. 6. et sup. IV. 7. 'in fœdere et amicitia mansuros.' Pacti quidem mentio expressa non facta est; sed verba præc. eo referri possunt.' *Rupert.*—19 '*Pro se imperatores.* Meliores: *quem relinqueret prope eos imperatores esse Romanos.* Ita plane Put. Scribe, *quem r. pro se: eos imperatores esse Romanos.* Nisi malit: *quem r. prope eos imp. Romanos*, extrito τῷ *esse.*' J. F. Gronov.—20 '*Cui si omnia* Edd. ante Gronov. qui *ut* (i. e. licet) ex conjectura certa dedit, cum *si* in optimis Mss. desideretur.' *Stroth.*

NOTÆ

[y] *Nec diu in pacato mansit*] Si referatur ad Hasdrubalem *in pacato manere*, eodem modo dici posset ac in hostico esse. Quodsi ad gentem de-

28. Hæ literæ quanquam primo admodum moverunt senatum; tamen, quia Italiæ cura prior potiorque erat, nihil de Hasdrubale neque de copiis ejus mutatum est.[1] Himilco cum exercitu justo et aucta classe, ad retinendam terra marique ac tuendam Hispaniam, est missus; qui, ut pedestres navalesque copias trajecit, castris communitis navibusque subductis et vallo circumdatis, cum equitibus delectis ipse, quantum maxime accelerare poterat, per dubios infestosque populos[z] juxta intentus[o 2] ad Hasdrubalem pervenit. Cum decreta senatus mandataque exposuisset, atque edidicisset ipse in vicem, quemadmodum tractandum bellum in Hispania foret, retro in sua castra rediit; nulla re, quam celeritate, tutior, quod undique abierat[p] ante quam consentirent.[3] [a] Hasdrubal prius, quam moveret castra, pecunias imperat populis omnibus suæ ditionis, satis gnarus, Hannibalem transitus quosdam pretio mercatum: nec auxilia Gallica aliter, quam conducta, habuisse; inopem, tantum iter ingressum, vix penetraturum ad Alpes fuisse. Pecuniis igitur raptim exactis, ad Iberum descendit. Decreta Carthaginiensium et Hasdrubalis iter ubi ad Romanos sunt perlata,[b] omnibus omissis rebus, ambo duces, junctis copiis, ire obviam cœptis atque obsistere

[o] *Æque intentus inter nationes dubiæ ac nutantis fidei, ac inter inimicas palam et infensas.*

[p] *Ex regionibus singulorum populorum, qui suspecti erant.*

1 *Est* non extat in Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—2 Malit Rupert. *ad* vel *in dubios i. p. juxta intentus.* 'Vereor ne corruptus sit locus, ita ut vel aliquid desit post *ad,* vel pro *intentus* legendum sit *littus* aut aliud quid.' *Stroth.*—3 'Ex antt. Edd. ante *consentirent* forsan inserendum *populi.*' Ru-

NOTÆ

victam referas, legendum erit cum Gronovio, *nec diu pacata mansit.* Vel subintelligendum *in pacato statu.*

[z] *Per dubios infestosque populos*] Hinc apparet procul a mari mansisse hactenus Hasdrubalem, in populis non omnino pacatis, sive in statu non plane pacifico.

[a] *Ante quam consentirent*] Populi scilicet Hispanici ad eum arcendum, ne ad castra sua, quæ haud dubie maritima, perveniret.

[b] *Ad Romanos sunt perlata*] Ad Scipiones fratres, Romanorum in Hispania duces.

parant; rati, si Hannibali, vix per se ipsi tolerando Italiæ hosti, Hasdrubal dux atque Hispaniensis exercitus esset junctus, illum[4] Romani finem[c] imperii fore. His anxii curis ad Iberum contrahunt copias; et, transito amne, cum diu consultassent, utrum castra castris[d] conferrent, an satis haberent, sociis Carthaginiensium oppugnandis, morari ab itinere proposito hostem, urbem a propinquo flumine Iberam[e] appellatam, opulentissimam ea tempestate regionis ejus, oppugnare parant. Quod ubi sensit Hasdrubal, pro ope ferenda sociis, pergit ipse ire ad urbem, deditam nuper in fidem Romanorum,[5][f] oppugnandam. Ita jam cœpta obsidio omissa ab Romanis est, et in ipsum Hasdrubalem versum bellum.

29. Quinque millium intervallo castra distantia habuere paucos dies; nec sine levibus præliis, nec ut in aciem exirent. Tandem uno eodemque die velut ex composito utrimque signum pugnæ propositum est, atque omnibus copiis in campum descensum.[6] Triplex stetit Romana acies.[g] Velitum pars inter antesignanos locata,[7] pars post signa accepta,[h] equites cornua cinxere. Hasdrubal mediam

pert. Vid. Not. Var.—4 Al. *illico*.—5 *Romanam* Grut. Gronov. Doujat.
6 Add. *est* Gronov. Doujat. Crev.—7 Olim legebatur, *Peditum pars ante*

NOTÆ

[c] *Illum Romani finem*] Vulgo scribebatur *illico Romani, &c.* non male. Elegantius tamen quod Gronov. subjicit, *illum Romani, &c.* ex Puteano codice, ut sit, tunc futurum Romani imperii finem, probatque pluribus exemplis ex ipso Livio. Sufficit ex lib. III. c. 36. 'Ille finis Appio alienæ personæ ferendæ fuit.'

[d] *Castra castris*] Id est, castra sua cum castris Hasdrubalis.

[e] *Iberam*] Creditur *Ibera* tunc temporis dicta, quæ post *Dertusa* paulo supra ostia Iberi in Ilercaonibus Tarraconensis Hispaniæ populis, nunc *Tortosa* in Cataloniæ versus Valentiæ regnum finibus, Episcopatus titulo nobilis civitas.

[f] *Ad urbem, deditam nuper in fidem Romanorum*] Aliam scilicet ab Ibera a Scipionibus tunc oppugnata. Illius autem alterius nomen non indicatur.

[g] *Triplex stetit Romana acies*] Divisi scilicet pedites gravis armaturæ pro more illorum temporum in tria corpora, hastatos, principes, et triarios, immixta corpori hastatorum ac triariorum levi armatura, quos hic velites appellat. Vide lib. VIII. c. 8.

[h] *Velitum pars inter antesignanos locata, pars post signa accepta*] Ita Gro-

aciem Hispanis firmat: in cornibus, dextro Pœnos locat, lævo Afros mercenariorumque auxilia: equitum Numidas Pœnorum peditibus, ceteros Afris[i] pro cornibus apponit.[8 k] Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus, desultorum in modum, binos trahentibus equos inter acerrimam sæpe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, tamque docile equorum genus est. Cum hoc modo instructi starent, imperatorum utriusque partis haud ferme dispares spes erant. Nam ne multum quidem aut numero, aut genere militum, hi aut illi præstabant. Militibus longe dispar animus erat. Romanis enim, quanquam procul a patria pugnarent, facile persuaserant duces, pro Italia atque urbe Romana eos pugnare. Itaque, velut quibus reditus in patriam eo discrimine pugnæ verteretur, obstinaverant animis, vincere aut mori. Minus pertinaces viros habebat altera acies. Nam maxima pars Hispani erant, qui vinci in Hispania, quam vinctores in Italiam trahi, malebant. Primo igitur concursu, cum vix pila conjecta essent, retulit pedem media acies, inferentibusque sese magno impetu Romanis terga

signa locata. Vid. inf. et Not. Var.—8 ' *Cornibus opponit* omnes Edd. præter Crev. et Stroth. omnesque Mss. præter duos, in quibus est *apponit.* Illud probat Gron. hoc vero recte, opinor, Stroth. quia *opponi pro cornibus, castris* cet. absolute sæpius dicatur, non vero simul jungatur dativo, nisi *hosti.*' Ru-

NOTÆ

nov. ex Puteano: vulgo legitur, *peditum pars ante signa locata:* sensu nihil diverso, quod ad situm attinet: idem enim est *ante signa* et *inter antesignanos.* Sed aliud velites, aliud pedites, quo nomine gravius armati designari solent. Et pedites generaliter partim ante, partim post signa locari, novum non est: nec *accipi* recte dicitur, nisi minor numerus in majori: major autem semper numerus peditum graviter armatorum, quam levis armaturæ. Melius itaque *velitum,* qui immixti hastatis et triariis, quam *peditum,* quibus tota constare solet media acies.

[i] *Ceteros Afris*] Auxiliarem scilicet aliarum a Numidis nationum equitatum.

[k] *Pro cornibus apponit* [*opponit*] Rubenius scribendum putabat *apponit,* et sane id videtur exigere sententia, ut equites peditibus hinc atque hinc adjuncti significentur, sive ante peditum cornua, sive ut illis additi ex utroque latere cornuum loco essent. Gronovius tamen retinet τὸ *opponit,* firmatque exemplis; sed quæ nonnisi ad hostes referri possint.

vertit. Nihilo segnius in cornibus prælium fuit. Hinc Pœnus, hinc Afer urget: et velut in circumventos prælio ancipiti pugnant. Sed cum in medium tota jam coisset Romana acies, satis virium ad dimovenda hostium cornua habuit. Itaque duo[9] diversa prælia erant. Utroque Romani, ut qui, pulsis tandem[10] mediis,[1] et numero et robore virorum præstarent, haud dubie superarunt. Magna vis hominum ibi occisa; et, nisi Hispani vixdum conserto prælio tam effuse fugissent, perpauci ex tota superfuissent acie. Equestris pugna nulla admodum fuit; quia, simul inclinatam mediam aciem Mauri Numidæque viderunt, extemplo fuga effusa nuda cornua, elephantis quoque præ se actis, deseruere. Et[11] Hasdrubal, usque ad ultimum eventum pugnæ moratus, e media cæde cum paucis effugit. Castra Romani cepere atque diripuere. Ea pugna, si qua dubia in Hispania erant, Romanis adjunxit: Hasdrubalique non modo in Italiam traducendi exercitus, sed ne manendi quidem satis tuto in Hispania spem reliquit. Quæ postquam literis Scipionum Romæ vulgata sunt; non tam victoria, quam prohibito Hasdrubalis in Italiam transitu, lætabantur.

30. Dum hæc in Hispania geruntur, Petelia[12] in Bruttiis, aliquot post mensibus, quam cœpta oppugnari erat, ab Himilcone, præfecto Hannibalis, expugnata est. Multo[13] sanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria stetit: nec ulla magis vis obsessos, quam fames, expugnavit. Absumtis enim frugum alimentis carnisque omnis generis quadrupe-

pert.—9 Vet. lib. apud Sigon. *Ita duo.*—10 ‘Gronovius conjiciebat *jam ante*, vel *jam tum*: legi etiam posset *jam diu.* Quodsi *tandem*, ut puto, verum est, non ad proximum *pulsis*, sed ad remotius *numero præstarent*, referendum est.’ *Stroth.*—11 ‘Nullum usum video copulativæ: ideoque delendam censeo.’ *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[1] *Ut qui, pulsis tandem mediis*] Mavult Gronovius *pulsis jam tum*, vel *pulsis jam ante mediis:* quod superioribus magis congruit, ubi vix conjectis pilis, statim retulisse pedem media acies dicitur. Particula vero *tandem* exigit, ut magno molimine perfecta res fuerit.

dum, sutrinæ postremo coriis,[14] [m] herbisque et radicibus, et corticibus teneris strictisque rubis [n] vixere; nec, antequam vires ad standum in muris ferendaque arma deerant, expugnati sunt. Recepta Petelia, Pœnus ad Consentiam [o] copias traducit; quam, minus pertinaciter defensam, intra paucos dies in deditionem accepit. Iisdem ferme diebus et Bruttiorum exercitus Crotonem, Græcam urbem, circumsedit, opulentam quondam armis virisque, tum jam adeo multis magnisque cladibus afflictam, ut omnis ætatis minus viginti millia civium superessent. Itaque urbe a defensoribus vasta [15] facile potiti sunt hostes: arx tantum retenta, in quam inter tumultum captæ urbis e media cæde quidam effugere. Et Locrenses [p] descivere ad Bruttios Pœnosque,

12 Al. *Petellia.*—13 *Est; multoque* Edd. ante Crevier.—14 '*Sutrinæ postremo coriis;* aptissime et gravissime, judice Str. et Doer. si cogites, miseros homines sutorum officinas, ubi plurima sunt coria, adiisse ibique resecta coriorum frusta corrosisse. Sed cur hæc tantum coria? et quam dubia est vulg. lectio! *sutrinæque* Edd. prim. ante Froben. qui delevit *τὸ que*, quod omnes Mss. tuentur, in quibus tamen non *sutrinæque* reperitur, sed *suetemque* et *sueteque* vel *suetæque:* unde Salmas. *carnisque o. g. q. suetæque, postremo* cet. legebat. *scutorumque* conj. Valla. Sed *τὸ que* probabile facit, ante hanc vocem excidisse aliam, quæ latet forte in *quadrupedum.* Suspicari possis *madefactis siccatisque* coll. Frontin. IV. 5. 18. vel potius *pellium scutique postremo coriis;* ut fere in simili extremæ famis descriptione sup. c. 19. '*ut lora detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur.*'' *Ru-*

NOTÆ

[m] *Sutrinæ postremo coriis*] Tolerari posset, ut intelligantur *coria*, quibus sutores in officinis suis utuntur; sed in plerisque libris legitur, *suetemque postremo coriis:* unde conjecit Laur. Valla *scutorumque postremo coriis*, quæ sane in cibum alias quoque versa indubitatum est. Sed Salmas. et Gronov. ex Puteano codice legunt *suetæque:* ita *carnisque omnis generis quadrupedum suetæque* (id est carnis quacumque vesci homines consueverunt) *postremo coriis.*

[n] *Strictisque rubis*] Strictos intellige, vel collectos ac decerptos, ut apud Cæsarem III. de Bello Civili, '*foliis ex arboribus strictis.*' Et apud Virgil. II. Georg. '*Sed tamen et quernas glandes tunc stringere tempus Et lauri baccas.*'

[o] *Ad Consentiam*] De Consentia, et Crotone actum Decad. I. Caput Bruttiorum olim, nunc citerioris Calabriæ, *Consentia* est, vulgo *Cosenza*, ad Cratim amnem, titulo Archiepiscopali decorata.

[p] *Et Locrenses*] Locri hi sunt Epizephyrii dicti, sive Occidentales. Nomen fuit oppidi a Græcis supra Zephyrium promontorium extremæ Bruttiorum regionis conditi: hodie *Gierace*, in ora maris Ionii, et ulteriore Calabria.

prodita multitudine a principibus. Rhegini[q] tantummodo regionis ejus et in fide erga Romanos, et potestatis suæ ad ultimum manserunt. In Siciliam quoque eadem inclinatio animorum pervenit: et ne domus quidem Hieronis tota ab defectione abstinuit. Namque Gelo maximus stirpis, contemta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos defecit: movissetque in Sicilia res, nisi mors adeo opportuna, ut patrem quoque suspicione aspergeret, armantem eum multitudinem solicitantemque socios absumsisset. Hæc eo anno in Italia, in Africa, in Sicilia, in Hispania vario eventu acta. Exitu anni Q. Fabius Maximus a senatu postulavit, ut ædem Veneris Erycinæ, quam dictator vovisset, dedicare liceret. Senatus decrevit, ut Ti. Sempronius consul designatus, cum honorem inisset,[16] ad populum ferret, ut Q. Fabium duumvirum esse juberent[r] ædes dedicandæ causa.[17] Et M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurque[s] fuerat, filii

pert.—15 *Vastata* Edd. et Mss. plerique: *vacua* ex emend. Sigonii Grut. all. —16 ' *Cum honorem inisset* 5. Mss. Pro *honorem* plerique Mss. et Edd. antt. *ibono*, vel *ibone* et *in bono:* Edd. recentt. *primum magistrum* vel *honorem:* sed vox *primum* in nullo Ms. extat.' *Rupert.*—17 *Ut duumviros esse juberent a. d.*

NOTÆ

[q] *Rhegini*] Rhegium eodem tractu, sed cis Apenninum, in extremo Italiæ ea parte cornu; Græcorum quoque colonia e regione Messanæ, intercurrente freto Siculo: dicitur adhuc *Reggio* Archiepiscopatus, et metropolis Calabriæ ulterioris.

[r] *Ut Q. Fabium duumvirum esse juberent*] Hæc vera scriptura ex optimis codicibus: mutarunt Valla et Sigonius, scripseruntque, *ut duumviros esse juberent*, quod dubitarent an *duumvir* in singulari recte diceretur; sed nihil est quod ambigatur. Sic enim sæpe Livius ipse, ut ostendit Gronov. veluti lib. II. ubi de æde Castoris a Postumio vota Latino bello, 'filius ejus duumvir' ad id ipsum creatus dedicavit. Quod autem Glareanus ait servandum esse saltem pluralem numerum, quod præter Fabium T. Otacilius creatus sit eodem tempore, qui ædem Mentis dedicaret, infra cap. proximo, unde et scribendum esse *ædium dedicandarum causa*, id nullius momenti est, quandoquidem hoc loco unius tantum ædis dedicandæ mentio a Livio fit, nimirum Veneris Erycinæ.

[s] *M. Æmilio Lepido, qui bis consul augurque*] Hunc et M. Valerium Lævinum bis consules nominat Livius. Sed cum neque in fastis Capitolinis, neque apud Cassiodorum, nisi semel in consulum numero legantur; suspicatur Sigonius eos suffectos fuisse

tres, Lucius, Marcus, Quintus, ludos funebres per triduum[18] et gladiatorum paria duo et viginti per triduum in foro dederunt. Ædiles curules, C. Lætorius[19] et Ti. Sempronius Gracchus, consul designatus,[t] qui in ædilitate magister equitum fuerat, ludos Romanos fecerunt, qui per triduum instaurati sunt. Plebeii ludi ædilium M. Aurelii Cottæ et M. Claudii Marcelli[20] ter instaurati. Circumacto tertio anno Punici belli, Ti. Sempronius consul Idibus Martiis magistratum iniit.* Prætores Q. Fulvius Flaccus,[1] qui ante bis consul[2] censorque fuerat, urbanam; M. Valerius Lævinus peregrinam sortem in juris dictione habuit. Ap. Claudius Pulcher Siciliam, Q. Mucius Scævola Sardiniam sortiti sunt. M. Marcello pro consule[3] imperium esse populus jussit, quod post Cannensem cladem unus Romanorum imperatorum in Italia prospere rem gessisset.

31. Senatus, quo die primum est in Capitolio consultus, decrevit, ut, quo eo anno duplex tributum imperaretur,[4] simplex confestim exigeretur, ex quo stipendium præsens omnibus militibus daretur, præterquam qui milites ad Cannas fuissent. De exercitibus ita decreverunt,[5] ut duabus legionibus urbanis Ti. Sempronius consul Cales ad conve-

c. emend. Glar. et Sigon.—18 'Duo vocc. *per triduum* forte delenda, nec bis a Livio posita.' *Rupert.*—19 Al. *C. Lectorius.*—20 Olim legebatur, *ludi a M. Aurelio Cotta, et M. Claudio Marcello.*—1 Al. *Prætoresque Fulv. Flac.*—2 'Pro vulg. *antea consul* auctore Perizon. reposui *antè II.* vel *bis consul.*' Rupert.—3 Al. *Marcello proconsuli.*—4 '*Senatus ... decrevit, ut simplex tributum confestim exigeretur, quo,* ut, vel hoc consilio, ut *eo anno duplex imperaretur,* imperari et commodius conferri posset; Str. Sed hæc duarum conjunctionum, *ut, quo,* sine ulla verborum interjectione se excipientium collocatio admodum mihi dura, et vulgata lectio *ut eo anno* tuenda videtur; Doer. In Mss. tamen et Edd. vett. fere omnibus legitur *ut quo eo anno* vel *ut quo anno.* Ceterum variationis causa primum *senatus decrevit,* et deinde *decreverunt* dicitur.' *Rupert.*—5 *Inde de exercitibus ita decretum est* Edd. ante Gronov. et Mss. per-

NOTÆ

in locum L. Veturii et C. Lutatii. Notum enim est in fastis ordinariorum tantum fieri mentionem, qui scilicet primi suo anno creati ei nomen dabant.

[t] *Consul designatus*] Novum et inusitatum ex ædilitate consulatum capere; sed nimirum hic Tib. Gracchus, cum in ædilitate magister equitum fuisset, quæ dignitas prætura major, potuit hac prætermissa consul fieri.

* A. U. C. 538.

niendum diem ediceret: inde ut legiones [6] in castra Claudiana [u] supra Suessulam deducerentur. Quæ ibi legiones essent, (erant autem Cannensis maxime exercitus,) eas Ap. Claudius Pulcher prætor in Siciliam trajiceret; quæque in Sicilia essent, Romam deportarentur. Ad exercitum, cui ad conveniendum Cales edicta dies erat, M. Claudius Marcellus missus; isque jussus in castra Claudiana deducere urbanas legiones. Ad veterem exercitum accipiendum deducendumque inde in Siciliam [7] T. Metilius Croto legatus ab Ap. Claudio est missus. Taciti primo expectaverant homines, uti consul comitia collegæ creando haberet. Deinde, ubi ablegatum, velut de industria, M. Marcellum viderunt, quem maxime [8] consulem in eum annum ob egregie in prætura res gestas creari volebant, fremitus in curia est ortus. Quod ubi sensit consul, 'Utrumque,' inquit, 'e re publica fuit, Patres conscripti, et M. Claudium ad permutandos exercitus in Campaniam proficisci, et comitia non prius edici, quam is inde, confecto, quod mandatum est, negotio, revertisset; ut vos consulem, quem tempus rei publicæ postularet, quem maxime vultis, haberetis.' Ita de comitiis, donec rediit Marcellus, silentium fuit. Interea duumviri creati sunt Q. Fabius Maximus et T. Otacilius Crassus, ædibus dedicandis, Menti Otacilius, Fabius Veneri Erycinæ. Utraque in Capitolio est, canali

multi.—6 '*Inde ut legiones* edidi pro vulg. *inde sex legiones*: nam de iisdem *duabus legionibus urbanis* agitur, et sex legionibus nemo in hoc bello præfuit. Hinc *eae* conj. Perizon. ut *A* mutatum sit in *X*: *hæ* et *ut* Stroth. Posterius recepi, quia ex *VT* facillime *VI* enasci potuit.' *Rupert.*—7 Al. *deducendum*-

NOTÆ

[u] *In castra Claudiana*] Cum duo ex gente Claudia in imperio essent, M. Claudius Marcellus proconsul, et Appius Claudius Pulcher prætor; ambigi posset utrius hæc castra essent; nisi quod Appius nunc primum præturam inierat, necdum in Siciliam provinciam erat profectus. Hinc patet Claudii Marcelli castra intelligenda, quæ supra Suessulam posita habebat: mirum tamen quod Claudius Marcellus in castra Claudiana legiones deducere jussus dicatur, potius quam in sua castra. Sed quamvis ab eo imperatore nomen haberent, non tamen ejus castra erant, sed populi Romani.

uno discretæ. Et de trecentis equitibus Campanis, qui, in Sicilia cum fide stipendiis emeritis, Romam venerant, dein latum ad populum,[9] ut cives Romani essent; item uti municipes Cumani essent,[x] pridie[10] quam populus Campanus[y] a populo Romano defecisset. Maxime, ut hoc ferretur, moverat, quod, quorum hominum essent, scire se ipsi negabant;[q] vetere patria relicta,[z] in eam, in quam redierant,[a] nondum asciti. Postquam Marcellus ab exercitu rediit, comitia uni consuli rogando in locum L. Postumii edicuntur. Creatur ingenti consensu Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet. Cui ineunti consulatum cum tonuisset,[b] vocati augures vitio creatum videri pronuntiaverunt; vulgoque Patres ita fama ferebant, quod tum primum duo

[q] *Motus inprimis populus Romanus fuerat ad hoc sanciendum, quia ipsi equites Campani fatebantur se nescire cui populo ascribendi essent.*

que in Siciliam.—8 Olim legebatur *quemque maxime vultis.*—9 Al. *delatum ad populum.*—10 'Hoc non dicitur Latine, *illo die* vel *pridie diei illius*, quo ille dies et non posteriores designantur, sed *ex illo die:* unde *ex a. d.* vel *ex ante diem* excidisse post *essent* suspicor; Gron. Hæc potius Livium pro *essent*, quod repetere nihil attinebat, scripsisse crediderim.' *Rupert.*

NOTÆ

[x] *Uti municipes Cumani essent*] Fur. Camillo, C. Mænio coss. U. C. 415. Cumani, quod cum Latinis rebellassent, ejusdem juris conditionisque ac Campani esse jussi fuerant lib. VIII. c. 14. Campani autem agro fuerant mulctati ejusdem lib. cap. 11. nunc Cumæ ex præfectura in municipium versæ. Municipes autem erant cives Romani suo jure suisque legibus utentes: ita ut honorarii muneris cum populo Romano participes essent, nisi quod suffragio plerumque carebant, nec magistratus capere poterant.

[y] *Pridie quam populus Campanus*] Suspicatur non immerito Gronov. excidisse tres notas E. A. D. scribendumque, *vel municipes Cumani essent ex ante diem pridie quam populus Campanus.* Alioquin ineptum esset dicere, ut pridie illius diei cives essent, quasi unico die, qui nempe præcessisset defectionem populi Campani, civitatis jus haberent. Vult itaque ipsis attributum jus municipum locum habuisse ab eo die qui præcesserat Campanorum defectionem.

[z] *Vetere patria relicta*] Capua nimirum.

[a] *In eam, in quam redierant*] Romam intelligit.

[b] *Cum tonuisset*] Hac de re Plutarchus in Marcello ait, augures, parum faustum hoc signum existimantes, non tamen ausos fuisse palam eum impedire, quod populum timerent; sed Marcellum ipsum ejurasse magistratum.

plebeii consules facti essent, id Deis cordi non esse. In locum Marcelli, ubi is se magistratu abdicavit, suffectus Fabius Maximus tertium. Mare arsit eo anno: ad Sinuessam bos equuleum peperit: signa Lanuvii ad Junonis Sospitæ[c] cruore manavere, lapidibusque circa id templum pluit. Ob quem imbrem novemdiale, ut assolet, sacrum fuit: ceteraque prodigia cum cura expiata.

32. Consules exercitus inter sese[11] diviserunt.[d] Fabio exercitus, cui M. Junius dictator præfuerat, evenit; Sempronio volones qui fierent,[12 e] et sociorum viginti quinque millia; M. Valerio prætori legiones, quæ ex Sicilia redissent, decretæ; M. Claudius proconsul ad eum exercitum, qui supra Suessulam Nolæ præsideret, missus. Prætores in Siciliam ac Sardiniam profecti. Consules edixerunt, quoties in[13] senatum vocassent,[f] uti senatores, quibusque in senatu dicere sententiam liceret,[g] ad portam Capenam convenirent. Prætores, quorum juris dictio erat, tribunalia

11 *Se* Edd. ante Drak.—12 '*Volones qui forent* unus Ms. et *volonum quod fuerat* Edd. Mog. Frob. Francof. Grut. Crev. Neutrum displicebat Strothio; et Doering. conj. *volones qui fuerant.* At judice Gron. ex prioribus constat, volones antea lectos in exercitu mansisse Junii dictatoris.' *Rupert.*

NOTÆ

[c] *Ad Junonis Sospitæ*] *Sospes* non solum de eo dicitur qui salvus et incolumis est, sed etiam de eo qui servat. Est itaque *Juno Sospita*, Juno servatrix. Ea apud Lanuvinos præcipuo honore colebatur, pingebaturque hasta et scutulo armata, cum pelle caprina, et calceolis repandis. Ex Cic. de Nat. Deor.

[d] *Consules exercitus inter sese diviserunt*] Locus in Mss. varie laceratus, ex quibus suspicatur Gronov. legendum, *Consules inter sese jusserunt, Fabio exercitum tradi, cui M. Junius Pera dictator præfuerat, &c.* Verum a Livii stylo abhorrere mihi videtur illud *Consules inter sese jusserunt*, nec quicquam difficultatis habet communis lectio.

[e] *Volones qui fierent*] 'Volones,' inquit Festus, 'sunt milites, qui post Cannensem cladem usque ad octo millia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulerunt.' At non semel tantum servi hoc tempore volentes nomina in militiam dederunt; si vera est hæc Andreæ, et Aldi lectio, quæ pro eo quod scribitur vulgo, *Volones, qui fuerant*, scribunt *Volones qui fierent:* quod Gronovio placet, quoniam qui antea lecti erant, in exercitu Junii dictatoris manserant.

[f] *Quoties in senatum vocassent*] Alias *Senatum vocassent.* Utrumque dici ostendimus.

[g] *Quibusque in senatu dicere sententiam liceret*] Magistratibus, qui nondum in Senatum lecti a censoribus.

ad Piscinam publicam[h] posuerunt. Eo vadimonia fieri jusserunt: ibique eo anno jus dictum est. Interim Carthaginem, unde Mago frater Hannibalis duodecim millia peditum et mille quingentos equites, viginti elephantos, mille argenti talenta[i] in Italiam transmissurus erat cum præsidio sexaginta navium longarum, nuntius affertur, in Hispania rem male gestam, omnesque ferme ejus provinciæ populos ad Romanos defecisse. Erant, qui Magonem cum classe ea copiisque, omissa Italia, in Hispaniam averterent; cum Sardiniæ recipiendæ repentina spes affulsit. 'Parvum ibi exercitum Romanum esse: veterem prætorem inde, A. Cornelium,[14] provinciæ peritum, decedere, novum expectari. Ad hoc, fessos jam animos Sardorum esse diuturnitate imperii: et proximo iis anno acerbe atque avare imperatum. Gravi tributo et collatione iniqua frumenti pressos.[15] Nihil deesse aliud, quam auctorem, ad quem deficerent.' Hæc clandestina legatio per principes missa erat; maxime eam rem moliente Hampsicora,[16] qui tum auctoritate atque opibus longe primus erat. His nuntiis prope uno tempore turbati erectique Magonem cum classe sua copiisque in Hispaniam mittunt. In Sardiniam Hasdrubalem[17] deligunt ducem: et tantum ferme copiarum, quantum Magoni, decernunt. Et Romæ consules, transactis rebus, quæ in urbe agendæ erant, movebant jam sese ad bellum. Ti. Sempronius militibus Sinuessam[k] diem ad conveniendum edixit; et Q. Fabius, consulto prius

—13 *In* abest ab Edd. ante Gronov.—14 Al. *prætorem inde Cornelium.*—15 Al. *oppressos.*—16 *Hampsicora* et *Ampsicora* optimi Mss. *Harsicora* Edd. antt. —17 'Edd. ante Drak. non Mss. post *Hasdrubalem* inserunt verba *cogno-*

NOTÆ

[h] *Ad Piscinam publicam*] Sub Aventino inter Circum maximum et Portam Capenam fuit hæc *Piscina publica*: a qua nomen Urbis regioni XII. postea datum.

[i] *Mille argenti talenta*] Drachmas si octo assibus nostris æstimemus, talentum sex millia drachmarum continens, respondebit libris Francicis 2400. quæ summa millies repetita dabit libr. 2400000. id est, vicies et quater centena millia.

[k] *Militibus Sinuessam*] Volonibus nempe et sociis qui ipsi Ti. Sempronio sorte obtigerant: nam diem prius, ad conveniendum Cales, edixerat legionibus urbanis, ad quas deinde accipiendas missus M. Marcellus.

senatu, ut frumenta omnes ex agris, ante Kalendas Junias [18] primas,[1] in urbes munitas conveherent. 'Qui non invexisset, ejus se agrum populaturum, servos sub hasta venditurum, villas incensurum.' Ne prætoribus quidem, qui ad jus dicendum creati erant, vacatio ab belli administratione data est. Valerium prætorem in Apuliam ire placuit, ad exercitum a Terentio accipiendum: cum ex Sicilia legiones venissent, iis potissimum uti ad regionis ejus præsidium: Terentianum mitti [19] cum aliquo legatorum.[m] Et viginti quinque naves M. Valerio datæ sunt, quibus oram maritimam inter Brundisium[n] ac Tarentum[o] tutari posset. Par navium numerus Q. Fulvio prætori urbano decretus ad suburbana littora tutanda. C. Terentio proconsuli [20] negotium datum, ut in Piceno agro conquisitionem militum

mento Calvum, desumta forsan e cap. 34. extr.' *Rupert.*—18 Al. *Julias.*—19 'Duk. non male *Tarentum* ante *mitti* excidisse suspicatur ex cap. 38. Malim tamen legere: *Terentianum mitti c. a. legatorum, et XXV. naves M. Valerio dari, quibus* cet. Verbum certe *sunt* ab optimis Mss. abest. *P. Valerio* (Flacco) conj. Jac. Gronov. Is legatus fuit prætoris, et classi præfectus. Cf. c. 16. 34. 38. et XXVI. 8. Sed vulgatæ lect. tum alia favent, tum verba seqq. 'par navium numerus Q. Fulvio prætori urbano decretus.' Bene autem Livius primum simpl. *Valerium* dixit, quia adjecit *prætorem*; nunc *M. Valerium*, ut a P. Valerio legato distinguatur.' *Rupert.*—20 'Hic quoque Cantabr. clare *proconsule*, ut paulo ante *Marcello proconsule*.' Jac. Gronov.

NOTÆ

[1] *Ante Kalendas Junias primas*] Fuit loquendi formula in foro recepta, ne de quibus Kalendis actum esset ambigeretur: satis tamen supervacuum videtur hic τὸ *primas*. Quis enim id nisi de proximis Kalendis intelligat?

[m] *Terentianum mitti cum aliquo legatorum*] Recte Sigonius *Terentianum* refert ad *exercitum*: quod nomen ex superiori membro repetit. Terentianus autem exercitus, seu Varroniani milites, ut postea vocantur, ii erant quibus in Apulia præerat C. Terentius Varro consul. Ii magnam partem ex reliquiis erant Cannensis exercitus, ut habetur c. 31. destinatique fuerant in Siciliam, ut sub auspiciis App. Claudii prætoris ibi militarent. Et c. 38. legitur iis præfuisse Tarenti L. Apustius legatus; ubi postea impositi in naves P. Valerio paruerunt.

[n] *Brundisium*] Urbs fuit, et portus nobilis in Calabria veteri, unde proximus in Epirum trajectus. Hod. *Brindisi* in provincia regni Neapolitani, cui ab Hydrunte nomen, vulgo *Terra d'Otranto*.

[o] *Ac Tarentum*] Hæc Lacedæmoniorum in Salentinis colonia, portu quoque suo nobilis, adhuc *Taranto* appellatur in eadem *Terra d'Otranto*.

haberet, locisque iis præsidio esset. Et T. Otacilius Crassus, postquam ædem Mentis in Capitolio dedicavit, in Siciliam cum imperio, qui classi præesset, missus.

33. In hanc dimicationem duorum opulentissimorum in terris populorum omnes reges gentesque animos intenderant. Inter quos Philippus[p] Macedonum rex,[q] eo magis, quod propior[1] Italiæ, ac mari tantum Ionio[r] discretus erat. Is ubi primum fama accepit, Hannibalem Alpes transgressum, ut bello inter Romanos Pœnumque orto lætatus erat, ita, utrius populi mallet victoriam esse, incertis adhuc viribus, fluctuatus animo fuerat. Postquam tertia jam pugna, tertia victoria cum Pœnis erat,[r2] ad fortunam inclinavit, legatosque ad Hannibalem misit: qui, vitantes portus Brundisinum Tarentinumque, quia custodiis navium Romanarum tenebantur, ad Laciniæ Junonis[s] templum[3] in

[r] *Ab Carthaginiensium parte erat tertia victoria.*

1 *Quo propior* Stroth. et Kreyssigius.—2 *Cum Hannibale et Pœnis erat* Edd. ante Gronov.—3 ' Vox *templum* abest a multis Mss. et forte delenda.' *Ru-*

NOTÆ

[p] *Philippus*] Penultimus is fuit Macedoniæ rex, de quo antea.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

[q] *Macedonum rex*] Inter Thessaliam, Epirum, Adriaticum sinum, Illyrium, Dardaniam, Thraciam, et mare Ægæum fuit Macedonia; quæ versus ortum nomen adhuc pristinum retinet, versus occasum in Albaniæ nomen fere transiit. Quin et Philippo parebat Thessalia; hæc omnia nunc sub Turcis.

[r] *Mari tantum Ionio*] Pars Mediterranei maris est Ionium, quod Siciliam Græciamque interluit; hinc extremam Italiam, inde Epirum, et Peloponnesum attingens.

[s] *Ad Laciniæ Junonis*] Locupletissimum fuit templum Junonis Laciniæ, juxta Crotonem: unde Lacinium promontorium, in mare Ionium procurrens ultra sinum Tarentinum. Id nunc *Capo delle Colonne* vocatur, ab ejusdem templi columnis aliquot adhuc extantibus. Locus est in magna Græcia et ora Bruttiorum, quæ nunc *Calabria ulteriore.*

terram egressi sunt. Inde per Apuliam petentes Capuam, media in præsidia Romana illati sunt; deductique ad M. Valerium Lævinum prætorem, circa Luceriam[4] castra habentem. Ibi intrepide Xenophanes legationis princeps, a Philippo rege se missum, ait, ad amicitiam societatemque jungendam cum populo Romano; mandata habere ad consules ac senatum populumque Romanum. Prætor, inter defectiones veterum sociorum nova societate[5] tam clari regis lætus admodum, hostes pro hospitibus[6] comiter accepit. Dat, qui prosequantur, itinera[7] cum cura demonstrent, quæ loca quosque saltus aut Romanus[8] aut hostes teneant. Xenophanes per præsidia Romana in Campaniam, inde, qua proximum fuit, in castra Hannibalis pervenit, fœdusque cum eo atque amicitiam junxit legibus his: 'ut[9] Philippus rex quam maxima classe (ducentas autem naves videbatur effecturus) in Italiam trajiceret, et vastaret maritimam oram: bellum pro parte sua terra marique gereret. Ubi debellatum esset, Italia omnis cum ipsa urbe Roma Carthaginiensium atque Hannibalis esset, prædaque omnis Hannibali cederet. Perdomita Italia, navigarent in Græciam, bellumque, cum quibus regibus[10] placeret,[t] gererent. Quæ civitates continentis, quæ insulæ ad Macedoniam vergunt, eæ Philippi regnique ejus essent.'

34. In has ferme leges inter Pœnum ducem legatosque Macedonum ictum fœdus, missique cum iis ad regis ipsius firmandam fidem legati, Gisgo et Bostar et Mago, eodem

pert.—4 '*Luceriam* recepi ex emend. VV. DD. quam firmat impr. cap. 48. *Nuceriam* vel *Numeriam* Mss. et Edd. Sed utrumque ab h. l. alienum.' *Rupert.*—5 'Vulgo in Edd. omnibus *Inter def. vet. sociorum, Valerius, nova soc.* omisso nomine *Prætor*, additoque proprio *Valerii* nomine, quod pæne ab omnibus, certe ab optimis Mss. abest. *Prætor*, quod tamen in nonnullis Mss. extat, excidit negligentia librariorum post *P. R.*' Stroth.—6 Al. *hostem pro hospite.*—7 Al. *itineraque.*—8 Al. *aut Romani.*—9 '*Ut* a pessima omnium editionum, Gruteri nempe, abest.' *Stroth.*—10 Malit J. F. Gronov. *regi*, et e melioribus Mss. *quæque insulæ.* Pro *vergunt* conj. Rupert. *vergerent.*

NOTÆ

[t] *Cum quibus regibus placeret*] Assentior Gronovio scribenti, *cum quibus regi placeret.* Et paulo infra, *quæque insulæ ad Macedoniam vergunt.*

ad Junonis Laciniæ, ubi navis occulta in statione erat, perveniunt: inde profecti, cum jam altum tenerent, conspecti a classe Romana sunt, quæ præsidio erat Calabriæ [u] littoribus. P. Valerius Flaccus cercuros [11 x] ad persequendam retrahendamque navem cum misisset, primo fugere regii conati: deinde, ubi celeritate vinci senserunt,[12] tradunt se Romanis, et ad præfectum classis adducti: cum quæreret, 'qui, et unde, et quo tenderent cursum;' Xenophanes primo, satis jam semel felix, mendacium struere, 'a Philippo se ad Romanos missum, ad M. Valerium, ad quem unum iter tutum fuerit, pervenisse. Campaniam superare nequisse, septam hostium præsidiis.' Deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos legatos fecit Hannibalis,[y] interrogatosque sermo prodidit; tum, comitibus eorum seductis ac metu territis, literæ quoque ab Hannibale ad Philippum inventæ, et pacta inter [13 z] regem Macedonum Pœnumque ducem. Quibus satis cognitis, optimum visum est, captivos comitesque eorum Romam ad senatum, aut ad consules, ubicumque essent, quam primum deportare. Ad id celerrimæ quinque naves delectæ, ac L. Valerius Antias,[a] qui præesset, missus: eique mandatum, ut

11 In Edd. ante Gronov. *Corcyræos*, in Mss. *cercyros* et *corcyros*.—12 *Celeritate victi cesserunt* Edd. ante Gronov.—13 *Inventæ de pace inter* Edd. ante Gronov. *inventæ et pacta pacis inter* Gronov. Crevier. all. Vid. inf. et Not.

NOTÆ

[u] *Calabriæ*] Quæ nunc terra *d'Otranto*.

[x] *Cercuros*] Ita legendum monente Salmasio, cui favet Puteanus codex, ubi scribitur *cercyros*: alias *corcyros*, vulgo *Corcyræos*. Erant autem *cercuri* genus navigii levioris, ut apparet ex sequentibus, qui, ni fallor, Corcyræis in usu: et inde apud Latinos tractum nomen; quanquam Plinius lib. VII. c. 55. eorum inventum Cypriis assignet. Sed potuere Latini a Corcyræis e proximo accipere.

[y] *Suspectos legatos fecit Hannibalis*] Gisgonem aliosque cum legatis Macedonum missos prodidit patrius habitus.

[z] *Et pacta inter*] Legebatur vulgo *de pace inter regem Macedonum Pœnumque ducem*. At ex Colb. scriptisque a Gronovio laudatis, ubi *et pactæ*, cancellatis vocibus duabus quæ adduntur in Put. *et pactis*, reponere non dubito, *et pacta inter regem*. Non enim proprie pacis pacta inter eos erunt, nullo antea inter eos bello, sed *pacta* fœderis.

[a] *L. Valer. Antias*] Alius ab eo qui

in omnes naves legatos separatim custodiendos[14] divideret,[b] daretque operam, ne quod iis colloquium inter se, neve quæ[15] communicatio consilii esset. Per idem tempus Romæ cum A. Cornelius Mammula, ex Sardinia provincia decedens, retulisset, qui status rerum in insula esset, bellum[16] ac defectionem omnes spectare; Q. Mucium, qui successisset sibi, gravitate cœli aquarumque advenientem exceptum,[s] non tam in periculosum, quam longum, morbum implicitum, diu ad belli vim sustinendam inutilem fore, exercitumque ibi ut satis firmum pacatæ provinciæ præsidio[17] esse,[t] ita parum bello, quod motum iri videretur; decreverunt Patres, ut Q. Fulvius[c] Flaccus quinque millia peditum, quadringentos[18] equites scriberet, eamque legionem[d] primo quoque tempore in Sardiniam trajiciendam curaret, mitteretque cum imperio, quem ipsi videretur; qui rem gereret, quoad Mucius convaluisset. Ad eam rem missus est T. Manlius Torquatus, qui bis consul censorque fuerat, subegeratque in consulatu[19] Sardos. Sub idem fere tempus et a Carthagine in Sardiniam classis missa, duce

[s] *Afflatum afflictumque malignitate crassi aëris, &c. sub adventum suum.*
[t] *Custodem provinciæ, sive ad præsidium provinciæ tempore pacis.*

Var.—14 *Legatos partim custodiendos* Edd. ante Froben. et Mss. optimi plurimique.—15 *Quæ* abest ab Edd. ante Gronov.—16 *Ad bellum* Edd. ante Gronov.—17 *Præsidem* Edd. ante Drak.—18 ' *Trecentos* Edd. ante Ald. forte rectius: aut centum præter morem adjecti.' *Rupert.*—19 ' *In consulatu:* sed in quo? nam *bis consul fuerat.* In quibusdam libris reperiri *in suo consulatu*, et legendum esse *in primo cons.* non male monet Pigh. in Ann. ad a. 519. p. 95. nam voc. *primo*, numerali nota signatum, facile intercidere potuisse.' *Rupert.*

NOTÆ

annalium grande opus scripsit: hunc enim Velleius testatur æqualem fuisse L. Sisennæ, Rutilii, Quadrigarii: Sisennam autem affirmat bellum civile Syllanum scripsisse, quod ad annum urbis 666. pertinet.

[b] *Ut in omnes naves legatos separatim custodiendos divideret*] In quinque naves sibi datas totidem legatos, tres Hannibalis, duosque, ut hinc conjicere est, Philippi.

[c] *Q. Fulvius*] Cui licet prætura urbana obvenisset, data nihilominus provincia est oræ maritimæ classe tuendæ supra c. 32. sub finem.

[d] *Eamque legionem*] Majorem solito vides militum in legione numerum quinque millia peditum, equites quadringentos.

Hasdrubale, cui Calvo cognomen erat, fœda tempestate vexata, ad Baliares insulas dejicitur:[20 e] ibique (adeo non armamenta modo, sed etiam alvei navium quassati erant) subductæ naves dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt.

35. In Italia cum post Cannensem pugnam, fractis partis alterius viribus, alterius mollitis animis, segnius bellum esset; Campani per se adorti sunt rem Cumanam suæ ditionis facere; primo solicitantes, ut ab Romanis deficerent. Ubi id parum processit, dolum ad capiendos eos comparant. Campanis omnibus statum[1] sacrificium ad Hamas.[f] Eo senatum Campanum venturum certiores Cumanos fecerunt: petieruntque, ut et Cumanus eo senatus veniret ad consultandum communiter, ut eosdem uterque populus socios hostesque haberet: præsidium ibi armatum sese habituros, ne quid ab Romano Pœnove[g] periculi esset.[2] Cumani (quanquam suspecta fraus erat) nihil abnuere; ita tegi fallax consilium posse rati. Interim Ti. Sempronius consul Romanus Sinuessæ, quo ad conveniendum diem edixerat, exercitu lustrato,[h] transgressus Vulturnum flumen, circa Literum[3] castra posuit. Ibi, quia otiosa stativa erant,[u] crebro decurrere[i] milites cogebat, ut

[u] *Quoniam sine militari factione milites in stativis castris agebant.*

—20 *Ejicitur* Edd. ante Crevier.
1 *Statutum* Edd. vett. et plerique Mss.—2 *Ab Romanis novi periculi esset* Edd. ante Gronov. et plerique Mss.—3 Al. *Linternum.*—4 Al. *erant.*—

NOTÆ

[e] *Ad Baliares insulas dejicitur* [*ejicitur*] Notat Gronov. in scriptis esse *dicitur*, factum ex *deicitur:* vultque hic legi *ad Baliares insulas dejicitur:* licet enim naufragi ejici dicantur, ii tamen qui a cursu suscepto vel a medio mari ad inferiorem partem tempestate deferuntur, proprie *dejici* dicuntur.

[f] *Ad Hamas*] *Hamæ*, sive *Hama*, locus fuit Campaniæ in Cumanorum finibus Capuam versus: sylva adhuc nomen servat, vulgo *Selva di Hami.*

[g] *Ab Romano Pœnove*] Conjectura Gronovii est ex Puteano. Vulgata lectio, *ne quid ab Romano novi periculi esset.*

[h] *Exercitu lustrato*] Populum censores, imperatores exercitum lustrare dicebantur, cum facto sacrificio multitudinem expiabant, eorumque numerum inibant.

[i] *Crebro decurrere*] Gallice, *faire souvent l'exercice.*

tirones (ea maxima pars volonum erat)[4] assuescerent signa sequi, et in acie agnoscere ordines suos. Inter quæ maxima inerat cura duci,[5] [k] itaque legatis tribunisque præceperat, ' ne qua exprobratio cuiquam[6] veteris fortunæ[l] discordiam inter ordines sereret: vetus miles tironi, liber voloni sese exæquari sineret: omnes satis honestos generososque ducerent, quibus arma sua signaque populus Romanus commisisset. Quæ fortuna coëgisset ita fieri, eandem cogere tueri factum.' Ea non majore cura præcepta ab ducibus sunt, quam a militibus observata: brevique tanta concordia coaluerant omnium animi, ut prope in oblivionem veniret,[7] qua ex conditione quisque esset miles factus. Hæc agenti Graccho legati Cumani nuntiarunt, quæ a Campanis legatio paucos ante dies venisset, et quid iis ipsi respondissent: triduum post eum diem festum esse: non senatum solum omnem ibi futurum, sed castra etiam et exercitum Campanum. Gracchus, jussis Cumanis omnia ex agris in urbem convehere, et manere intra muros, ipse pridie, quam statum[8] sacrificium Campanis esset, Cumas movet castra. Hamæ inde tria millia passuum absunt. Jam Campani eo frequentes ex composito convenerant, nec procul inde in occulto Marius Alfius[m] Medixtuticus

5 ' *Inter quæ concordiæ maxima erat cura duci* Edd. ante Gronov. *Inter quæ max. inerat tum cura* dant Gronov. Crevier. vocabulum *concordiæ* ab iis additum est, qui non intelligentes *itaque*, positum esse pro *atque sic* nesciebant.' *Stroth.* Vid. inf. et Not. Var.—6 *Ne quam exprobratio cuiquam* Edd. ante

NOTÆ

[k] *Inter quæ maxima inerat* [*concordiæ maxima erat*] *cura duci*] Vulgo, *itaque concordiæ maxima erat cura duci:* mutavit Gronovius quod aliqui meliorum codicum ignorent τὸ *concordiæ:* unde illud *itaque*, quod sequitur, negat esse causale, sed positum pro *et ita.* Verum perspicua magis erit sententia, si retineamus nomen *concordiæ*, quod et scripti non pauci et editi habent; et suadent quæ sequuntur. Alioqui suspensa quodammodo esset oratio, nec appareret cujus rei maxima esset cura Sempronio.

[l] *Exprobratio cuiquam veteris fortunæ*] Hæc præsertim ob volones ex servili conditione in militiam novam admissos.

[m] *Marius Alfius*] Marius hic Alfius, qui summus magistratus: in optimis codicibus est, *Marius Alpius edixit uti qui summus magistratus:* unde a Gronovio factus *Medixtuticus:* quod nomen summi magistratus Capuæ fuisse constat ex lib. XXIV. c. 19. aliisque locis.

(summus magistratus [9] erat Campanis) cum quatuordecim millibus armatorum habebat castra, sacrificio apparando et inter id instruendæ fraudi aliquanto intentior, quam muniendis castris, aut ulli militari operi. Triduum sacrificatum [10] ad Hamas. Nocturnum erat sacrum, ita ut ante mediam noctem compleretur. Huic Gracchus insidiandum tempori ratus, custodibus ad portas positis, ne quis enuntiare posset cœpta, et ab decima diei hora [11] [n] coactis militibus corpora curare somnoque operam dare, ut primis tenebris convenire ad signum possent, vigilia ferme prima tolli jussit signa; silentique profectus agmine, cum ad Hamas media nocte pervenisset, castra Campana, ut in pervigilio neglecta, simul omnibus portis invadit: alios somno stratos, alios perpetrato sacro inermes redeuntes obtruncat. Hominum eo tumultu nocturno [12] cæsa plus duo millia, cum ipso duce Mario Alfio. Capta sunt signa militaria quatuor et triginta.

36. Gracchus, minus centum militum jactura castris hostium potitus, Cumas se propere recepit, ab Hannibale metuens, qui super Capuam in Tifatis [13] habebat castra. Nec eum provida futuri fefellit opinio. Nam simul Capuam ea clades est nuntiata, ratus Hannibal, ab re bene gesta insolenter lætum exercitum, tironum magna ex parte

Gronov.—7 *Venirent* Edd. ante Gronov.—8 *Statutum* iidem.—9 *Marius Alfius qui summus m.* iidem et multi Mss. Vid. Not. Var.—10 'Drankenborchius cum Periz. legendum putat, *sacrificandum:* Crevierius, *sacrificatur.* Certe alteriusutrius significatus inesse debet τῷ *sacrificatum.*' Stroth.—11 '*Posset cœpta, ad decimam diei horam*] *Posset, a sexta ad decimam diei horam* Edd. ante Gronov. *posset cœpta, et ab decima diei hora* Gronov. et rell. deinceps Edd. sed *ad decimam horam* in omnibus fere Mss. in nullo vero *ab* est.' *Stroth.*—12 'Vox *nocturno* redundat: nam ex priore versu satis intelligitur rem nocte actam esse: abest certe a vet. lib.' *Sigon.*

13 *Super Capuam ac Tifata* Edd. ante Gronov. in quibus mox est, *nec eum*

NOTÆ

[n] *Ab decima diei hora*] Ab orto sole numeranda. Non solebant autem Romani nisi sero cœnam capere; sed nunc jubentur milites ante horam consuetam corpora curare, ut somno capto possent paulo post mediam noctem Campanis somno post sacrificium mersis supervenire. Helluones etiam cœnam ante horam decimam inchoabant: unde apud Satiricum; 'Exul ab octava Marius bibit.'

servorumque, spoliantem victos prædasque agentem ad Hamas se inventurum; citatum agmen præter Capuam rapit, obviosque ex fuga Campanorum dato præsidio Capuam[14] duci, saucios vehiculis portari jubet.[15] Ipse Hamis vacua ab hostibus castra, nec quicquam præter recentis vestigia cædis strataque passim corpora sociorum invenit. Auctores erant quidam, ut protinus inde Cumas duceret, urbemque oppugnaret. Id quanquam haud modice Hannibal cupiebat, ut, quia Neapolim non potuerat, Cumas saltem, maritimam urbem, haberet; tamen, quia præter arma nihil secum miles, raptim acto agmine, extulerat, retro in castra supra Tifata se recepit. Inde, fatigatus Campanorum precibus, sequenti die cum omni apparatu oppugnandæ urbis Cumas redit: perpopulatoque[16] agro Cumano, mille passus ab urbe castra locat; cum Gracchus magis verecundia in tali necessitate deserendi socios, implorantes fidem suam populique Romani, substitisset,[17] quam satis fidens exercitui. Nec alter consul Fabius, qui ad Cales castra habebat, Vulturnum flumen[18] traducere audebat exercitum; occupatus primo auspiciis repetendis,[19] dein prodigiis, quæ alia super alia nuntiabantur, expiantique ea haud facile litari haruspices respondebant.

37. Hæ causæ cum Fabium tenerent, Sempronius in obsidione erat; et jam operibus oppugnabatur. Adversus ligneam ingentem,[20] admotam urbi, aliam turrem ex ipso muro excitavit consul Romanus, aliquanto altiorem: quia muro, satis per se alto, subjectis validis sublicis,° pro solo

provida viri fefellit.—14 *Campanorum per duo præsidia, Capuam, &c.* Edd. ante Gronov. *dato* ex Lipsii conjectura est, quam Gronovius recepit; cum in omnibus Mss. sit *duo.*—15 *Vehiculis tolli portarique j.* Edd. ante Gronov. mox in iisdem pro *Hamis* est *ad Hamas.*—16 *Populatoque* Edd. ante Gronov.—17 *Locat. Tum Gr. . . . . substitit* Edd. ante Crev.—18 *Flumen* abest ab Edd. ante Gronov.—19 *Romæ* addunt Edd. ante Gronov.

20 ' *Adversus ligneam ingentem* sc. *turrem,* quam vocem addunt omnes Edd. ante Gronov. sed pauci Mss. Malim mox *turrem* delere, quam h. l.' *Rupert.*

NOTÆ

° *Subjectis validis sublicis*] Correctio est Laur. Vallæ: cum legeretur insulse omnino, *subjectis validis supplicatis.*

usus erat. Inde primum saxis sudibusque et ceteris missilibus propugnatores mœnia atque urbem[1] tuebantur: postremo, ubi promovendo adjunctam muro viderunt turrem, facibus ardentibus plurimum simul ignem conjecerunt. Quo incendio trepida armatorum multitudo cum de turre sese præcipitaret, eruptio ex oppido simul duabus portis[2] stationes hostium fudit fugavitque in castra; ut eo die obsesso, quam obsidenti, similior esset Pœnus. Ad mille trecenti[3] Carthaginiensium cæsi, et undesexaginta vivi capti; qui, circa muros et in stationibus solute ac negligenter agentes, cum nihil minus, quam eruptionem, timuissent, ex improviso oppressi fuerant.[4] Gracchus prius, quam se hostes ab repentino pavore colligerent, receptui signum dedit, ac suos intra muros recepit. Postero die Hannibal, lætum[5] secunda re[p] consulem justo prælio ratus certaturum, aciem inter castra atque urbem instruxit. Ceterum postquam neminem moveri ab solita custodia urbis vidit, nec committi quicquam temerariæ spei, ad Tifata redit infecta re. Quibus diebus Cumæ liberatæ sunt obsidione, iisdem diebus[6] et in Lucanis ad Grumentum[q] Ti. Sempronius, cui Longo cognomen erat, cum Hannone Pœno prospere pugnat. Supra duo millia hostium[7] occidit, et ducentos octoginta milites amisit: signa militaria ad quadraginta unum cepit. Pulsus finibus Lucanis Hanno retro in Bruttios sese recepit. Et ex Hirpinis oppida tria,

—1 Al. *propugnatores urbem ac mœnia.*—2 Add. *facta* Edd. ante Drak.—3 *CCCC.* Edd. ante Gronov. *trecentos* Gronov. Doujat. Crevier. mox *inde sexaginta* Edd. vett. *unde quadraginta* rell. ante Gronov.—4 Al. *oppressi sunt.*—5 *Elatum* Edd. ante Drak.—6 Alterum *diebus* delendum esse censet Ru-

NOTÆ

p *Hannibal, lætum* [*elatum*] *secunda re*] Negat Gronovius in Mss. legi τὸ *elatum:* constatque satis absque hoc sententia.

q *Ad Grumentum*] Hoc Lucanorum oppidum Apenninum inter et sinum Tarentinum, interque Potentiam ac Thurios fuit. Cluverio est hodie *Clarimonte* ad Sirin amnem, vulgo *Sino.* Holstenius illud probabilius ponit inter Saponaram, ad dextram Aciris sive Agri fl. ubi nominis vestigia supersunt in loco qui nunc *Agrometo,* supra ducale oppidum *Tursi,* in Basilicata.

quæ a populo Romano defecerant, vi recepta per M. Valerium prætorem, Vercellium, Vescellium, Sicilinum: et auctores[8 r] defectionis securi percussi. Supra mille captivorum sub hasta venierunt: præda alia militi concessa, exercitus Luceriam reductus.[9 s]

38. Dum hæc in Lucanis atque in Hirpinis geruntur, quinque naves, quæ Macedonum atque Pœnorum captos legatos Romam portabant, ab supero mari ad inferum circumvectæ prope omnem Italiæ oram, cum præter Cumas velis ferrentur, neque, hostium an sociorum essent, satis sciretur, Gracchus obviam ex classe sua naves misit. Cum

pert.—7 *Hominum* Edd. ante Jac. Gronov. et plerique Mss.—8 '*Vercellium, Vescellium, Sicilinum; et auctores* cet. ex optimis Mss. cum Stroth. revocavi, ut tria sint Hirpinorum oppida, e quibus editores homines, et quidem duos tantum, fecerunt. *Vercellium Siciliumque et auctores d. s. percussit* Edd. prim. *prætorem. Vercellius Siciliusque auctores d. s. percussi* Edd. a Mogunt. omnes. Ceterum ipsa oppida hodie incognita, et nomina forte corrupta. In quibusdam Mss. *Vescellum* et *Sicilium* legitur. *Sicilium* a Dionysio, etsi in Tiburtibus, memorari monuit Gron. idemque putabat, a Vescellio s. Viscellio tum *Jovem Vicilinum* XXIV. 44. 6. (ubi in Ms. Put. et Pet. legitur *Jovis Visilini*) tum *Sp. Cassium Viscellinum* dictum fuisse. Forte leg. *Herdoniam, Abellinum, Æculanum*, oppida Hirpinorum nobis, non librariis, notiora.' *Rupert.*—9 *Exercitus Cumas reductus* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

[r] *Vercellium, Vescellium, Sicilinum: et auctores*] Sic ex Put. et Petav. legit Gronov. notatque ex tribus Hirpinorum oppidis factos ab editoribus homines: scripserant enim *Vercellius, Siciliusque autores defectionis.* Et primo lib. XXIV. cap. 44. mentionem fieri observat *Jovis Vicilini* in agro Compsano, qui ager in Hirpinis. Hinc *Vescellium* seu *Vicilium* non procul Compsa fuisse conjicere licet. Reliqua duo loca, ut ceteris scriptoribus incognita, qua parte Hirpinorum fuerint, divinare haud promtum. Forte detortum ex *Vercellio* seu *Vergello* nomen *Monte Vergine;* quod oppidum est ad Aufidum in Principatu ulteriori. Et vero Aufidus, qui et Canna quoque, *Vercelli* nomine aliqua sui parte dictus videtur. Valer. certe Maximus lib. IX. cap. 2. narrat, Hannibal emin flumine Vergello corporibus Romanis ponte facto exercitum traduxisse: quod Silius aliique de Aufido memorant. Nec novum, Christianis sacris constitutis, antiqua locorum vocabula in sanctorum nominum haud multum distantes appellationes mutata. Ex *Sicilino* factum forsitan *Serino,* loci nomen paulo infra Sabati amnis fontes.

[s] *Exercitus Luceriam reductus*] Vulgo *Cumas,* vel *Cumam, reductus.* Gronov. ex Put. et Pet. ubi *curiam reductus,* fecit *Luceriam reductus:* cui subscribo. Nam Cumis obsidebatur consul Sempronius Gracchus: hic autem agitur de exercitu M. Valerii prætoris.

percunctando in vicem cognitum esset, consulem Cumis esse; naves Cumas appulsæ, captivique ad consulem deducti, et literæ datæ. Consul, literis Philippi atque Hannibalis perlectis, consignata omnia ad senatum itinere terrestri misit: navibus devehi legatos jussit. Cum eodem fere die literæ legatique Romam venissent, et, percunctatione facta, dicta cum scriptis congruerent, primo gravis cura Patres incessit, cernentes, quanta vix tolerantibus Punicum bellum Macedonici belli moles instaret. Cui tamen adeo non succubuerunt, ut extemplo agitaretur, quemadmodum ultro inferendo bello averterent ab Italia hostem. Captivis in vincula condi jussis,[t] comitibusque[10] eorum sub hasta venditis, ad naves viginti quinque, quibus P. Valerius Flaccus præfectus præerat, viginti paratas alias[u] decernunt.[11] His comparatis deductisque, et additis quinque navibus, quæ advexerant captivos legatos, triginta[12] naves ab Ostia Tarentum profectæ: jussusque P. Valerius,[13] militibus Varronianis, quibus L. Apustius legatus Tarenti præerat, in naves impositis, quinquaginta navium classe non tueri modo Italiæ oram, sed explorare de Macedonico bello. Si congruentia literis legatorumque indiciis Philippi consilia essent, ut M. Valerium prætorem literis

10 ' *In vinculo conditis, comit.* Edd. ante Gronov. Sed puto Livii aures haud tulisse similem exitum in *conditis .... venditis.*' Stroth.—11 ' Bene Jac. Gronov. conjecit legendum, *ad naves viginti, quibus P. Val. Fl. pr. pr. viginti quinque paratas alias dec.*' Stroth. Bis *viginti quinque* leg. putabat Periz. Anim. Hist. c. 8. p. 344. ' Pro *paratas* usus loquendi flagitat *parari*, vel *parandas;* nisi potius, quod J. F. Gronovio placebat, id verbum plane delendum sit.' *Doering.*—12 *Quinquaginta* Edd. ante Drak.—13 *Jussusque Q. Ful-*

NOTÆ

[t] *Captivis in vincula condi jussis*] Legatis nimirum Philippi Macedonum regis, et Hannibalis, qui intercepti fuerant a P. Valerio Flacco Romanæ classis præfecto in transitu sinus Tarentini, supra cap. 34.

[u] *Viginti paratas alias*] Ad viginti quinque naves quibus præerat P. Valerius in Ionio mari, qua Italiam ab Epiro dividit, (quarum quinque datæ Valerio Antiati ad deducendos Romam legatos hostium,) additæ fuere aliæ viginti; ut ex his et illis quinque fierent omnino quinquaginta naves; quæ Fulvio prætori urbano ad tuenda littora Latii assignatæ, cap. 32.

certiorem faceret: isque, L. Apustio legato exercitui præposito, Tarentum ad classem profectus, primo quoque tempore in Macedoniam transmitteret: daretque operam, ut Philippum in regno contineret. Pecunia ad classem tuendam bellumque Macedonicum ea decreta est,[14] quæ Ap. Claudio in Siciliam missa erat, ut redderetur Hieroni regi: ea per L. Apustium legatum Tarentum est devecta. Simul ab Hierone missa ducenta millia modium tritici et hordei centum.

39. Dum hæc Romani parant aguntque, ad Philippum captiva navis, una ex iis, quæ Romam missæ erant, ex cursu refugit:[15] inde scitum, legatos cum literis captos. Itaque ignarus de iis,[16 x] quæ cum Hannibale legatis suis convenissent, quæque legati ejus ad se allaturi fuissent, legationem aliam cum eisdem mandatis mittit. Legati ad Hannibalem missi, Heraclitus, cui Scotino cognomen erat, et Crito Berœæus[17 y] et Sositheus Magnes.[z] Hi prospere tulerunt ac retulerunt mandata. Sed prius se æstas circumegit, quam movere ac moliri quicquam rex posset: tantum navis una capta cum legatis momenti fecit ad dilationem imminentis Romanis belli. Et circa Capuam, transgresso Vulturnum Fabio post expiata tandem prodigia, ambo consules rem gerebant. Compulteriam[18 a] et Trebulam et Saticulam, urbes, quæ ad Pœnum

vius Edd. ab Aldo ad Drak.—14 *Ei decreta est* Edd. ante Gron. mox in iisdem *et hæc per L. Apustium.*

15 Al. *ex cursu fugit.*—16 ' E Mss. probabile fit, pro *de iis* leg. *rex.*' Rupert. Vid. Not. Var.—17 ' In plerisque Edd. *Berræus*, in Mss. vero *Bæsis, Bæusetis, Bæusotis, Boreusetis, Bæusotius* et al. unde *Bromiscius* suspicari possis, vel cum Jac. Gronov. *Bottiæus.* Oppida Macedoniæ *Beræa, Bro-*

NOTÆ

x *Ignarus de iis*] Ducta ex scriptis, qui mendo non carent, suspicione, scribi vult Gronovius non improbabiliter, *itaque ignarus rex ecquæ cum Hannibale legati sui convenissent.*

y *Crito Berœæus* [*Berræus*] Dictus videtur a *Berræa*, sive *Beroë* Macedoniæ ad fluvium Haliacmonem urbe. Quidam scripti videntur Bœotium dicere.

z *Sositheus Magnes*] Ex Magnesia nimirum Thessaliæ provincia, quæ tunc sub Macedonum imperio.

a *Compulteriam* [*Combulteriam*] Ubi sit hoc oppidum ignorari Cluverius fatetur. Holstenius *Compulterinorum* mentionem fieri in lapide antiquo qui Calatiæ extat, ex Octaviano Mel-

defecerant, Fabius vi cepit; præsidiaque in iis Hannibalis Campanique permulti [19] capti. Et Nolæ, sicut priore anno, senatus Romanorum, plebs Hannibalis erat: consiliaque occulta de cæde principum et proditione urbis inibantur. Quibus ne incepta procederent, inter Capuam castraque Hannibalis, quæ in Tifatis erant, traducto exercitu, Fabius super Vesuvium in castris Claudianis [20] consedit; inde M. Marcellum proconsulem [1] cum iis copiis, quas habebat, Nolam in præsidium misit.

40. Et in Sardinia res per T. Manlium prætorem [2] administrari cœptæ, quæ omissæ erant, postquam Q. Mucius prætor gravi morbo est implicitus. Manlius, navibus longis ad Carales [3] [b] subductis, navalibusque sociis armatis, ut terra rem gereret, et a prætore exercitu accepto, duo et viginti millia peditum, mille et ducentos equites confecit. Cum his equitum peditumque copiis profectus in agrum hostium, haud procul ab Hampsicoræ castris castra posuit. Hampsicora tum forte profectus erat in Pellitos [4] Sardos,[c] ad juventutem armandam, qua copias

miscus et *Bottiæa.*' Rupert.—18 Al. *Combulteriam.*—19 Al. *Campani permulti.* —20 ' Cluverius satis bona ratione : *super Suessulam in castris Claudianis.*' J. F. Gronov.—1 *M. Marcellum proprætorem* dat Kreyssigius.

2 Perizonius Diss. I. de prætorio § 13. pro *prætorem* legendum esse cen-

NOTÆ

chiore observat, ubi Compulterina marmora laudantur. Porro *Combulterii* seu *Combulteriæ* oppidi nominisque vestigia agnoscit in loco *Sancta Maria de Covultere*, non procul a civitate Calatia, in Campaniæ ad occidentem finibus.

[b] *Ad Carales*] Latinis *Carales* plurali numero, Græcis *Caralis*, Melæ *Calaris*, quod verum hujus urbis nomen videtur. Certe ad hodiernum magis accidit: vocatur enim incolis, ut et Hispanis, *Caller:* Italis *Cagliari.* Metropolis est Sardiniæ. Olim ad promontorium usque extensa fuisse videtur ex Claudiano et Ptolemæo: hodie in intimo sinus recessu, Archiepiscopi et Proregis Sardiniæ sedes: ad latus insulæ orientale in meridiem vergens: hinc meridionalis Sardiniæ regio dicitur *Capo Cagliari.*

[c] *In Pellitos* [*Pellidos*] *Sardos*] Optimi codices habent *Pellitos*, apud Gronovium: certe a Cicerone ' Sardi Mastrucati ' vocantur, quod mastruca proprio vestimento uterentur. Est autem mastruca, sive mastruga, vestis scortea, aut ex ferarum pellibus, ut explicat Isidorus lib. XIX. Orig. cap. 23. qui vestem Germanicam facit, quæ proprie Sardorum fuit, ut liquet ex eodem Cic. pro Scauro,

augeret. Filius ejus, nomine Hiostus, castris præerat: is, adolescentia ferox, temere prælio inito fusus fugatusque. Ad tria millia Sardorum eo prælio cæsa, octingenti[5] ferme vivi capti. Alius exercitus primo per agros sylvasque fuga palatus; dein, quo ducem fugisse fama erat, ad urbem nomine Cornum,[d] caput ejus regionis, confugit. Debellatumque eo prælio in Sardinia esset, ni classis Punica cum duce Hasdrubale, quæ tempestate dejecta ad Baliares erat, in tempore ad spem rebellandi advenisset. Manlius, post famam appulsæ Punicæ classis, Carales se recepit. Ea occasio Hampsicoræ data Pœno se jungendi. Hasdrubal, copiis in terram expositis, et classe remissa Carthaginem, duce Hampsicora ad sociorum populi Romani agrum populandum profectus, Carales perventurus erat, ni Manlius obvio exercitu ab effusa eum populatione continuisset. Primo castra castris modico intervallo sunt objecta, deinde procursationes leviaque certamina vario eventu inita: postremo descensum in aciem, signisque collatis, justo prælio per quatuor horas pugnatum. Diu pugnam ancipitem Pœni, Sardis facile vinci assuetis, fecerunt: postremo et ipsi, cum omnia circa strage ac fuga Sardorum repleta essent, fusi. Ceterum terga dantes, cir-

suit *proprætorem.*—3 Al. *Calares.*—4 *Pellidos* Edd. ante Drak.—5 *Triginta millia .... cæsa, mille trecenti* Edd. ante Gruter. qui pro *triginta* reposuit

NOTÆ

'quem purpura regalis non commovit, eum Sardorum mastruca mutavit.' Sed et Germanicæ gentes non absimili vestimentorum genere usæ: unde apud Sigon. Ep. 2. lib. I. Theodorici Gothorum regis sellam circumsistit 'Pellitorum turba satellitum.' Videntur autem *Pellitorum* cognomine ii præsertim inter Sardos designati, qui mediterranea insulæ incolebant, vestesque e pellibus plus ceteris affectabant, circa Cornum urbem.

[d] *Urbem nomine Cornum*] Cornus oppidum caput Pellitorum Sardorum, quorum pars Cornensii ab eo dicti, qui et Æchilensii apud Ptolemæum, a quo numeratur inter civitates mediterraneas una cum Bosa, interpositis Mænomenis, id est Insanis, montibus. Ponitur et ab Antonino inter Bosam et Tharros. Sunt qui ejus nominis memoriam putant extare in loco, qui nunc vulgo *Corneto* vocatur, nec situm plane abhorrere Cluverius censet. Nic. Sanso *Soni* interpretatur.

cumducto cornu, quo pepulerat Sardos, inclusit Romanus. Cædes inde magis, quam pugna, fuit. Duodecim millia hostium cæsa Sardorum simul Pœnorumque, ferme tria millia et septingenti[6] capti, et signa militaria septem et viginti.

41. Ante omnia claram et memorabilem pugnam fecit Hasdrubal imperator captus, et Hanno, et Mago, nobiles Carthaginienses: Mago ex gente Barcina, propinqua cognatione Hannibali junctus; Hanno auctor rebellionis Sardis, bellique ejus haud dubie concitor.[7] Nec Sardorum duces minus nobilem eam pugnam cladibus suis fecerunt. Nam et filius Hampsicoræ Hiostus in acie cecidit: et Hampsicora, cum paucis equitibus fugiens, ut super afflictas res necem quoque filii audivit, nocte, ne cujus interventus cœpta[8] impediret, mortem sibi conscivit. Ceteris urbs Cornus eadem, quæ ante, fugæ receptaculum fuit. Quam Manlius, victore exercitu aggressus, intra paucos dies recepit. Deinde aliæ quoque civitates, quæ ad Hampsicoram Pœnosque defecerant, obsidibus datis, dediderunt sese: quibus stipendio frumentoque imperato, pro cujusque aut viribus aut delicto, Carales exercitum reduxit. Ibi navibus longis deductis, impositoque, quem secum advexerat, milite, Romam navigat, Sardiniamque perdomitam nuntiat Patribus: et stipendium quæstoribus, frumentum[9] ædilibus,[e] captivosque Fulvio[10] prætori tradidit. Per idem tempus T. Otacilius prætor,[11] quinquaginta navium ab Lilybæo classe in Africam transvectus, depopula-

tria, ac deinde numerale *mille* omisit.—6 *Sexcenti* Grut. Gronov. Crev. *ducenti* Edd. ante Ald.

7 *Concitator* Edd. ante Gronov.—8 *Cujusquam interventus cœptum* Edd. ante Gronov.—9 Al. *stipendium q. et frumentum.*—10 *Captivos Q. Fulvio* Crevier.—11 Conj. J. F. Gronov. *proprætore.* Voces *L. navium* a VI. Mss. exu-

NOTÆ

[e] *Frumentum ædilibus*] Quemadmodum ad quæstores pecuniæ publicæ, ita ad ædiles curules pertinebat annonæ cura. Postea Augustus præfectum frumentum populo dividendi instituit ex Suetonio: quæ divisio singulis mensibus per tesseras fiebat, pretio vel nullo, vel modico.

tusque agrum Carthaginiensem, cum Sardiniam inde peteret, quo fama erat Hasdrubalem a Baliaribus nuper trajecisse, classi Africam repetenti occurrit, levique certamine[12] in alto commisso, septem inde naves cum sociis navalibus cepit: ceteras metus haud secus, quam tempestas, passim disjecit. Per eosdem forte dies et Bomilcar cum militibus,[f] ad supplementum Carthagine missis, elephantisque[13] et commeatu, Locros accessit. Quem ut incautum opprimeret Ap. Claudius, per simulationem provinciæ circumeundæ Messanam raptim exercitu ducto, æstu secundo Locros trajecit.[14 g] Jam inde Bomilcar ad Hannonem in Bruttios profectus erat, et Locrenses portas Romanis clauserunt. Appius magno conatu nulla re gesta, Messanam repetit. Eadem æstate Marcellus ab Nola, quam præsidio obtinebat, crebras excursiones in agrum Hirpinum et Samnites Caudinos[h] fecit: adeoque omnia ferro atque igni vastavit, ut antiquarum cladium Samnio memoriam renovaret.

42. Itaque extemplo legati, ad Hannibalem missi simul ex utraque gente, ita Pœnum allocuti sunt: ‘ Hostes po-

lare, et forte ex c. 38. ad marginem ascripta fuisse, monet Drak.—12 Olim legebatur, *levique armatura certamine, &c.*—13 In Edd. ante Drak. numerus additus elephantorum, (*quadragintaque elephantis,*) quem Mss. non habent. Vid. Not. Var.—14 ‘ *Æstu suo Locros trajecit.* V. ad I. 56. 10. *æstu secundo* Edd. ante Drak. (ut ‘ mari secundo ’ XXIX. 7. pr.) sed e glossa. In Mss. tamen plerisque est *æstuque suo;* unde J. F. Gronov. conj. *exercitum duxit æstuque suo L. t.* et Jac. Gronov. *æstu quæsito,* h. e. expectato, donec æstus illuc ferret, impetrato, quem expectabat, æstu, ut *quærere* XXV. 23. XXX. 16. et ἐπιτηρεῖν ap. Polyb.’ *Rupert.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[f] *Bomilcar cum militibus*] In quibusdam scriptum est *Bomilcar cum milibus.* Hinc *quatuor* pro *cum* reponit Gronov. corrigitque sic, *Bomilcar quatuor millibus in supplementum Carthagine missis:* numerum addit ex cap. 13. supra: quod tamen haudquaquam necesse erat hoc loco repetere: præsertim cum meliores codices non habeant numerum elephantorum, eod. Gronov. teste.

[g] *Æstu secundo Locros trajecit*] Malvult ex codicibus quibusdam Gronov. *æstuque suo,* nihil variante sententia: utraque enim scriptura Claudio commodus maris æstus significatur: æstumque suum dicere Livius potuit, quemadmodum Ovid. dixit ‘ et vento naviget usque suo.’ Gall. *par un vent favorable.*

[h] *Samnites Caudinos*] A Caudio Caudini Samnitum populus; unde et Furcæ Caudinæ, circa *Airola:* de quibus ad Decadem I.

puli Romani, Hannibal, fuimus primum per nos ipsi, quoad nostra arma, nostræ vires nos tutari poterant. Postquam iis parum fidebamus, Pyrrho regi nos adjunximus;[i] a quo relicti pacem necessariam accepimus,[k] fuimusque in ea per annos prope quinquaginta, ad id tempus, quo in Italiam venisti.[15] Tua nos non magis virtus fortunaque, quam unica comitas ac benignitas erga cives nostros, quos captos nobis remisisti, ita conciliavit tibi, ut, te salvo atque incolumi amico, non modo populum Romanum, sed ne Deos quidem iratos (si dici fas est) timeremus. At, Hercule, non solum incolumi et victore, sed præsente te, cum ploratum prope conjugum[16] ac liberorum nostrorum exaudire, et flagrantia tecta posses conspicere, ita sumus aliquoties hac æstate devastati, ut M. Marcellus, non Hannibal, vicisse ad Cannas videatur; glorienturque Romani, te, ad unum modo ictum vigentem, velut aculeo emisso,[17] torpere.[l] Per centum prope annos[m] cum populo Romano

15 '*Ad id tempus, quo in Italiam venisti* a. U. 534. Hinc h. l. legendum videri *per annos prope LX.* jam monuit Sigon. idque eo probabilius esse, cum a legatis omnia oratorie in majus ornentur, ut mox: 'per centum prope annos cum populo Rom. bellum gessimus' cet. Nam bellum illud fuit ab a. U. 412-480. adeoque *per annos prope LXX.* ut recte dicitur XXXI. 31.' *Rupert.* —16 'Ita plerique Mss. et omnes Edd. ante Drak. qui dedit: *præsente te, comploratum prope conspicere*) *ita sumus* cet. Livius amat quidem ejusmodi parentheses: sed ita potius dixisset *poteras conspicere*, quam *posses c.*' Rupert. —17 *Jaculo emisso* Edd. ante Gronov. 'De lectionis *velut aculeo emisso* a Gro-

NOTÆ

[i] *Pyrrho regi nos adjunximus*] Pyrrhus Epirotarum rex a Tarentinis in Italiam vocatus, adjunctis Samnitium, Lucanorum, Bruttiorumque copiis, adversus Romanos bellavit annis aliquot ab anno 473. sed Samnites, quorum hæc ad Hannibalem oratio, ei non statim et vix ultra biennium arma cum eo sociarunt, ut mox dicetur. Qua de re Epit. Liv. XIII. Zon. aliique.

[k] *Pacem necessariam accepimus*] Anno U. C. 481. coss. Sp. Carvilio, L. Papirio, qui de ipsis triumphavit, ut et C. Fabricius: a quo tempore ad Hannibalis in Italiam adventum, id est, ad an. 532. numerantur anni saltem duo supra quinquaginta: unde Sigon. legendum hic putat: *fuimusque in ea* (pace) *per annos prope sexaginta*, non *quinquaginta*.

[l] *Velut aculeo emisso, torpere*] Vulgo *ad unum modo ictum vigentem, velut jaculo emisso torpere*: ubi nihil est quod quisquam arguat. Quia tamen in Puteano codice est, *velutaculegemisso*, scribi jubet Gronov. *velut aculeo emisso*, ducta ex apibus non inele-

bellum gessimus, nullo externo adjuti nec duce, nec exercitu: nisi quod per biennium Pyrrhus nostro magis milite suas auxit vires, quam suis viribus nos defendit. Non ego secundis rebus nostris gloriabor,[18] duos consules, ac duos consulares exercitus a nobis sub jugum missos, et si qua alia aut læta aut gloriosa nobis evenerunt. Quæ aspera adversaque tunc acciderunt, minore indignatione referre possumus, quam quæ hodie eveniunt. Magni dictatores cum magistris equitum, bini consules cum binis consularibus exercitibus ingrediebantur fines nostros; ante explorato, et subsidiis positis, et sub signis ad populandum ducebant. Nunc proprii[19] unius et parvi ad tuendam Nolam præsidii præda sumus. Jam ne manipulatim quidem, sed latronum modo, percursant totis finibus nostris negligentius, quam si in Romano vagarentur agro. Causa autem hæc est, quod neque tu defendis, et nostra juventus, quæ, si domi esset, tutaretur, omnis sub signis militat tuis. Nec te, nec exercitum tuum norim, nisi, a quo tot Roma-

novio in textum receptæ elegantia nemo dubitabit.' *Doering*.—18 Olim legebatur, *Non ergo sec. r. n. gloriabimur*.—19 'Antea in Edd. *prope* pro *proprii*, et recte forsan, legebatur. Ceterum contemtim hæc dicta de exercitu

NOTÆ

ganti metaphora: ut Freinshemius conjecerat ex Q. Curtio lib. IV. 'ubi primum impetum effudit, velut quædam animalia, amisso aculeo, torpere.'

m *Per centum prope annos*] Ex jactantia magis quam ex vero Samnites gloriantur se cum Romanis bellum per annos ferme centum gessisse absque externa ope; quanquam eundem numerum Varro consul proferat, supra c. 5. Contra Florus, dimidiato contentus, quinquaginta annis domitos subactosque Samnites memorat lib. I. c. 16. uno minus produnt Eutrop. et Oros. Appianus in proœm. hist. octoginta. Legati Romanorum ad Ætolos apud Nostrum lib. XXXV. c. 35. verius septuaginta numerant annos. Cœptum enim a Romanis in Samnites bellum pro Campanis anno U. C. 410. coss. M. Valerio III. A. Cornelio Cosso. Ab eo tempore non raro cum Etruscis, Gallis, Salentinis, aliisque finitimis copias junxerunt ante Pyrrhi adventum, qui, ut paulo ante dictum, incurrit in an. U. C. 473. et sic 63. annis ab initio belli in Romanos moti; inde cum Pyrrho conjunctis viribus, gessere bellum ad annum 481. Hac ratione colliguntur anni tres ac sexaginta, quibus bella inter Samnites et Romanos nullo extra Italiam quæsito auxilio: omnino autem septuaginta et unus; sed non continui belli.

nas acies fusas stratasque esse sciam, ei facile esse ducam opprimere populatores nostros vagos, sine signis, palatos, quo quemque trahit, quamvis vana, prædæ spes. Numidarum paucorum illi quidem præda erunt, præsidiumque missum nobis et Nolæ ademeris,[20 n] si modo, quos, ut socios haberes, dignos duxisti, haud indignos judicas, quos in fidem receptos tuearis.'

43. Ad ea Hannibal respondit: 'Omnia simul facere Hirpinos[x] Samnitesque: et indicare clades suas, et petere præsidium, et queri indefensos se neglectosque. Indicandum autem fuisse primum,[1] dein petendum præsidium; postremo, ni impetraretur, tum denique querendum, frustra opem imploratam. Exercitum sese non in agrum Hirpinum Samnitemve, ne et ipse oneri esset, sed in proxima loca sociorum populi Romani adducturum. Iis popu-

[x] *Ab Hirpinis simul plura commisceri et accumulari, quæ sigillatim et per partes facienda fuissent, ac diversis temporibus.*

Marcelli.' *Rupert. Nunc proprætoris unius et parvi* dat Kreyssigius.—20 '*Præsidiumque missum* (a Romanis) *nobis et Nolæ ademeris:* ita omnes fere Mss. et Edd. nisi quod Mogunt. et cet. ante Drak. post *nobis* perperam *erit* inseruere, et Drak. reposuit *ademerit,* prob. Doer. ut sensus sit: *et præsidium,* quod *nobis miseris, et,* etiam, *Nolæ ademerit* sc. præsidium, h. e. Nolam simul a præsidio, quod nunc hanc urbem tenet, liberaverit. Idem vir doctus conj. *p. m. et nobis et Nolæ aderit,* h. e. opem feret. Neutrum mihi arridet, et cum Str. restitui *ademeris:* sed, quod lectio optimi cod. Put. *præsidiumquemisul nobis* firmare videtur, reponere malim: *præsidiumque* (sc. illud, cui Marcellus præerat, quodque et Nolam tenebat et Samnitium agros populabatur) *simul nobis et Nolæ* vel Nolanis *ademeris,* eo et nos et Nolanos liberaveris. Dukerus monet, in vulg. scriptura non ineptam esse sententiam: duas res effeceris, et præsidium nobis a te missum erit, et ab eo cæsis populatoribus agri nostri, qui paucorum Numidarum præda erunt, Nolæ præsidium ademeris. Sed ulcus latere, ex varietate scripturæ colligit.' *Rupert.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[n] *Præsidiumque missum nobis* [*erit,*] *et Nolæ ademeris*]. Notant τὸ *erit,* Moguntiaci natum, scriptis editisque quam plurimis deesse. Verum hoc demto nulla superest sententia. Retineatur itaque, donec melius quid codex suppeditet aliquis. Est itaque sensus, si præsidium Pœnorum ad Samnites Caudinos Hirpinosque ab Hannibale mittatur, facile adimendum Nolanis præsidium Romanorum pulso Marcello. Suspicabatur tamen Gronov. conjectura ex Puteano ducta codice, *præsidiumque simul nobis, et Nolæ ademtum erit.* Ut *erit,* ex sequenti commate repetitum, ad pronomen *nobis* referatur, et *ademtum erit* ad nomen *Nolæ.*

landis et militem suum repleturum se, et metu procul ab iis summoturum hostes.[y] Quod ad bellum Romanum attineret, si Trasimeni quam Trebiæ, si Cannarum quam Trasimeni pugna nobilior esset; Cannarum se quoque memoriam obscuram majore et clariore victoria facturum.' Cum hoc responso muneribusque amplis legatos dimisit. Ipse, præsidio modico relicto in Tifatis, profectus cetero[2] exercitu ire Nolam pergit. Eodem Hanno ex Bruttiis, cum supplemento Carthagine advecto atque elephantis, venit. Castris[3] haud procul positis, longe alia omnia inquirenti comperta sunt, quam quæ a legatis sociorum audierat. Nihil enim Marcellus ita gerebat, ut aut fortunæ, aut temere hosti commissum dici posset. Explorato cum firmisque[4] præsidiis, tuto receptu, prædatum ierat; omniaque, velut adversus præsentem Hannibalem, cauta provisaque fuerunt.[z] [5] Tum, ubi sensit hostem adventare, copias intra mœnia tenuit: per muros inambulare senatores Nolanos jussit, et omnia circa explorare, quæ apud hostes fierent. Ex iis Hanno, cum ad murum successisset, Herennium Bassum et Herium Petrium,[6] ad colloquium evocatos permissuque Marcelli egressos, per interpretem alloquitur. Hannibalis virtutem fortunamque extollit: populi Romani obterit senescentem cum viribus majestatem. ' Quæ si paria essent, ut quondam fuissent, tamen expertis, quam grave Romanum imperium[o] sociis,

[y] *Fore ut et milites suos præda locupletet, et avertat a Samnitibus Romanos, qui sociis suis metuent.*

[z] *Marcellus eam cautionem omnibus in rebus adhibuerat, atque ita provide cunctis prospexerat, tanquam si præsens Hannibal affuisset.*

1 Conj. Rupert. *Indicandam cladem f. p.*—2 ' *Cum cetero* Edd. ante Jac. Gronov. præter antiquissimas, in quibus etiam præpositio desideratur.' *Stroth.*—3 *Ibi castris* Edd. ante Gronov.—4 Voss. *Explorato enim firmisque.*—5 ' Pro *fuerunt* recte *fuerant* legendum esse censet Crevierius.' *Doering.*—

NOTÆ

[o] *Quam grave Romanum imperium*] Quanquam hoc ab Hannone Romanorum hoste dicatur, vere tamen dicitur. Et grave plerumque revera avaritia et libidine magistratuum provincialium erat; cujus rei specimen ingens in uno Verre ostendit Cicero.

quanta indulgentia Hannibalis etiam in captivos omnes Italici nominis fuisset, Punicam Romanæ societatem atque amicitiam præoptandam esse. Si ambo consules cum suis exercitibus ad Nolam essent, tamen non magis pares Hannibali futuros, quam ad Cannas fuissent: nedum prætor unus, cum paucis et novis militibus, Nolam tutari possit. Ipsorum, quam[7] Hannibalis,[p] interesse, capta an tradita Nola potiretur. Potiturum enim, ut Capua Nuceriaque potitus esset: sed, quid inter Capuæ Nuceriæque fortunam[q] interesset, ipsos prope in medio sitos Nolanos scire. Nolle ominari, quæ captæ urbi cessura forent: sed potius spondere, si Marcellum cum præsidio ac Nolam tradidissent, neminem alium, quam ipsos, legem, qua in societatem amicitiamque Hannibalis venirent, dicturum.'

44. Ad ea Herennius Bassus respondit: 'Multos annos jam inter Romanum Nolanumque populum amicitiam esse, cujus neutros ad eam diem pœnitere;[8] et sibi si cum fortuna mutanda fides fuerat, sero[9] jam esse mutare eam. Dedituris se Hannibali non fuisse arcessendum Romanum præsidium: cum iis, qui ad se tuendos venissent, omnia sibi et esse consociata, et ad ultimum fore.' Hoc colloquium abstulit spem Hannibali per proditionem recipiendæ Nolæ. Itaque oppidum corona circumdedit, ut simul ab omni parte mœnia aggrederetur. Quem ut successisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie, cum magno tumultu erupit. Aliquot primo impetu perculsi cæsique sunt; dein, concursu ad pugnantes facto[10] [r] æqua-

6 *Herium Pettium* Mss. *Petrium* Edd. antt.—7 'In Edd. a Mogunt. ad Gronov. non in primis et in Mss. *magis* ante *quam* insertum.' *Rupert.*

NOTÆ

[p] *Ipsorum, [magis] quam Hannibalis]* Τὸ *magis* abest ab optimis libris: illudque adverbium et Noster et ejus imitatione Tacitus sæpenumero negligunt in comparatione rerum.

[q] *Inter Capuæ Nuceriæque fortunam]* Capua fœdere in partes Pœnorum transierat, et suis legibus utebatur supra c. 7. Nuceria fame in deditionem accepta, direpta atque incensa fuerat cap. 15.

[r] *Dein, concursu ad pugnantes [pugnam] facto]* Potest *pugna* vel de loco pugnæ accipi, vel de animo pugnandi,

tisque viribus, atrox cœpit esse pugna. Memorabilisque inter paucas fuisset, ni ingentibus procellis effusus imber diremisset pugnantes. Eo die commisso modico certamine atque irritatis animis, in urbem Romani, Pœni in castra sese receperunt. Tamen Pœnorum prima eruptione perculsi ceciderunt haud plus quam triginta, Romanorum nullus.[11] Imber continens[8] per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit. Itaque, quanquam utraque pars avidi certaminis erant,[12] eo die tenuerunt sese tamen munimentis. Tertio die Hannibal partem copiarum prædatum in agrum Nolanum misit. Quod ubi animadvertit Marcellus, extemplo in aciem copias eduxit:[13] neque Hannibal detrectavit. Mille fere passuum[14] inter urbem erant castraque. Eo spatio (et sunt omnia campi circa Nolam)[a] concurrerunt. Clamor, ex parte utraque sublatus, proximos ex cohortibus iis, quæ in agros prædatum exierant, ad prælium jam commissum revocavit. Et Nolani aciem Romanam auxerunt: quos collaudatos Marcellus in subsidiis stare, et saucios ex acie efferre jussit; pugna abstinere, ni[15] ab se signum accepissent.

[a] *Et Nolanus ager omnis campestris est.*

8 Al. *pœniteret.*—9 Conj. J. F. Gronov. *fuerit, serum.*—10 ' *Deinde concursu ad pugnam facto.* Put. Pet. melior Men. *dein* et *pugnanti.* Scribe, *dein concursu ad pugnantes facto.* Antiqua scriptura fuit *pugnantis* pro *pugnanteis.*' J. F. Gronov.—11 ' Gronovius legendum censet: *trecenti, Romanorum L.* seu *quinquaginta:* nam in antiquissimis Mss. vocabulum *nullus* desideratur; contra in Puteano legitur *Romanorum Liber,* lineola super *i* ducta.' *Stroth.*—12 ' *Pars avidæ certaminis erat.* Put. Pet. *avidi certaminis erant, eo die tenuerunt se tamen munimentis.*' J. F. Gronov.—13 *Educit* solus Drak. nulla addita librorum auctoritate.—14 ' Forte *passus* aut *erat,* nisi cum Gron. subintell. *campi.*' Rupert.—15 *Abstinerent nisi* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

ut *ad pugnam* sit ad pugnandum. Gronov. cum in optimis inveniret, *dein et pugnanti,* fecit ex conjectura *deinde concursu ad pugnantes facto.*

[8] *Romanorum nullus. Imber continens*] Put. apud Gronov. *Romani liber continens:* unde legendum putat *Romani quinquaginta. Imber continens:* quasi *L* nota fuerit numeri: scriptumque perperam *iber* pro *Imber:* quod mihi verisimile apparet: nam illa, *Pœnorum haud plus quam triginta,* majorem fuisse Romanorum primo impetu cæsorum numerum indicare videntur.

45. Prælium erat anceps: summa vi et duces hortabantur,[16] et milites pugnabant. Marcellus victis ante diem tertium, fugatis ante paucos dies a Cumis, pulsis priore anno ab Nola ab eodem se duce, milite alio, instare jubet.[b] 'Non omnes esse in acie: prædantes vagari in agro. Sed, qui pugnent,[17] marcere Campana luxuria, vino et scortis omnibusque lustris[t] per totam hyemem confectos. Abisse illam vim vigoremque, dilapsa esse robora corporum animorumque, quibus Pyrenæi Alpiumque superata sint juga. Reliquias illorum virorum, vix arma membraque sustinentes, pugnare. Capuam Hannibali Cannas fuisse. Ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi spem futuri extinctam.' Cum hæc exprobrando hosti Marcellus[18] suorum militum animos erigeret, Hannibal multo gravioribus probris increpabat:[u] 'Arma signaque eadem se[19] noscere, quæ ad Trebiam Trasimenumque, postremo ad Cannas viderit habueritque. Militem alium profecto se in hyberna Capuam duxisse, alium inde eduxisse. Legatumne Romanum[20][x] et legionis unius atque alæ magno certamine vix toleratis pugnam, quos binæ acies consulares nunquam sustinuerunt? Marcellus, tirone milite ac Nolanis subsidiis, inultus[1] nos jam iterum lacessit? Ubi ille meus miles est, qui erepto ex equo C. Flaminio consuli caput abstulit? ubi, qui L. Paullum ad Cannas occidit? Ferrum nunc hebet?[3] an dextræ torpent? an quid prodigii est aliud? Qui pauci plures

[b] *Hortatus est milites suos, ut urgerent eos hostes, qui victi fuerant ante tertio die, qui ante paucos dies fugati a Cumis, et qui anno superiore repulsi, eodem se duce Marcello, quamvis non ab iisdem militibus.*

16 Al. *et duces adhortabantur.*—17 Al. *pugnant.*—18 'Put. et Pet. *exprobrandam hosti Marcellus.* Forte, *exprobrando in hostem Marcellus.*' J. F. Gronov.—19 *Aiebat* add. Edd. ante Gronov.—20 Vet. lib. apud Sigon. *Legati ne Romani.*—1 *Subsidiis fultus* Edd. ante Gronov.—2 'Suspicari possis *derepto,*

NOTÆ

[t] *Omnibusque lustris*] Ita Cic. pro Cælio: 'domus, in qua lustra, libidines, luxuries versetur.' *Lustrum* est ganea, popina, sive locus ubi homines helluantur.

[u] *Gravioribus probris increpabat*] Proprios scilicet milites.

[x] *Legatumne Romanum*] Marcellum, qui non consul, sed prætor duntaxat.

vincere soliti estis, nunc paucis plures vix restatis.[c] [4] Romam vos expugnaturos, si quis duceret, fortes lingua, jactabatis. Enim minor [5] est res. Hic experiri vim virtutemque volo. Expugnate Nolam, campestrem urbem, non flumine, non mari septam. Hinc vos ex tam opulenta urbe præda spoliisque onustos vel ducam, quo voletis, vel sequar.'

46. Nec bene, nec male dicta profuerunt ad confirmandos animos. Cum omni parte pellerentur, Romanisque crescerent animi, non duce solum adhortante, sed Nolanis etiam per clamorem, favoris indicem, accendentibus ardorem [6] pugnæ, terga Pœni dederunt, atque in castra compulsi sunt. Quæ oppugnare cupientes milites Romanos Marcellus Nolam reduxit,[7] cum magno gaudio et gratulatione etiam plebis, quæ ante inclinatior ad Pœnos fuerat. Hostium plus quinque millia cæsa [y] eo die, vivi capti sexcenti,[8] et signa militaria undeviginti, et duo elephanti: quatuor in acie occisi. Romanorum minus mille interfecti. Posterum diem induciis tacitis,[9] sepeliendo utrimque cæsos in acie, consumserunt. Spolia hostium Marcellus, Vulcano votum,[10] [z] cremavit. Tertio post die (ob iram

[c] *Ægre resistitis.*

i. e. detracto: sed cf. Heins. ad Ovid. Met. III. 52.' *Duk.*—3 *Ferrum non habet* Edd. vett. *Ferrum num hebet?* Mogunt. all. *Ferrumne habet* corruptissima omnium Grut.' *Stroth.*—4 Vet. lib. apud Sigon. *resistitis.*—5 ' *En nunc minor* Edd. plurimi et ipse Drakenb. sine ulla Msstorum auctoritate, ex mero Vallæ commento. Mss. partim *cum minor*, partim *etenim minor;* optimi vero, ut Florent. Harlei. Palat. 1. puto etiam Putean. *enim minor*, ut ante Vallam lectum est, quod et in Edd. Gron. et Crev. receptum. Corrumpendi ansam dedit infrequentia τοῦ *enim* ab initio positi, quod semper librarios aut editores turbavit.' *Stroth.*

6 *Accedentibus ad ardorem* Edd. ante Gronov.—7 *Reducit* Edd. a Paris. 1573. ad Drak.—8 *Hostium plus mille cæsi eo die, capti mille sexcenti* Edd. ante Gronov. Vid. Not. Var.—9 *Induciis datis* Edd. vett. usque ad Grut.

NOTÆ

[y] *Hostium plus quinque millia cæsa*] Ita scribit Gronov. conjectura ducta ex codice Puteano. Vulgares editiones habent, *hostium plus mille cæsi, capti mille sexcenti.* Correxerat Sigonius, *hostium plus vel cæsi eo die, vel vivi capti quinque millia:* quem numerum Plut. edidit. Minorem habet Colb. *Hostium plus vel cæsi, vel die eo vivi capti DC.*

[z] *Vulcano votum*] Appositio est; significat enim cremata hostium spo-

credo aliquam, aut spem liberalioris militiæ) mille ducenti septuaginta duo equites, mixti Numidæ Hispanique, ad Marcellum transfugerunt. Eorum forti fidelique opera in eo bello usi sunt sæpe Romani. Ager Hispanis in Hispania, Numidis in Africa post bellum, virtutis causa, datus est.[11] [a] Hannibal, ab Nola remisso in Bruttios Hannone, cum quibus venerat copiis, ipse Apuliæ hyberna petit, circaque Arpos consedit. Q. Fabius, ut profectum in Apuliam Hannibalem audivit, frumento ab Nola Neapolique in ea castra convecto, quæ super Suessulam erant, munimentisque firmatis, et præsidio, quod per hyberna ad tutandum[12] locum satis esset, relicto, ipse Capuam propius movit castra, agrumque Campanum ferro ignique est depopulatus: donec coacti sunt Campani, nihil admodum viribus suis fidentes, egredi portis, et castra ante urbem in aperto communire. Sex millia armatorum habebant, peditem imbellem: equitatu plus poterant. Itaque equestribus præliis lacessebant hostem. Inter multos nobiles equites Campanos Cerrinus Jubellius erat,[13] cognomine Taurea. Civis indidem erat,[14] longe omnium Campanorum fortissimus eques; adeo ut, cum apud Romanos militaret, unus eum Romanus Claudius Asellus gloria equestri æquaret. Hunc Taurea[15] cum diu perlustrans oculis obequitasset hostium

—10 Conj. Rupert. *vota.*—11 'Ante *datus est* in omnibus Edd. præter Stroth. inserta vox *latus,* quam delevi, quia a Ms. Put. duobusque aliis abest, et Livio talis *κακοφωνία* (*latus datus*) haud obtrudenda videtur. In reliquis Mss. pro *latus* legitur *locus,* quod restitutum a Stroth. sed ab h. l. alienum est. Judice Doering. leg. *latus* (acceptus) *est,* et ejiciendum *τὸ datus,* tanquam interpretamentum *τοῦ latus.*' Rupert.—12 Optimi Mss. *petendum* pro *tutandum:* unde *tenendum* conj. J. F. Gronov.—13 *Campanos acerrimus erat Jubellius* Edd. ante Gronov.—14 'Malim legere, *civis idem Romanus,* vel *erat Romanus,* ut litera *R.* (Romanus) exciderit.' *Rupert.*—15 Plurimi, quamvis non optimi, Mss. et Edd. ante Ald. *Hic Taurea.*

NOTÆ

lia, quod in honorem Vulcani fieri Marcellus antea voverat.

[a] [*Latus,*] *datus est*] Notat Gronovius *τὸ latus* non esse in Puteano a manu prima; ascriptum postea esse *locus,* quæ vox in plerisque manu exaratis antiquioribus reperitur, et alterutrum sustineri potest: nam et 'latos agros' Cicero dixit, et in lege Thoria habetur sæpius, *agrum, locum:* malim tamen utrumque expungere.

turmis, tandem facto silentio, 'ubi esset Claudius Asellus,' quæsivit, 'et, quoniam verbis secum de virtute ambigere solitus esset, cur non ferro decerneret; daretque opima spolia[b] victus, aut victor caperet.'

47. Hæc ubi Asello nuntiata sunt in castra, id modo moratus, ut consulem percunctaretur, liceretne extra ordinem in provocantem hostem pugnare; permissu ejus arma extemplo cepit: provectusque ante stationes equo, Tauream nomine compellavit, congredique, ubi vellet, jussit. Jam Romani ad spectaculum pugnæ ejus frequentes exierant: et Campani non vallum modo castrorum, sed mœnia etiam urbis prospectantes repleverant. Cum jam ante ferocibus dictis rem nobilitassent, infestis hastis concitarunt equos.[d] Dein libero spatio inter se ludificantes, sine vulnere pugnam extrahebant. Tum Campanus Romano, 'Equorum,' inquit, 'hoc, non equitum, erit certamen, nisi e campo in cavam hanc viam demittimus equos. Ibi nullo ad evagandum spatio cominus conserentur manus.' Dicto prope citius equum in viam Claudius dejecit.[16] Taurea, verbis ferocior, quam re, 'Minime, sis,' inquit, 'cantherium in fossam.'[17] [c] Quæ vox in rusticum inde

[d] *Postquam verbis audacibus futurum prælium illustrius reddere conati erant, equos calcaribus concitarunt infesta spicula in se mutuo dirigentes.*

16 *Claudius egit* Edd. ante Gronov.—17 Ita plerique optimique Mss. et

NOTÆ

[b] *Opima spolia*] Jactanter de se veluti imperatore loquitur Jubellius hic Cerrinus; *opima* enim *spolia* proprie dici notum omnibus ea tantum quæ dux duci detrahit.

[c] *Minime, sis, inquit, cantherium in fossam* [*fossa*] *Cantherius*, sive *cantherium*, e Græco fonte manat. Apud Græcos enim *καν θὼν*, et *καν θήλιος* asinus est: unde et *καν θήλια* dicuntur *clitellæ*. Apud Latinos *cantherii* nomine duo præsertim significantur: primo quidem equus castratus, ex Varrone lib. II. de Re Rust. Præterea in vitibus *cantherius* est pedamentum vitium instar furcæ, quo hæ velut adminiculo fulciuntur: hujus ergo proverbii sensus patebit ex eo quod Columella scribit lib. IV. cap. 12. 'Fodiebantur vineæ: in fossa figebantur cantherii, quibus applicabantur et imponebantur teneræ vites.' Inde Gronov. hoc proverbium, *minime sis cantherium in fossa*, sic explicat, ne sinas alios de te crescere, ut vitis crescit adminiculante cantherio: vel

proverbium prodita.[d] Claudius, cum ea via[18] longe perequitasset, nullo obvio hoste in campum rursum evectus, increpans ignaviam hostis, cum magno gaudio et gratulatione victor in castra redit. Huic pugnæ equestri rem (quam vera sit,[19] communis existimatio est)[e] mirabilem certe, adjiciunt quidam annales: cum refugientem ad urbem Tauream Claudius sequeretur, patenti hostium portæ invectum, per alteram, stupentibus miraculo hostibus, intactum evasisse.

48. Quieta inde stativa fuere, ac retro etiam consul movit castra, ut sementem Campani facerent: nec ante violavit agrum Campanum, quam jam altæ in segetibus herbæ pabulum præbere poterant. Id convexit in Clau-

Edd. vett. non, quod vulgo editum, *in fossa*.—18 'Vulgo in omnibus Mss. et Edd. *ex via*. Nos recepimus, quod Perizonius conjecit, *ea via*, probante Drakenborchio. Præpositio *ex* h. l. admodum incommoda est, et sæpius cum *ea* permutatur.' *Stroth*.—19 '*Quam vera sit* cum Stroth. reposui e conj. Gron. quæ probabilior certe est, quam illa Vallæ, a reliquis editoribus recepta: *quam satis certam*. Omnes Mss. habent: *quam elatis* vel *vetatis* (hoc optimi, Flor. Put. et Pet.) *communis certe exist. est*. Hoc *certe* a librariis præpostere bis positum putabat Gron. at Perizon. in Anim. Hist. c. 7. p. 280. non male conj. *quam veram* sc. adjiciant, *communis per me exist. est*. Ad lectionem vero Mss. propius forte accedet hæc: *quantæ veritatis, communis per me exist. est*.' Rupert. Vid. Not. Var.

NOTÆ

certe vult allusisse Tauream ad significationem cantherii, pro equo sumti, quod via cava inter duos altiores campos instar sit fossæ: quare ubi Claudius equum egerat in viam cavam, rustico illo proverbio usus est Taurea, ut irrideret Claudium, et hoc ridiculo invidiam et pudorem ignavi sui discessus minueret: quasi indicaret nolle se cantherium agere demittendo se in viam cavam, tanquam equum enervem in fossam, uti a Claudio factum. Vide et Erasm. Chiliad. II. cent. I. adag. 35. qui hoc adagium *cantherium in fossa* non abludere censet ab illo Græcorum apud Platonem 'in puteo constrictus,' et quadrare vult adversus eos qui in angustias ejusmodi redacti sunt, ut extricare sese nullo modo possint.

[d] *Quæ vox in rusticum inde proverbium prodita*] Adagium illud, veluti jam ante receptum, a Taurea fuisse usurpatum facile cum Gronovio existimem.

[e] *Quam vera sit*, [*quam satis certam*,] *communis existimatio est*] Sic legitur ex Laurentii Vallæ conjectura: cum in scriptis plerisque legatur, *quam etatis* (aut *vetatis*) *communis certe existimatio est*. Suspicatur Gronov. *rem* (*quam vera sit communis existimatio est*) *mirabilem certe*. Colb. *rem, quam etatis communis certe existimatio est, mirabilem certe*.

diana castra super Suessulam; ibique hyberna ædificavit. M. Claudio proconsuli imperavit, ut, retento Nolæ necessario ad tuendam urbem præsidio, ceteros milites dimitteret Romam, ne oneri sociis et sumtui rei publicæ essent.[f] Et Ti. Gracchus a Cumis Luceriam in Apuliam legiones cum[20] duxisset, M. Valerium inde prætorem Brundisium, cum eo, quem Luceriæ habuerat, exercitu misit, tuerique oram agri Sallentini, et providere, quod ad Philippum bellumque Macedonicum attineret, jussit. Exitu æstatis ejus, qua hæc gesta perscripsimus, literæ a P. et Cn. Scipionibus venerunt, quantas quamque prosperas in Hispania res gessissent. Sed pecuniam in stipendium, vestimentaque, et frumentum exercitui, et sociis navalibus omnia deesse. Quod ad stipendium attineat, si ærarium inops esset, se aliquam rationem inituros, quo modo ab Hispanis sumant. Cetera utique ab Roma mittenda esse: nec aliter aut exercitum aut provinciam attineri[1] posse. Literis recitatis, nemo omnium erat, quin, et vera[2] scribi, et postulari æqua, fateretur: sed occurrebat animis, quantos exercitus terrestres navalesque tuerentur, quantaque nova classis mox paranda esset, si bellum Macedonicum moveretur. 'Siciliam ac Sardiniam, quæ ante bellum vectigales fuissent,[g]

20 *Dum* Editi multi.—1 'Ita optimi Mss. alii *teneri* et *obtineri:* omnes autem Edd. *retineri:* quæ cuncta haud dubie substituta ab iis qui ignorabant *attinere* dici pro retinere, vel tueri, custodire.' *Rupert.*—2 '*Nemo omnium erat, qui non et vera.* Pall. et Voss. *qui nec vera.* Optimi *quin et vera,* ut vidit

NOTÆ

[f] *Ne oneri sociis et sumtui rei p. essent*] Commeatus quippe et hospitia sociis incumbebant: respublica vero sumtus stipendiorum faciebat, quæ nonnisi militantibus solvebantur: unde milites domum suam revocati æra non accipiebant.

[g] *Quæ ante bellum vectigales fuissent*] *Vectigal,* a vectura dictum, proprie quidem portorium significat: latius tamen accipitur pro tributo et pecunia, publicarum necessitatum causa singulis pro ratione census imperari solita; et pro stipendio, sive militari ære, quod per stipes, seu modica æra colligebatur: eoque nomine comprehendebantur decumæ, aliaque collationum sive onerum nomina. Vectigales itaque provinciæ dicebantur, quæ vectigal pendebant; ut tributariæ, quæ tributum, stipendiariæ, quæ stipendium, conferebant. Vide Sigon. de antiquo jure provinc. lib. I. cap. 1.

vix præsides provinciarum exercitus alere:[h] tributo sumtus suppeditari:[i] eum ipsum tributum conferentium[3] numerum tantis exercituum stragibus, et ad Trasimenum lacum, et ad Cannas, imminutum; qui superessent pauci, si multiplici gravarentur stipendio, alia perituros peste.[e] Itaque, nisi fide staret res publica,[k] opibus non staturam.

[e] *Et numerum ipsum eorum qui tributum solvant (civium nempe aut sociorum) diminutum esse tot exercitibus profligatis, tum ad lacum Trasimenum, tum ad Cannas: et præterea eos qui exiguo numero supersint, (ad tributum conferendum,) si onerarentur multiplicata stipendiorum solutione, perituros alio malo, nimirum, si non belli cladibus, saltem summa inopia ad quam redigerentur.*

Valla.' J. F. Gronov.—3 '*Eum ipsum tributum conferentium* cet. ex optimis Mss. et Edd. ante Mogunt. restitui cum Gronov. (qui tamen e quibusdam codd. *verum* ante *eum* adjecit) et Stroth. In aliis Edd. *cum ipsum* et *verum cum ipsum ... imminutum; tum qui superessent* cet. Vix tamen crediderim, tot ὁμοιοτέλευτα excidisse Livio. Is forte nihil aliud dedit quam *illud* vel *verum illud conferentium numerum*, et reliqua glossatori tribuenda.' *Rupert.* Vid.

NOTÆ

[h] *Vix præsides provinciarum exercitus alere*] Circa Livii ætatem cœpere provinciæ Cæsaris a præsidibus, ejus legatis, administrari: et sic præsidis nomen substantivum titulus fuit honoris seu magistratus sub imperatoribus: non hoc tempore Punici belli, sed *præsides exercitus* dicit adjective pro exercitibus qui provinciis præsidio erant.

[i] *Tributo sumtus suppeditari*] Vere Tacitus IV. Histor. 'nec quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt:' ubi *stipendia* accipiuntur pro pecunia quæ militibus erogatur: *tributa* vero pro ea quam conferunt provinciales. Ceterum quod Tan. Faber legit, *tributum sumtibus superari*, præterquam quod nullo auctore mutantur Livii verba, ea mutatio nulla ex causa fit: sufficit enim si hoc loco dicatur *sumtus* (qui pro pecunia in sumtus belli eroganda accipiuntur) *suppeditari*, et pendere ex tributo, et subjectorum collatione niti: cum mox addatur numerum eorum, sive civium sive sociorum, qui tributum conferrent imminutum; et paucos eorum qui superessent non debere multiplici stipendio gravari. Sic enim intelligitur quod vult Faber, tributum, quod colligatur, sumtibus non sufficere.

[k] *Nisi fide staret res p.*] Sumitur hic *fides* pro credito, et pecunia mutua; quam creditor, cum debitori dat, ejus fidem sequitur, ei fidem habet; unde et fidejussorum nomen; et qui solvit fidem suam liberare dicitur: hoc sensu Cicero pro Pompeio: 'Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Et Cæsar III. Belli Gallici, 'cum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.' Hinc Gallice dicimus *le credit*. Est itaque sensus Livii: ex præsenti pecunia, quæ admodum modica in ærario esset, aut ex tributis corradi posset, nullo pacto sustineri posse onera reipublicæ: ideoque confugiendum necessario esse ad mutuo sumendam a publicanis pecuniam.

Prodeundum in concionem Fulvio prætori esse, indicandas populo publicas necessitates, cohortandosque,[4] qui redemturis auxissent patrimonia,[1] ut rei publicæ, ex qua crevissent, ad tempus commodarent;[5] conducerentque ea lege præbenda,[m] quæ ad exercitum Hispaniensem opus essent, ut, cum pecunia in ærario esset, iis primis solveretur.'[f] Hæc prætor in concione edixit, qua die[6] vestimenta, frumentum, Hispaniensi exercitui præbenda, quæque alia opus essent navalibus sociis, esset locaturus.

49. Ubi ea dies venit, ad conducendum tres societates[7 n] aderant hominum undeviginti, quorum duo postulata fuere:

f Et exhortandos esse eos qui opes suas conductionibus publicis amplificaverant, ut, cum ditiores facti essent ex rebus ad populum pertinentibus, aliquid in ejusdem populi commoda conferrent, eumque juvarent: et susciperent in se curam præbendi et sumministrandi exercitui Hispanico quæ necessaria essent; idque ea conditione, ut sumtus in eam rem facti illis refunderentur, quam primum pecunia esset in ærario, antequam aliis creditoribus publicis debita solverentur.

Not. Var.—4 Olim legebatur, *indicandasque populo publicas necessitates, exhortandosque.*—5 '*Ad tempus* aliquod *commodarent* sc. pecuniam, aut potius *quæ ad exercitum Hisp.* alendum *opus essent.* Sed præpos. *ad* abest a plerisque Mss. et Edd. vett. et *tempus commodare reip.* nihili est, saltem ab h. l. alienum: nam *tempus* pro opportunitate aut facultate, et hinc pro rebus impensisque necessariis dici posse, non persuasit nobis Stroth. *tempus* (angustias, quibus nunc resp. premeretur) *considerarent* conj. Doer. Malim: *opes* vel *impensas commodarent.* Mox junge: *ea lege,* (conditione) *ut, cum pecunia* cet. Pro *ea* perperam in Mss. et Edd. ante Gron. legitur *ex.*' Rupert.—6 'Drakenborchius legendum conjicit *et qua die* vel *quaque die;* bene. Sigonius pro *Hæc* malebat *Hinc.*' Stroth. *Hæc prætor in concione: edixitque, qua die* conj. J. F. Gronov.

7 'Corruptissime hic locus in Mss. et Edd. plerisque legitur. *unum ut Tarentum in eo publico essent* Edd. vett. et Mss. nonnulli: in aliis Mss. est *unum mihi Tarentum in eo p. e.* in aliis aliter, in omnibus tamen *Tarentum* occurrit. Ex vocabulo *Tarentum* efficerem *ne militarent dum,* nisi Gronovius ex Ms. Pu-

NOTÆ

[1] *Qui redemturis auxissent patrimonia*] *Redemtores* proprie dicebantur qui vectigalia, aut etiam opera publica facienda redimebant, sive conducebant: alio nomine *publicani:* quorum ordo Romæ, immo ubique et semper, potentissimus et maximæ auctoritatis: hinc *redemtura* pro redemtione seu conductione publicorum proventuum.

[m] *Præbenda*] Verbum est militare, quo quid intelligatur patet ex proxime sequentibus: hinc Præbendarum in Ecclesiastica militia vocabulum.

[n] *Tres societates*] Publicæ res non sine magnis sumtibus, et præsenti pecunia exerceri possunt: ideoque plures ad ea socii accedant necesse est; et quot sunt genera publicorum redituum, tot fere solent esse societates. Hinc apud Cic. pro Sextio 'societas vectigalium.'

unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent:[o] alterum, ut, quæ in naves imposuissent, ab hostium tempestatisque vi publico periculo essent.[8 p] Utroque impetrato, conduxerunt, privataque pecunia res publica administrata est. Hi mores eaque caritas patriæ per omnes ordines velut tenore uno pertinebat. Quemadmodum conducta omnia magno animo sunt, sic summa fide præbita, nec secus quam[9] si ex opulento ærario,[q] ut quondam, alerentur. Cum hi commeatus venerunt, Illiturgi oppidum ab Hasdrubale, ac Magone, et Hannibale,[10] Bomilcaris filio, ob defectionem ad Romanos, oppugnabatur. Inter hæc trina[11] castra hostium Scipiones, cum in urbem sociorum magno certamine ac strage obsistentium pervenissent, frumentum, cujus inopia erat, advexerunt: cohortatique oppidanos, ut eodem animo mœnia tutarentur, quo pro se pugnantem Romanum exercitum vidissent, ad castra maxima oppugnanda, quibus Hasdrubal præerat, ducunt. Eodem et duo duces

teanei lectione, *unum millia vocarent tumineo publico essent*, veram lectionem feliciter invenisset. Antea in omnibus Edd. post principp. ad Gronovium, ex conjectura Vallæ legebatur: *unum ne alii triennio eo publicani essent.* Ad *publico* intelligendum esse *negotio* patet.' *Stroth.*—8 Legendum censet Sigon. *ab hostium tempestatisque vi publico periculo tuta essent.*—9 *Secus quam* ex emend. Vallæ: *quicquam* Mss. *quicquam desideratum ac* Edd. ante Gronov. qui conj. *sequius quam.* Mox pro *alerentur* conj. Rupert. *darentur.*—10 'Ita Mss. longe plurimi optimique. *Hamilcare* Edd. omnes præter Stroth.' *Rupert.*—11 Al.

NOTÆ

[o] *Unum, ut militia vacarent, dum in eo publico essent*] Ex Putean. codice erutam hanc correctionem Gronov. auream vocat, astruitque IV. Observat. 23. Nolim tamen vulgatam a Laur. Valla lectionem damnare: *unum ne alii triennio eo publicani essent:* est enim *publicanis*, de quibus hic agitur, dignum postulatum: quos aliunde vacationem a militia habuisse valde credibile est; difficile quippe admodum esset militiæ simul et curandis publicis vectigalibus aut operibus operam dare.

[p] *Publico periculo essent*] *Alicujus periculo esse* dicuntur ea quæ, si perierint, aut deteriora facta fuerint, ad ipsius onus pertinent. Gallice dicimus, *a ses risques, périls, et fortunes.* Ita Cic. VII. in Verrem: 'Sumtu periculoque suo armatam navim aliquo mittere:' et pro Sextio, 'ego qui periculo reip. vivebam.'

[q] *Nec secus quam si ex opulento ærario*] Lectio Gronov. est. Valla legendum censebat, *nec secus ac si.* Vulgo legebatur *nec quicquam desideratum, ac si ex opulento ærario:* sed τὸ *desideratum* in omnibus scriptis desideratur.

et duo exercitus Carthaginiensium, ibi rem summam agi cernentes, convenerunt. Itaque eruptione e castris pugnatum est. Sexaginta hostium millia eo die in pugna fuerunt, sexdecim circiter Romanis.[g] Tamen adeo haud dubia victoria fuit, ut plures numero, quam ipsi erant, Romani hostium occiderint: ceperint amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum, undesexaginta militaria signa, septem elephantos, quinque in prælio occisis.[12] Trinisque castris eo die potiti sunt. Illiturgi[r] obsidione liberato, ad Intibili[13] oppugnandum[s] Punici exercitus traducti, suppletis copiis ex provincia, ut quæ maxime omnium belli avida, modo præda aut merces esset, et tum juventute[14] abundante. Iterum signis collatis, eadem fortuna utriusque partis pugnatum. Supra tredecim millia hostium cæsa, supra duo capta,[15] cum signis duobus et quadraginta, et novem elephantis. Tum vero omnes prope Hispaniæ populi ad Romanos defecerunt: multoque majores ea æstate in Hispania, quam in Italia, res gestæ.

[g] *Cum Romani non multo plures essent sexdecim millibus.*

terna.—12 '*LIX. militaria signa, VII. elephantos, quinque in prælio occisis* recepi ex emend. Gronov. pro vulg. *LIX. m. signa, elephantis quinque in p. o.* In Mss. plerisque et optimis *signavit* et *signa VIR elephantis.*' Rupert.—13 Al. *Indibili* et *Incibili.*—14 Put. et Pet. *juvente.* Voss. et Pall. *juventa.*—15 '*Supraque tria capta.* Pet. melior *supra capta:* Voss. *supraque capta.* Put. *suprati capta.* Lege, *supra duo capta.* Signis fuerat perscriptus numerus.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[r] *Illiturgi*] Ptolemæo forte corrupte *Ilurgis* oppidum Turdulorum in Hispania ulteriori, eaque parte quæ post Bætica, circa flumen Bætim, supra Cordubam, hodie Morali *Andujar el Viejo*, tribus passuum millibus ab Andujar. Sanso ponit ex adverso oppidi Linares: hæc cuncta in regno Giennensi, *de Jaen*, quæ pars est Andalusiæ orientalis.

[s] *Ad Intibili oppugnandum*] *Intibilis* oppidi meminit quoque Antoninus et Frontinus: *Tiara Julia* creditur esse Ptolemæi, quæ accedit ad nomen civitatis Aragonicæ *Tervel. Intibilis* tamen sive *Indibilis* Floriano est *Chelva* in ora regni Valentiæ: Sansoni Tiara Julia est *Trayguero* in eodem regno ad confinia Cataloniæ. Merito reprehenditur a Sigonio. Glar. qui hoc loco *Indibili* viri nomen esse putat, de quo postea sæpius. Quem si Livius intelligeret, dixisset *ad Indibilim oppugnandum*, pro *ad Indibili.*

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXIV.

BREVIARIUM.

Cap. 1. In Bruttiis Rhegium frustra tentatur a Pœnis: at Locrenses se iis dedunt. 2. Bruttii, illorum socii, per se ipsi Crotonem oppugnant, urbemque a plebe, quæ in omnibus fere Italiæ civitatibus Pœnis favebat, sibi traditam capiunt præter arcem. 3. Eam, a plebe, a Bruttiis et Hannone circumsessam, fortiter tuentur optimates; sed mox et hi cedunt, seque Locros traduci patiuntur. Levia prælia inter Sempronium cos. Luceriæ et Hannibalem haud procul Arpis hybernantem oriuntur.

4. In Sicilia Romanis omnia mutat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum, nepotem ejus et filium Gelonis, translatum; puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum. Hujus tutores xv. quorum primi sunt Andranodorus et Zoippus, Hieronis generi, deponunt tutelam, hortante ac cogente Andranodoro, qui regimen rerum omnium affectat. 5. Hieronymus superbe regnat, more Dionysii tyranni; et ex iis, quibus solis aditus in domum ejus familiarior est, Andranodorus et Zoippus suadent Pœnorum, Thraso Romanorum, societatem. Hic vero mox ad supplicium traditur, quia Theodotus, reus conjurationis, in regis caput factæ, eum esse auctorem consilii mentitus erat. 6. Thrasone necato legati ad Hannibalem, et ab eo Hippocrates et Epicydes, fratres oriundi ab Syracusis, ad regem mittuntur. Hi apud tyrannum manent, junguntque societatem; quam fœdus cum Pœnis Carthagine ictum excipit: legati vero Romanorum per ludibrium audiuntur. 7. Sed Hieronymus paulo post Leontinis obtruncatur a conjuratis. Q. Fabius Max. cos. Puteolos communit, et Romam venit comitiorum causa. 8. Ibi concione ad populum habita suadet, ut magna cura creentur consules. 9. Ipse quartum et M. Claudius Marcellus tertium consul dicitur ab omnibus centuriis. 10. Prorogatur imperium omnibus, qui ad exercitus sunt, et novis prætoribus

decernuntur provinciæ. Multa prodigia nuntiantur procuranturque hostiis majoribus et supplicatione omnibus Diis, quorum pulvinaria Romæ sunt, indicta. 11. Numerus XVIII. legionum et classis CL. longarum navium expletur, sociique navales parantur impensis privatorum. 12. Hannibal Capuam firmat præsidiis, et cum cetero exercitu ad lacum Averni descendit per speciem sacrificandi, re ipsa ut tentet Puteolos. 13. Hoc oppidum frustra oppugnat, et inde procedit ad opprimendas Nolam Tarentumque, quarum urbium tradendarum legati a plebe missi certam ei spem fecerant. 14. Ad Beneventum Hanno ex Bruttiis et Ti. Gracchus ab Luceria accedit. Hic primo oppidum intrat, et volonibus acriter pugnaturis promittit libertatem. 15. 16. Postero die acri pugna hostes vincit, omnesque volones, quæ magna exercitus pars est, liberos esse jubet. 17. Marcellus obviam it Hannibali, ad Nolam castra moventi, et reddidisset forte ei cladem ad Cannas acceptam, si C. Claudius Nero, quem noctu circumvehi agmen hostium cum robore equitum jusserat, prælio affuisset in tempore. 18. Censura severe exercetur Romæ a M. Atilio Regulo et P. Furio Philo, inopiaque ærarii sustinetur liberalitate privatorum. 19. Casilinum ab utroque consule oppugnatur capiturque. 20. In Lucanis aliquot cohortes, a Graccho prædatum missæ in agros hostium, ab Hannone ad internecionem cæduntur. Marcellus Nolam redit, et Fabius pater vastat Samnium, filius, qui prætor est, Accuam capit. Hannibal autem frustra tentat Tarentum, quam M. Livius tuetur, et inde venit Salapiam; unde prædatum Numidas Maurosque per Sallentinum agrum proximosque Apuliæ saltus dimittit.

21. Interim Syracusis Andranodorus Insulam et arcem occupat; Theodotus contra ac Sosis omnes ad libertatem atque arma vocant. 22. Concordia restituitur libera et moderata concione Polyæni, quo auctore legati prius ad Andranodorum mittuntur, qui denuntient, ut in potestate senatus ac populi sit: isque in præsentia tempori cedit. 23. Prætores Syracusis creantur, in primis Andranodorus et interfectores tyranni, duo etiam absentes, Sopater ac Dinomenes. Hippocrates et Epicydes, Syracusas reversi, simulant quidem se redire velle ad Hannibalem, ne suspecti obversentur, tanquam rerum novandarum occasionem quærentes; sed morantur et crimina serunt in senatum optimatesque. 24. Andranodorus, a Damarata uxore instigatus, affectat tyrannidem, et rem cum Themisto, cui Harmonia Gelonis filia nupta, consociatam Aristoni cuidam tragico actori incaute aperit. Is indicium ad prætores defert, qui Andranodorum Themistumque curiam ingressos interficiunt. 25. Sopatri prætoris oratione incitata multitudo omnem regiam stirpem deleri jubet. Tum missi a prætoribus Damaratam primum et Harmoniam jugulant; 26. deinde Heracleam, Zoippi, qui tum Alexandriæ apud Ptolemæum regem erat, uxorem, cum duabus filiabus, quæ armatis aliquoties se eripiunt, tandemque, vulneribus confectæ, exanimes corruunt. Cædibus autem vix perpetratis, animi plebis repente mutantur ad misericordiam iramque, et comitia poscuntur prætoria: 27. quibus in locum Andranodori ac Themisti Epicydes et Hippocrates creantur. Per eosdem dies Marcellus, cui Sicilia provincia decreta, in eam venit, et legatos de pace mittit Syracusas. Appius

vero classem c. navium ad ostium portus Syracusani admovet. 28. Apollonides principum unus salutari oratione suadet, ut uno animo omnes Syracusani vel ad Pœnos vel ad Romanos inclinent, et cum his potius vetus renovetur fœdus, quia extemplo aut pax, aut bellum cum iis habendum. Quæ res sæpe agitur magnis certaminibus, et postremo pacem cum Romanis fieri placet. 29. Ea mox rumpitur ab Hippocrate, qui cum præsidio Leontinos missus provinciam Rom. infestat: et Marcello de perfidia querente, Epicydes et ipse in Leontinos proficiscitur, eosque abalienat a Syracusanis. 30. Hinc et Marcellus et Syracusani exercitum Leontinos ducunt. Ille primo impetu urbem expugnat; hi Herbessum contendunt, quo Hippocrates atque Epicydes perfugerant. 31. Qui tamen callidi fratres fraude et fictis nuntiis primum agmen in duces, deinde plebem ipsumque senatum Syracus. accendunt in Romanos. 32. Prætores interficiuntur, et in locum eorum creantur Hippocrates atque Epicydes. 33. Hinc Marcellus castra ad Syracusas movet, et legatis ejus cum superbo Epicydis responso remissis, terra marique simul urbs oppugnatur. 34. Quæ oppugnatio eluditur bellicis tormentis operibusque, ab Archimede inventis. 35. Itaque Marcellus obsidere urbem statuit, et vicina capit oppida, quæ ad Pœnos desciverant. Per idem vero tempus Himilco ad Heracleam Minoam exercitum 28000. hominum exponit, receptoque Agrigento castra circa Acrillas ponit; ubi decem millia Syracusanorum, duce Hippocrate noctu urbe egressa, se ei conjungunt. 36. Mox et Bomilcar cum classe in magnum Syracusarum portum, et legio Romana, Panormi exposita, ad Appium pervenit. Sed Pœni, tutum ad Syracusas et munimento et viribus hostem esse cernentes, moraque inutili ab suis inopiam aggravari sociorum, nihil audent, et Bomilcar in Africam redit, Himilco Murgantiam proficiscitur. 37. Hæc et aliæ civitates de proditione præsidiorum Rom. paciscuntur cum Pœnis; in iis et Henna, ubi L. Pinarius vir acer præsidio præest. 38. 39. Is cæsis Hennensibus oppidum aut malo aut necessario facinore retinet.

40. Bellum cum Philippo Macedonum rege movetur. M. Valerius prætor Oricum, ab eo expugnatum, recipit; et Q. Nævius Crista Apolloniam, ab eodem obsessam, liberat, Macedonibus noctu oppressis fugatisque: quo facto rex terra in Macedoniam revertitur.

41. In Hispania Scipiones adversus Magonem et Hasdrubales prospere res gerunt, et Illiturgin Bigerramque solvunt obsidione. 42. Ter vincunt Pœnos; Saguntum recipiunt, et Turdetanos redigunt in potestatem.

43. Romæ censoribus a L. Metello trib. pl. dies dicitur ad populum, consulesque creantur Ti. Sempronius Gracchus II. et Q. Fabius Max. consulis filius. 44. Dividuntur provinciæ, et prodigia procurantur. Fabius pater filio legatus ad Suessulam in castra venit, et ab eo descendere equo jubetur. 45. Eodem clam nocte pervenit Dasius Altinius Arpinus, homo dives et ambiguæ fidei, qui Arpos olim ad defectionem a Romanis traxerat, et nunc iisdem se proditurum esse promittit. Ipse ab his Cales in custodiam mittitur: Hannibal autem bona ejus possidet et conjugem liberosque vivos comburi jubet. 46. Fabius Arpos castra movet, urbemque noctu ingreditur, sonitu largioris procellæ strepitum effringentium

portam exaudiri prohibente. 47. Pugna ibi orta Arpini Hispanique milites ad Romanos transferunt signa, et impetrant ab iis, ut sine fraude Punicum emittatur præsidium. Cn. Fulvius in fidem accipit equites CXII. nobiles Campanos, qui in castra ejus super Suessulam venerant: et Sempronius Tuditanus, alter prætor, Aternum expugnat. Romæ sævit incendium.

48. Scipiones amicitiam jungunt cum Syphace, Massylorum in Numidia rege: et ex tribus eorum legatis unus, Q. Statorius centurio, apud regem remanet, ut rudem ad pedestria bella Numidarum gentem rei militaris artes doceat; duo in Hispaniam redeunt cum legatis regiis, qui et fidem accipiunt ab imperatoribus Romanis, et Numidas, magnam præsidiorum Punicorum partem, ad transitionem perliciunt. 49. Carthaginienses contra fœdus faciunt cum Gala, Massylorum in parte altera Numidiæ rege; cujus filius Masinissa Syphacem magno prælio devincit, et deinde in Maurusiis, ubi magnas ille brevi copias armaverat, ingenti gloria adversus eum gerit bellum. Scipiones Celtiberos (primum mercenarium militem, quem Romani habuere) eadem mercede, quam pacti cum Pœnis erant, ad se perducunt; et nobilissimos Hispanos supra CCC. in Italiam mittunt ad solicitandos populares, qui inter auxilia Hannibalis sunt.

1. Ut ex Campania in Bruttios reditum est, Hanno, adjutoribus et ducibus Bruttiis, Græcas urbes[a] tentavit, eo facilius in societate manentes Romana, quod Bruttios, quos et oderant, et metuebant, Carthaginiensium partis factos cernebant. Rhegium primum tentatum est, diesque aliquot ibi nequicquam absumti. Interim Locrenses[b] frumentum, lignaque, et cetera necessaria usibus, ex agris in urbem rapere, etiam ne quid relictum prædæ hostibus esset: et in dies major omnibus portis multitudo effundi. Postremo ii modo relicti in urbe erant, qui reficere muros ac portas, telaque in propugnacula congerere cogebantur. In permixtam omnium ætatium ordinumque multitudinem, et vagantem in agris magna ex parte inermem, Hamilcar Pœnus[1] equites emisit; qui, violare quenquam vetiti, tantum,

1 ' III. Mss. quamvis non optimi *Bomilcar P.* quod recte forsan recepit

NOTÆ

[a] *Græcas urbes*] Intelligit colonias Græcorum, quæ in Magna Græcia, et Bruttiorum ora, Rhegium, Locros, Crotonem, &c.

[b] *Locrenses*] Diximus Locros fuisse ubi nunc *Gierace* in ulteriore Calabriæ: hos quidem una cum Crotone ad Hannibalem jam descivisse scriptum

ut excluderent ab urbe fuga dissipatos, turmas objecere. Dux ipse, loco superiore capto, unde[2] agros urbemque posset conspicere, Bruttiorum cohortem adire muros atque evocare principes Locrensium ad colloquium jussit, et, pollicentes amicitiam Hannibalis, adhortari ad urbem tradendam. Bruttiis in colloquio nullius rei primo fides est:[a] [3] deinde ut Pœnus apparuit in collibus, et refugientes pauci aliam omnem multitudinem in potestate hostium esse afferebant; tum, metu victi, consulturos se populum responderunt. Advocataque extemplo concione, cum et levissimus quisque novas res novamque societatem mallent,[4] et, quorum propinqui extra urbem interclusi ab hostibus erant, velut obsidibus datis, pigneratos haberent animos, pauci magis taciti probarent constantem fidem, quam probatam tueri auderent; haud dubio in speciem consensu fit ad Pœnos deditio.[b] L. Atilio præfecto præsidii, quique cum eo milites Romani erant, clam in portum deductis atque impositis in naves, ut Rhegium deveherentur, Hamilcarem[5] Pœnosque ea conditione, ut fœdus extemplo æquis legibus fieret, in urbem acceperunt. Cujus rei prope non servata fides deditis est, cum Pœnus dolo dimissum Romanum incusaret; Locrenses profugisse ipsum causarentur. Insecuti etiam equites sunt, si quo casu in freto æstus morari, aut deferre naves in terram posset. Et eos quidem, quos sequebantur, non sunt adepti: alias a Messana trajicientes freto Rhegium naves conspexerunt. Milites erant Romani, a Claudio prætore missi ad obtinendam urbem

[a] *Initio Locrenses nihil credebant eorum quæ a Bruttiis per colloquium dicebantur.*

[b] *Consensu, qui, licet coactus, attamen certus et voluntarius apparebat.*

Stroth.' *Rupert.*—2 '*Superiore castra ponit, unde* Edd. ante Gronov. qui *capto* ex ingenio dedit, cum plurimi optimique Mss. *τὸ ponit* omittant.' *Stroth.*—3 *Est* desid. in Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—4 *Mallet* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

libro superiore. Verum ibi rem totam paucis in antecessum indicaverat Livius: hic velut suo loco pluribus narrat.

præsidio. Itaque Rhegio extemplo abscessum est.[c] Locrensibus jussu Hannibalis data pax, 'ut liberi suis legibus viverent: urbs pateret Pœnis, portus[c] in potestatem Locrensium[6] esset: societas eo jure staret, ut Pœnus Locrensem, Locrensisque Pœnum, pace ac bello juvaret.'

2. Sic a freto[d] Pœni reducti, frementibus Bruttiis, quod Rhegium ac Locros, quas urbes direpturos se destinaverant, intactas reliquissent. Itaque per se ipsi, conscriptis armatisque juventutis suæ quindecim millibus, ad Crotonem oppugnandum pergunt ire; Græcam et ipsam urbem, et maritimam: plurimum accessurum opibus, si in ora maris urbem portu ac mœnibus validam[7] tenuissent, credentes. Ea cura angebat, quod neque non arcessere ad auxilium Pœnos satis audebant, ne quid non pro sociis egisse viderentur;[e] et, si Pœnus rursus magis arbiter pacis, quam adjutor belli, fuisset, ne in libertatem Crotonis, sicut ante Locrorum, frustra pugnaretur. Itaque optimum visum est, ad Hannibalem mitti legatos, caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum esset. Hannibal cum præsentium eam consultationem esse[f] respondisset, et ad Hannonem eos rejecisset, ab Hannone nihil certi ablatum.[8][d] Nec enim diripi volebant nobilem atque opulentam urbem: et sperabant, cum Bruttius oppugnaret, Pœnos nec probare, nec

[c] *Ad Rhegium oppidum imposito præsidio in fide retinendum: sic Pœni statim ex agro Rhegino discesserunt.*

[d] *Siculo ac vicino tractu.*

[e] *Ne viderentur aliquid fecisse non tanquam socii.*

[f] *Id deliberandum esse ab iis qui præsentes erant; non a se, qui a Bruttiis aberat.*

—5 *Bomilcarem* Stroth.—6 '*Urbs pariter et portus in potestate Locr.* Edd. ante Gronov. Sed et hic *potestate* retinuit, pro quo Crev. faventibus optimis Mss. *potestatem* recepit.' *Stroth.* Vid. Not. Var.

7 *Si in ora maris portum ac urbem mœnibus validam* Edd. ante Drak.—8 'H. l. aptior videtur vulgata lectio *allatum*. Pro *Hannone* forte leg. *hoc*, ut illud e marg. irrepserit. Mox *et* post *oppugnaret* excidisse suspicor.' *Rupert.*—

NOTÆ

[c] *Urbs pateret Pœnis, portus, &c.*] Lectio est Gronovii ex codice Puteano. Vulgo *urbs pariter et Pœnis portus.*

[d] *Ab Hannone nihil certi ablatum* [*allatum*] Gall. *Hannon ne se declara point.*

juvare eam oppugnationem appareret, eo maturius ad se defecturos.[g] Crotone nec consilium unum inter populares, nec voluntas erat. Unus velut morbus invaserat omnes Italiæ civitates, ut plebes ab optimatibus dissentirent:[9] senatus Romanis faveret, plebs ad Pœnos rem traheret. Eam dissensionem in urbe perfuga nuntiat Bruttiis; Aristomachum esse principem plebis, tradendæque auctorem urbis: et in vasta urbe lateque omnibus disjectis mœnibus[e] raras et stationes custodiasque senatorum esse.[10] Quacumque custodiant plebis homines, ea patere aditum. Auctore ac duce perfuga, Bruttii corona cinxerunt urbem: acceptique a plebe primo impetu locos[11] omnes, præter arcem, cepere.[f] Arcem optimates tenebant, præparato jam ante ad talem casum perfugio. Eodem Aristomachus perfugit; tanquam Pœnis, non Bruttiis, auctor urbis tradendæ fuisset.

3. Urbs Croto murum in circuitu patentem duodecim millia passuum habuit, ante Pyrrhi in Italiam adventum. Post vastitatem eo bello factam vix pars dimidia habitabatur: flumen, quod medio oppido fluxerat, extra frequen-

[g] *Sperabantque Hannibal atque Hanno, fore ut Crotoniatæ promtius ad Pœnorum partes accederent, si eos hinc impugnarent Bruttii, inde constaret Pœnos nec approbare nec adjuvare oppugnationem a Bruttiis cœptam.*

9 *Dissentiret* Grut. Gronov. all.—10 'Ita pro vulg. *partitas stationes c. s. ac plebis esse* ex emend. Gron. recepit Drak. quia pro *partitas* in Ms. Pet. *paraset*, et in pluribus aliis *parasset* legitur, verba autem *ac plebis* ab optimis membranis absunt, et satis intelligitur, ubi deficiant senatores, ibi plebem excubias egisse, præsertim cum subjungatur: *quacumque* (parte) *custodiant plebis homines* mœnia.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—11 'Nescit liber optimus *locos*. Nesciunt et Voss. tresque Pall. Sed ex his unus *omnia*. Vossianus inter versus suprascriptum habet *omnem*, quod videtur verum, ut intelligas, urbem.' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[e] *Lateque omnibus disjectis mœnibus*] Conjicit Gronovius ex Puteano et Vossiano fuisse scriptum: *in vasta urbe, laxaque omnibus disjectis mœnibus raras stationes custodiasque Senatorum esse.*

[f] *Locos omnes, præter arcem, cepere*] Optimi libri nesciunt *locos*, sed unus pro *omnes* habet *omnia*: alius superscriptum inter versus habet *omnem*, nempe urbem.

tia tectis loca præterfluebat; et arx[12 g] procul iis, quæ habitabantur. Sex millia aberat[h] ab urbe nobile templum (ipsa urbe erat nobilius)[13] Laciniæ Junonis, sanctum omnibus circa populis. Lucus ibi, frequenti sylva et proceris abietis arboribus septus, læta in medio pascua habuit, ubi omnis generis sacrum Deæ pascebatur pecus sine ullo pastore; separatimque egressi cujusque generis greges[14] nocte remeabant ad stabula, nunquam insidiis ferarum, non fraude violati hominum. Magni igitur fructus ex eo pecore capti, columnaque inde aurea solida facta et sacrata est: inclytumque templum, divitiis etiam, non tantum sanctitate, fuit. Ac miracula aliqua affingunt, ut plerumque[15] tam insignibus locis. Fama est, aram esse in vestibulo templi, cujus cinerem nullus unquam moveat ventus.[16 i]

12 ' *Et arx* e conj. Salmas. In Ms. Put. *et aros*, quod ortum ex *arcs*, et cui voci manus alia superius addidit *g*; unde *et agros* plerique Mss. In Edd. ante Gronov. *muros* ex emend. Vallæ. Pro *extra* vel pro *et arx* suspicari possis *Æsarus*.' Rupert. Vid. Not. Var.—13 *Sex millia aberat ab urbe nobile templum, ipsa urbe nobilius*, vulgo legitur: sed omnes Mss. verbum *erat* post *urbe* adjiciunt. *S. millia a. a. u. nobili t. (ipsa u. erat n.) L.* dant Drak. Stroth. et Kreyssig. ' Lectio, *nobile templum*, orationi accommodatior videtur.' *Doering*. Vid. Not. Var.—14 ' Liber optimus ignorat *greges*, ut et qui bonitate illi proximi: sic autem illi: *separatimque egressui cujusque generis nocte*. Scribe *separatique greges sui quique generis nocte remeabant*.' J. F. Gronov.—15 ' Ita pro vulg. *affinguntur plerumque* substitui ex emend. Freinsh. et Jac. Gronov. qui etiam in dubium traxit verba seqq. *Fama est*.' Rupert.—16 ' *Cujus cinerem nullo unquam moveri vento* Gron. Crev. Drak. ex conjectura Gronovii, haud admodum necessaria. In vulgatum conspirant reliqui Edd. et Mss. fere omnes, nisi quod in his sit *movet*, et in uno *nullo unquam move ventos*,

NOTÆ

g *Præterfluebat; et arx*] Valla *præterfluebat muros:* scripti fere *præterfluebat et agros*. Puteanus habuit *præterfluebat et aros*, superscripto altera manu τῷ *g*, ut esset, *et garos*. Non abs re conjiciebat Gronov. legendum *Æsaros*, pro *et agros:* est enim Æsarus nomen amnis qui ad Crotonem influit in mare Ionium, testibus Strabone, Dionysio Afro, et Theocriti Scholiaste; qui amnis nomen adhuc retinet, et vulgo dicitur *Esaro*. Ipse tamen Gronov. veriorem putat Salmasii conjecturam, rejectis non immerito ceteris scripturis, legentis, *extra frequentia tectis loca præterfluebat: et arx procul iis quæ habitabantur;* scriptum enim fuerat *et arcs:* inde factum corrupte *et aros*.

h *Sex millia aberat*] Verior videtur hæc distantia Laciniæ Junonis a Crotone, ea quam designat Strabo, qui centum quinquaginta stadia numerat, hoc est, prope novemdecim millia passuum. De eo templo supra.

i *Nullus unquam moveat ventus*] Mavult Gronov. *nullo unquam moveri vento:* qua lectione quod sit operæ pre-

Sed arx Crotonis, una parte imminens mari,[17] altera, vergente in agrum, situ tantum naturali quondam munita, postea et muro cincta est, qua per aversas rupes ab Dionysio,[17] Siciliæ tyranno, per dolum fuerat capta. Eam tum arcem, satis, ut videbatur, tutam,[18] Crotoniatum optimates tenebant, circumsedente cum Bruttiis eos etiam plebe sua. Postremo Bruttii, cum suis viribus inexpugnabilem viderent arcem, coacti necessitate, Hannonis auxilium implorant. Is, conditionibus ad deditionem compellere Crotoniatas conatus, ut coloniam Bruttiorum eo deduci, antiquamque frequentiam[19] recipere[k] vastam ac desertam bellis urbem paterentur, omnium neminem, præter Aristomachum, movit. Morituros se affirmabant citius, quam, immixti Bruttiis, in alienos ritus, mores, legesque, ac mox linguam etiam verterentur. Aristomachus unus, quando nec suadendo ad deditionem satis valebat, nec, sicut urbem prodiderat, locum prodendæ arcis inveniebat, transfugit ad Hannonem. Locrenses brevi post legati, cum permissu Hannonis arcem intrassent, persuadent, ut traduci se in Loros paterentur, nec ultima experiri vellent. Jam hoc ut sibi liceret, impetraverant et ab Hannibale, missis ad ipsum[20] legatis. Ita Crotonem excessum est, deductique Crotoniatæ ad mare naves conscendunt. Locros omnis multitudo abeunt.[l] In Apulia ne hyems quidem quieta

unde Gronovius suum effecit.' *Stroth.*—17 *Una parte imminens mari* plerique Mss. et Edd. antt. *imminet* al. *imminente* malebat Doering.—18 Mss. plerique, *ea tum arce . . . tuta.* Vid. Not. Var.—19 ' Post *frequentiam* Mss. inserunt *eo*, et Edd. omnes præter Stroth. *eorum.* Illud perperam repetitum videtur, hoc a Latinitate abhorret. Neutrum vero extat in uno cod. quem cum Stroth. secutus sum. *frequentiam suam* conj. Gron. et Doering. Malim

NOTÆ

tium haudquaquam video. Rem confirmat Plinius lib. II. cap. 107. ' In Laciniæ Junonis ara sub Dio sita cinerem immobilem esse proflantibus undique procellis.'

[k] *Antiquamque frequentiam* [*eorum*] *recipere*] Recte notat Gronov. nihil ad rem facere τὸ *eorum*, nisi scilicet aliquid addatur: plana res erit, si dixeris *eorum ope*, nempe Bruttiorum; quod malim quam quod scripti nonnulli, *eo recipere.*

[l] *Locros omnis multitudo abeunt*] Intelligo multitudinem optimarum, qui cum suis in arcem confugerant: nam plebs, quæ revera multitudo erat, Bruttios acceperat. Cur autem a Locrensibus vocati fuerint et in ur-

inter Romanos atque Hannibalem erat. Luceriæ Sempronius consul, Hannibal haud procul Arpis hybernabat. Inter eos levia prælia ex occasione, aut opportunitate hujus aut illius partis, oriebantur: meliorque eis Romanus, et in dies cautior tutiorque ab insidiis fiebat.[h]

4. In Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis, regnumque ad Hieronymum nepotem ejus[m] translatum. Puerum, vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum,[i] et ætas et ingenium[1 n] et tutores atque amici præcipitandum in omnia vitia acceperunt. Quæ ita futura cernens Hiero ultima senecta voluisse dicitur liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret regnum. Huic consilio ejus summa ope obstitere[2] filiæ, nomen regium

[h] *Et Romani milites per ea leviora prælia fortiores evadebant et cautiores.*

[i] *Qui non solum dominatu, sed et libere agendi potestate non videbatur moderate usurus.*

mox recipere.' Rupert.—20 ' In Edd. ante Gronov. *ad id ipsum* (hoc ipso consilio, ut sibi hoc liceret) *tum* prob. Doering. In Ms. Put. *attipeum*, in reliquis *ad id ipsum*, et *ad id ipsum cum*, et *ad ipsum cum:* unde *ad ipsum eum* edidit Stroth. Mox *Crotonem excessum est* optimi Mss. non *Crotone.*' Rupert.

1 ' Hæc edidi, quæ proxime accedunt ad lectionem optimi cod. Put. *laturum æetas it ingenium et tutores* cet. Manus secunda inter extremas literas vocis *æetas* immittendum supra posuerat *te:* unde Pet. *ætates in ingenium*, Flor. *ætate sit ing.* et reliqui *ætatis in* vel *id ingenium:* nullus vero *læte id ing.* quod omnes fere edd. exhibent. Mutavi etiam vulgarem interpunct. *translatum: puerum ... laturum. Læte id ingenium ... acceperunt: quæ ita* cet. ac delevi τὸ *ad*, quod vulgo ante *præcipitandum* legitur, et a Mss. notæ melioris abest. *Lætati id ingenium* conj. Valla. *Ea ætas, id ingenium: et tutores* Salmas. *Eam ætatem, id ingenium* Ern. *Hac ætate id ing.* Ruben. *modice laturæ ætatis. Id ingenium et tutores* Gron. *Id ætatis ingenium*, vel *Immaturæ ætatis id ing.* vel, quod recepit, *Ea ætate id ing.* Stroth. *Id ætatis et ingenii Hieronymum tutores atque amici præc.* Doer. Ceterum ad hoc et seqq. capita conf.

NOTÆ

bem suam asciti Crotoniatæ, ratio fuit communis ex Græcia origo. Nam hi Locri Epizephyrii colonia fuere Locrorum Ozolarum qui Crisseum accolunt sinum, deducta ab Evanthe, non multo post Crotonem a Lacedæmoniis conditam. Croton autem a Micyllo Lacedæmoniis posita est.

[m] *Ad Hieronymum nepotem ejus*] Natus erat ex Gelone, qui ante Hieronem patrem obierat.

[n] *Et ætas et ingenium* [*læte id ingenium*] Plures codices habent *laturum ætatis id ingenium:* quod non cohæret. Unde Laur. Valla conjecerat *laturum. Lætati id ingenium, &c.* Aliter Salmas. et Ruben. Gronov. vero *laturæ ætatis. Id ingenium.* Et proxime ad scripturam veterem: sed ætas puerilis notata jam fuerat.

penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se virosque suos, Andranodorum et Zoippum:[3] [o] nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesimum jam agenti annum, circumsesso dies noctesque muliebribus blanditiis, liberare animum, et convertere ad publicam privata[4] curam.[p] Itaque tutores modo quindecim[5] puero reliquit: quos precatus est moriens, ut fidem erga populum Romanum,[q] quinquaginta annos ab se cultam, inviolatam servarent, juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent disciplinæque, in qua[r] edoctus[6] [s] esset. Hæc mandata. Cum expirasset, per tutores testamento prolato[7] pueroque in concionem producto, (erat autem quindecim tunc ferme annorum,) paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant, approbantibus testamentum, ceteris velut patre amisso in orba civitate omnia timentibus, funus fit regium, magis amore civium et caritate, quam cura suorum, celebre. Deinde ceteros[8] tutores summovet

omnino Polyb. VII. 2-9.' *Rupert.*—2 Al. *obsistere.*—3 Mss. et Edd. ante Gronov. *Zoilum.*—4 *Privatamque* Edd. ante Gronov. *a privata* conjiciunt Stroth. et Bauer.—5 *Tutores numero quindecim* Edd. ante Crevier.—6 *Eductus* probat Bauer, sed *in* quoque deleri velit.—7 *Post hæc mandata cum expirasset, tutores prodeunt. Testamento prolato* cet. Edd. ante Drak. Sed voces *post* et

NOTÆ

[o] *Andranodorum et Zoippum*] Ita legendum ex Polybio, non *Andronodorum et Zoilum*, ut vulgo scribebatur: et *Andranodorus*, pro *Adranodoro*, litera *n* euphoniæ causa interjecta, dictus videtur Gronovio; qui monet Adranum fuisse proprium Adranitarum in Sicilia oppidi Deum, ex Æliano de animalibus XI. 20.

[p] *Convertere ad publicam privata* [*privatamque*] *curam*] In optimis scriptum est *convertere ad publicam privata curam:* unde melior sententia: est enim, res privatas et statum domus suæ accommodare, ac traducere ad reip. utilitatem.

[q] *Fidem erga populum Romanum*] Hieronis cum Romanis fœdus initum est anno 2. primi belli Punici, U. C. 490. M. Valerio et M. Otacilio consulibus: a quo tempore nunc annus currebat quadragesimus nonus.

[r] *Disciplinæque, in qua, &c.*] Recte hic notat Gronovius disciplinam non pro doctrina sumi, sed pro vivendi ratione et instituto. Ita Noster lib. I. c. 18. de Numa 'disciplina tetrica ac tristi veterum Sabinorum.' Cic. quoque v. Verr. dixit 'erudire aliquem ad civitatis disciplinam: et non degenerare a disciplina patris.'

[s] *In qua edoctus*] Melius ut Gronovii et Tan. Fabri, ita meo quoque judicio *eductus*, id est, educatus.

Andranodorus, juvenem jam esse dictitans[t] Hieronymum ac regni potentem : deponendoque tutelam ipse, quæ [9] cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires convertit.

5. Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tantæ caritati Hieronis.[k] [10] Verum enim vero Hieronymus, velut suis vitiis desiderabilem[u] efficere vellet avum,[l] primo statim conspectu, omnia quam disparia essent, ostendit. Nam qui per tot annos Hieronem filiumque ejus Gelonem nec vestis habitu, nec alio ullo insigni, differentes a ceteris civibus vidissent, conspexere purpuram ac diadema ac satellites armatos, quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia procedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumque convenientes sequebantur[x] contemtus omnium hominum, superbæ aures,[11]

[k] *Quisquis succederet Hieroni, adeo caro Syracusanis.*

[l] *Quasi efficere vellet ut propter ipsius vitia magis ac magis desideraretur Hiero avus, ejusque virtutes.*

cum a plerisque Mss. absunt.—8 *Brevi deinde ceteros* Kreyssigius.—9 *Tutelam, quæ ipsi* Gronov. Doujat. Vid. Not. Var.

10 ' *Succedendi tanta caritate Hieronis* Edd. a Sigon. ad Gronov. *Succedenti tanta caritate Hieronis* Edd. a Mogunt. ad Sigon. *Succedenti tanta caritate Hieroni* Edd. vett. quod ferri potest.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—11 ' *Convenientes* (et congruæ ei res) *sequebantur, contemtus, aures* cet. ut xxx. 34. 1. nisi malis *convenienter ;* Gron. *convenientia* bene conj. Valla, sed male *comites* Jac. Gronov. Quidam libri, nec tamen meliores, post *sequebantur* addunt *mores.*' Ru-

NOTÆ

[t] *Juvenem jam esse dictitans*] Adolescens proprie vocatur qui annos tantum quindecim natus est : *juvenis* autem non censetur nisi major viginti quinque annis. Sed Andranodorus, ut causæ faveret, Hieronymum juvenem appellabat, ut censeretur ad regnandum idoneus, sive regni potens, ut Noster loquitur : et apud Romanos anno decimo quarto completo finiebatur tutela.

[u] *Suis vitiis desiderabilem*] Id apud Tacit. Augusto a quibusdam attributum, ut Tiberium non caritate aut reip. cura successorem asciret ; sed quoniam arrogantiam sævitiamque ejus introspexerit, comparatione deterrima sibi gloriam quæsivisse.

[x] *Convenientes sequebantur*] Contemtus nempe omnium hominum, superbæ aures, &c. quæ res conveniebant superbo cultui, eumque comitabantur. Valla mavult *convenientia*, Gronov. *convenienter :* facilius esset, si manuscripti faverent, *convenientes sequebantur mores.*

contumeliosa dicta, rari aditus,[y] non alienis modo, sed tutoribus etiam,[12] libidines novæ, inhumana crudelitas. Itaque tantus omnes terror invaserat, ut quidam ex tutoribus aut morte voluntaria aut fuga præverterent metum suppliciorum. Tres ex iis, quibus solis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus et Zoippus, generi Hieronis, et Thraso quidam, de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur: tendendo autem duo ad Carthaginienses, Thraso ad societatem Romanam, certamine ac studiis interdum in se convertebant animum adolescentis: cum conjuratio,[13] in tyranni caput facta, indicatur per Calonem [14] quendam, æqualem Hieronymi, et jam inde a puero in omnia familiaria jura assuetum.[15] Index unum ex conjuratis Theodotum,[16] a quo ipse appellatus erat, nominare potuit. Qui comprehensus extemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat. Postremo, cum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus laceraretur, victum malis se simulans, avertit ab consciis in insontes indicium, Thrasonem esse auctorem consilii[z] mentitus, nec, nisi tam potenti duce confisos, rem tantam ausuros. Ab latere inde eos nominat tyranni,[17][a] quorum capita vilissima fingenti

pert.—12 *Dicta, aditus, non al. m. sed tut. etiam difficiles* Edd. ante Gronov.—13 Put. Pet. Voss. *convertebant animum adolescentium conjuratio. Τὸ cum* abest etiam ab Edd. ante Gronov.—14 '*Calonem* parva initiali Edd. omnes. Forsan vera est Coetierii conjectura *Gelonem.*' Stroth. *Callonem* dat Kreyssigius. —15 Ern. et Ruhnken. ad Vellei. II. 29. conj. *assumtum;* et Bauer *familiaritatis* et *assertum* vel *ascitum.*—16 'Ita optimi Mss. *Theodorum* Edd. ante Gronov. et Valer. Max. III. 3. ext. 5. qui conferendus est h. l.' *Rupert.*—17 *Ab latere inde eos nominat tyranni* Edd. ante Gronov. qui edidit: *indicium* (*Thrasonem . . . ausuros*) *ab latere tyranni* ejectis verbis *inde eos nominat* quæ a Mss.

NOTÆ

[y] *Rari aditus*] Illud *rari* recte conjicit Gronov. ex Put. ubi *contumeliosa dictari aditus, non alienis, &c.* Hinc fecit *contumeliosa dicta, rari aditus.* Atque ita inutile erit adituum novum epitheton *difficiles*, quod boni libri respuunt.

[z] *Thrasonem esse auctorem consilii*] Hunc adulatorem fuisse Hieronymi et Carcharum cognominatum scribit Athenæus; additque de medio sublatum fuisse artificio alterius adulatoris, qui nomine Osis. Gronov. opinatur Sosin, eundemque, qui postea Livio nominatur inter conjuratos, a quibus occisus Hieronymus.

[a] *Rem tantam ausuros. Ab latere inde eos nominat tyranni* [*Ab latere*

inter dolores gemitusque occurrere.[b] Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus fecit. Ita extemplo traditur [18] ad supplicium: adjectique pœnæ ceteri juxta insontes.[m] Consciorum nemo, cum diu socius consilii torqueretur, aut latuit, aut fugit. Tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit: tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda.

6. Ita, quod unum vinculum [19] cum Romanis societatis erat, Thrasone sublato e medio,[n] extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat; legatique ad Hannibalem missi,[c] ac remissi ab eo cum Hannibale, nobili adolescente,[d] Hip-

[m] *Reliqui æque innoxii additi sunt Thrasoni, et supplicio pariter addicti.*

[n] *Mortuo Thrasone, cujus solius opera velut vinculo quodam cohærebat societas Syracusanorum cum Romanis.*

absunt. ' Tria hæc verba *inde eos nominat* absunt ab Edd. recentt. inde a Gron. et omnibus quos novimus Mss. Cum autem non ex conjectura Vallæ, ut alia, sint, credique fas sit Editiones principes ea ex Mss. hausisse, denique sententia vix stare possit, verborumque sine his constructio impeditissima sit, ea servavi.' *Stroth.*—18 Conj. Bauer *trahitur.*

19 *Itaque quod omne vinculum* Gronov. *Itaque* etiam in Edd. ante Gronov.

NOTÆ

tyranni] Quemadmodum a pedibus alieni esse dicuntur pedissequi, et a secretis quibus secreta negotia committuntur; ita *a latere* dicuntur, qui principibus familiares eorumve satellites. Vulgo hic editum est, *ab latere inde eos nominat tyranni.* Sed verba *inde eos nominat* absunt a plerisque libris. Et interposita parenthesi (a voce *indicium* ad *ausuros*) intelligi potest Theodotus indicium a conjuratis avertisse ad insontes, qui erant ab latere tyranni, et quos perinde ac tyrannum oderat qui torquebatur. Verum et citra parenthesim, sic explicabitur hic locus, si dicamus, inter eos quos e numero domesticorum tyranni, Theodotus fingebat conjurasse, et quorum nomina tanquam vilissimorum capitum ei occurrebant inter tormenta, maxime motum esse tyrannum ut verum crederet torti indicium, ubi Thrasonem nominari audivit.

[b] *Quorum capita vilissima . . . occurrere*] Non dicit hos homines vilissimæ revera conditionis fuisse, sed vilissima habita fuisse innuit indici ex odio tyranni vitiorumque, quibus ipsum imbuebant.

[c] *Legatique ad Hannibalem missi*] Hi legati, ab Hieronymo ad Hannibalem missi, fuere Polyclitus Cyrenæus et Philodemus Argivus: qui ambo memorantur a Liv. lib. xxv. c. 25.

[d] *Cum Hannibale, nobili adolescente*] Hi non ab Hieronymo ad Hannibalem missi, ut censuere Glar. et Sigon. sed quemadmodum recte Gronov. observat, ab Hannibale missi ad Hieronymum, quod ex Polybio patet.

pocrates[20] et Epicydes, nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis, exule avo, Pœni ipsi materno genere. Per hos juncta societas Hannibali ac Syracusano tyranno:[o] nec invito Hannibale apud tyrannum manserunt.[1] Ap. Claudius prætor, cujus Sicilia provincia erat, ubi ea accepit, extemplo legatos ad Hieronymum misit: qui, cum sese ad renovandam societatem, quæ cum avo fuisset, venisse dicerent, per ludibrium auditi dimissique sunt ab quærente per jocum Hieronymo, 'quæ fortuna eis pugnæ ad Cannas fuisset? vix credibilia enim legatos Hannibalis narrare. Velle, quid veri sit, scire, ut ex eo, utram spem sequatur,[p] consilium capiat.' Romani, 'cum serio legationes audire cœpisset, redituros se ad eum' dicentes 'esse,' monito magis eo, quam rogato, ne fidem temere mutaret, proficiscuntur. Hieronymus legatos Carthaginem misit ad fœdus ex societate cum Hannibale faciendum. Pacto convenit, ut, cum Romanos Sicilia expulissent, (id autem brevi fore, si naves atque exercitum misissent,) Himera amnis,[e] qui

[o] *Ab Hannibale ac tyranno Syracusano initum fœdus.*
[p] *Ut deliberet quorum adhæreat societati, Romanorum ac Pœnorum.*

est.—20 'Cum Hippocratis et Epicydis sæpius, sed nobilis adolescentis Hannibalis nusquam alibi a Nostro mentio fiat; fuerunt, qui hunc locum suspectum haberent, eumque ita emendandum censerent: *ac remissi ab eodem Hannibale nobiles adolescentes Hippocrates* cett. Sed causa hujus de eo silentii haud dubie est, quod hic redux ab hac legatione ad Carthaginienses factus nihil amplius memoratu dignum fecerit; illi vero, cum apud tyrannum Syracusanum remansissent, res omnino commemorandas ibi designaverint.' *Doering.* Vid. Not. Var.—1 'Forte leg. *nec invito illo apud hunc m.*' Rupert.—

NOTÆ

Hannibal autem hic Carthaginiensis tunc trierarchus erat, tam origine quam natalibus Carthaginiensis.

[e] *Himera amnis*] Duo sunt hoc nomine in Sicilia fluvii, quorum minor in Aquilonem et mare Tyrrhenum fluit juxta oppidum ejusdem nominis, vulgo nunc *Termini:* major in meridiem mare Libycum flexo cursu subit. Hic omnium totius Siciliæ maximus, vulgo nunc accolis vocatur *Salsi* ab ipsa re: est enim salso sapore sive amaro. Per octoginta millia mediam fere Siciliam ita dividit, ut altera pars versus occasum ad Lilybæum promontorium: altera ad Pachynum et Pelorum, ad ortum pertineat. Ambo hi fluvii ex montis ejusdem Nebrodis diversis jugis oriuntur. Solinus, Mela, aliique unum faciunt, qui in diversa decurrat.

ferme insulam dividit, finis regni Syracusani ac Punici imperii esset. Aliam deinde, inflatus assentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis, materni avi,[f] jubebant meminisse, legationem misit, qua[2] æquum[g] censebat, Sicilia sibi omni cedi: Italiæ imperium proprium quæri Carthaginiensi populo. Hanc levitatem ac jactationem animi neque mirabantur in juvene furioso, neque arguebant, dummodo averterent eum ab Romanis.

7. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium fuerunt. Nam cum, præmissis Hippocrate atque Epicyde cum binis millibus armatorum ad tentandas urbes, quæ præsidiis tenebantur Romanis, et ipse in Leontinos[h] cum cetero omni exercitu (erant autem ad quindecim millia peditum equitumque) profectus esset; liberas ædes conjurati (et omnes forte militabant) imminentes viæ angustæ, qua descendere ad forum[i] rex solebat, sumserunt. Ibi, cum instructi armatique ceteri transitum[3] expectantes starent, uni ex eis,[q] (Dinomeni[4] fuit nomen,) quia custos corporis erat, partes datæ sunt, ut, cum appropinquaret januæ rex, per causam aliquam in angustiis sustineret ab tergo agmen. Ita, ut convenerat, factum est. Tanquam laxaret elatum pedem ab stricto[5] nodo,[k] moratus turbam Dinomenes, tantum inter-

[q] *Mandatum est uni eorum, datumque negotium, ut.*

2 *Quia* Edd. a Bas. 1539. ad Crevier. mox *Siciliam sibi omnem* Edd. ante Gronov.

3 Conj. Ern. *transeuntem.*—4 *Indigemini* Edd. ante Gronov.—5 Al. *abstricto.*

NOTÆ

[f] *Materni avi*] Ex Lanassa Agathoclis Siciliæ tyranni filia, Pyrrhus Epiri rex Nereidem susceperat, ex qua natus Hieronymus.

[g] *Qua* [*quia*] *æquum, &c.*] Num potius *qua?* legatione.

[h] *In Leontinos*] Apud Ptolemæum *Leontium* vocatur urbs Siciliæ quondam celeberrima, quæ ceteris *Leontini*, communi oppidi et incolarum nomine, quod adhuc paulum detortum manet; dicuntur enim *Lentini:* medio fere spatio inter Syracusas et Cataniam, in eadem orientali Siciliæ ora, eaque parte insulæ, quæ nunc *Val di Noto* appellatur. Patria fuit Gorgiæ Leontini, qui primus extemporalem eloquentiam professus est.

[i] *Ad forum*] Apud Leontinos.

[k] *Tanquam laxaret elatum pedem ab stricto nodo*] Veterum calcei, superiori parte aperti, ligulis seu vinculis

valli fecit, ut, cum in prætereuntem sine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quam succurri posset. Clamore et tumultu audito, in Dinomenem, jam haud dubie obstantem, tela conjiciuntur: inter quæ tamen,[6] duobus acceptis vulneribus, evasit. Fuga satellitum, ut jacentem videre regem, facta est. Interfectores pars in forum ad multitudinem[7] lætam libertate, pars Syracusas pergunt, ad præoccupanda Andranodori regiorumque aliorum consilia. Incerto rerum statu, Ap. Claudius, bellum oriens ex propinquo cum cerneret, senatum literis certiorem fecit, Siciliam Carthaginiensi populo et Hannibali conciliari. Ipse adversus Syracusana consilia, provinciam regnique fines[l] omnia convertit præsidia.[8] Exitu anni ejus Q. Fabius ex auctoritate senatus Puteolos,[m] per bellum cœptum frequentari emporium, communiit præsidiumque imposuit. Inde Romam comitiorum causa veniens in eum, quem primum diem comitialem habuit, comitia edixit; atque ex itinere præter Urbem[n] in campum descendit. Eo die cum sors prærogativæ Aniensi juniorum[9][o] exisset, eaque T. Otacilium, M. Æmilium Re-

—6 Put. Pet. Voss. *in quæ tamen. Per quæ t.* Edd. ante Drak.—7 *In multitudinem* Edd. ante Ald. et Mss. multi.—8 ' *Provinciam regnique fines omnia convertit præsidia* verba haud dubie corrupta. *Ad provinciæ regnique* cet. conj. Pigh. *provinciam firmat ad regnique* Stroth. *provinciam* (h. e. eam Siciliæ partem, quæ in ditione Romanorum fuit) *regnique fines omni confirmat præsidio,*

NOTÆ

astringebantur: hinc Dinomenes finxit arctius ligatum pedem, quem ut aptaret, tollendus in altum fuit.

[l] *Provinciam regnique fines*] Emendat non abs re Pighius *ad provinciæ regnique fines:* id est, ad confinia regni Syracusani, et provinciæ quam in Sicilia Romani habebant.

[m] *Puteolos*] Loci nomen, Græci Δικαιαρχίαν dixere: antiquitus navale Cumanorum fuit in supercilio littoris exstructum: hoc tempore a Romanis frequentari cœptum, qui *Puteolos* vocarunt, vel a *puteis*, vel a *putore*. Situs fuit ultra Misenum promontorium et lacus Lucrinum atque Avernum, Baias inter et Neapolim, ad mare Tyrrhenum. Hodie *Pozzuolo* appellatur in terra Laboris.

[n] *Ex itinere præter Urbem*] Igitur urbem non est ingressus, sed per pomœrium exterius in Campum Martium venit, qui adhuc extra pomœrium. Illud *ex itinere* est a correctione Laur. Vallæ, cum antea scriptum esset, *atque edixit inire.*

[o] *Prærogativæ Aniensi juniorum*] Vulgo legitur *prærogativæ ante junio-*

gillum consules diceret, tum Q. Fabius, silentio facto, tali oratione est usus :

8. ' Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiæ laxior locus[10] esset,[p] qui vestris studiis, quæ in campum ad mandandos, quibus velitis, honores affertis, moram ullam offerret,[11] is mihi parum meminisse videretur vestræ libertatis. Sed cum in hoc bello, in hoc hoste, nunquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit, eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet, et sibi sic quemque dicere : Hannibali imperatori parem consulem nomino. Hoc anno ad Capuam Jubellio Taureæ Campano summo equiti provocanti summus Romanus eques Asellus Claudius est oppositus.[12] Adversus Gallum, quondam provocantem in ponte Anienis T. Manlium, fidentem et animo et viribus, misere majores nostri. Ob[13] eandem causam haud multis annis post fuisse non negaverim, cur M. Valerio non diffideretur, adversus similiter provocantem arma capienti Gallum ad certamen.

(ut ap. Cic. de l. Agr. I. 5.) Doering.' *Rupert.*—9 In Edd. ante Gronov. legitur *ante juniorum.* Vid. Not. Var.

10 *Negligentiæ aut errori locus* Edd. ante Gronov. Vid. Not. Var.—11 ' *Moram ullam offerret :* ita, an *afferret,* legas, decerni vix potest, ut ap. Ovid. Fast. IV. 143. *apposita,* an *opposita.*' Bauer. ' Sed h. l. præferendum *offerret* ob præc. *affertis.*' Rupert.—12 Al. *Claudius oppositus.*—13 ' Vel delendum τὸ *ob,* vel, quia omnes codd. id servant, *factum* ante *fuisse* excidit.' *Doering.*—

NOTÆ

rum : in manuscriptis est *antesiludiorum :* præclare correxit Gronovius, qui hac de re late disserit IV. Observat. cap. 1. Sorte educi solitæ tribus centuriæque, quæ primæ in suffragia mitterentur : et prærogativa tribus dicebatur, cujus sors prima exierat ; interque ejus centurias altera sortitione ducebatur, quæ prærogativa esset, id est, quæ primo loco rogaretur, ut jam observatum est. Ceterum tribus Aniensis ab Aniene fluvio dicta, numero trigesima secunda, prioribus addita est anno 455. ut est apud Livium lib. X.

p *In quo negligentiæ laxior* [*aut errori*] *locus esset*] Hanc receptam lectionem approbant quæ sequuntur, ' nunquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit,' quicquid Gronov. ex quibusdam scriptis reponendum censeat, *negligentiæ laxior locus esset ;* quid enim hic sit *locus laxior,* non satis perspicio : forte tolerabilius esset, *negligentiæ laxiori.*

Quemadmodum pedites equitesque optamus, ut validiores, si minus, ut pares hosti habeamus: ita duci hostium parem imperatorem quæramus. Cum, qui est summus in civitate dux, eum legerimus; tamen[14] repente lectus, in annum creatus, adversus veterem ac perpetuum imperatorem comparabitur, nullis neque temporis, neque juris inclusum angustiis, quo minus ita omnia gerat administretque, ut tempora postulabunt belli.[15] Nobis autem in apparatu ipso, ac tantum inchoantibus[16] res, annus circumagitur. Quoniam, quales viros creare vos consules deceat, satis est dictum; restat ut pauca de eis, in quos prærogativæ favor inclinavit,[r] dicam. M. Æmilius Regillus flamen est Quirinalis, quem neque mittere ab sacris,[q] neque retinere possumus, ut non Deum aut belli deseramus curam. Otacilius sororis meæ filiam uxorem atque ex ea liberos habet.[17] Ceterum non ea vestra in me majoresque meos merita sunt,[s] ut non potiorem privatis necessitudinibus rem publicam habeam. Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi sæva orta tempestas est ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro et gubernatore opus est. Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis[r] summersi pæne sumus. Itaque, quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum ac præcavendum vobis[18] est. In minore te experti, T. Otacili, re sumus.[19] Haud sane, cur ad majora tibi fidamus, docu-

[r] *Quibus faverunt suffragia centuriæ primum sorte ductæ.*
[s] *Non tam exigua sunt beneficia quæ vos in me ac majores meos contulistis.*

14 *Tum* Edd. ante Gronov.—15 Vet. lib. apud Sigon. *ut belli tempora postulabant.*—16 '*Ac tantum inchoantibus res.* Suspicor fuisse, *ac tantum non inchoantibus,* etsi potest illud ferri.' *J. F. Gronov.*—17 Pighius corrigit *Otacili,* et *habes.*—18 Al. *nobis.*—19 *In minore re experti T. Ot. operam tuam sumus*

NOTÆ

[q] *Quem neque mittere ab sacris*] Flamines adeo astricti erant sacris, ut ab urbe abnoctare ipsis vetitum esset, saltem diali, ut vidimus lib. v. cap. 56.

[r] *Jam aliquot procellis*] Metaphora a mari ad rempub. ducta: intelliguntur autem pugnæ ad Trasimenum et Cannas.

menti quicquam dedisti. Classem hoc anno, cui tu præfuisti, trium rerum causa paravimus: ut Africæ oram popularetur; ut tuta nobis Italiæ littora essent; ante omnia, ne supplementum cum stipendio commeatuque ab Carthagine Hannibali transportaretur. Create consulem T. Otacilium, non dico, si omnia hæc, sed si aliquid eorum rei publicæ præstitit. Sin autem, te classem obtinente, etiam, velut pacato mari, quælibet Hannibali tuta atque integra ab domo venerunt; si ora Italiæ infestior hoc anno, quam Africæ, fuit: quid dicere potes, cur te potissimum ducem Hannibali hosti opponant? [20 s] Si consul esses, dictatorem dicendum exemplo majorum nostrorum censeremus. Nec tu id indignari posses, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi, quam te. Magis nullius interest, quam tua, T. Otacili, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas. Ego magnopere suadeo, eodem animo, quo, si [1] stantibus vobis in aciem [2] armatis repente delegendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creetis: quibus sacramento liberi vestri [3] dicant, ad quorum edictum conveniant, sub quorum tutela atque cura militent. Lacus Trasimenus et Cannæ tristia ad recordationem exempla, sed ad præcavendum simile utili [4] documento sunt. Præco, Aniensem juniorum in suffragium revoca.' [t]

Edd. ante Gronov.—20 '*Hosti opponant* sc. cives, populus. Sed malim *opponamus* et deinde *censerem* cum Gron.' *Rupert.* '*Opponamus* Gron. ex conj. Salmasii haud necessaria.' *Stroth.*—1 'Forte del. *si*, aut leg. *quasi*.' Bauer.—2 *In acie* Vet. lib. ap. Sigon.—3 Olim legebatur, *quibus sacramenta liberi nostri*.—4 '*Utiles* XVII. Mss. et omnes Edd. ante Crev. *at* vel *et* plerique Mss. et Edd. ante Gron. *utilia documenta* VII. Mss. et Crev. *triste ad record. exemplar*, (sic omnes Mss. et Edd. ante Gron.) *sed ad præcavendas similes* (sc. clades, ut passim similes ellipses in aliis vocabulis, quæ non ad *τὸ ῥητὸν*, sed ad *τὸ σημαινόμενον* referuntur; de quo v. Wessel. ad Diodor. v. 54.) *utiles documento sunt* (ita optimi Mss. nisi quod in iis est *præcavenda*) edidit Stroth. offensus voce *utili*, cum omne *documentum* sit *utile*.' Rupert.

NOTÆ

[s] *Hannibali hosti opponant* [*opponamus*] A Salmasio est correctio. Legebatur antea *opponant:* quod tamen tolerari potest, ut intelligantur cives Romani.

[t] *Præco, Aniensem juniorum in suf-*

9. Cum[5] T. Otacilius ferociter, eum continuare consulatum velle, vociferaretur atque obstreperet, lictores ad eum accedere consul jussit; et, quia in Urbem non inierat,[u] protenus in campum ex itinere profectus, admonuit, cum securibus sibi fasces præferri. Iterum[6] prærogativa suffragium init; creatique in ea consules Q. Fabius Maximus quartum, M. Marcellus tertium. Eosdem consules ceteræ centuriæ sine variatione ulla dixerunt. Et prætor unus refectus Q. Fulvius Flaccus: novi alii creati,[7] T. Otacilius Crassus iterum, Q. Fabius consulis filius, qui tum ædilis curulis erat, P. Cornelius Lentulus. Comitiis prætorum perfectis, senatus consultum factum est, 'ut Q. Fulvio extra ordinem[x] urbana provincia[8] esset; isque potissimus, consulibus ad bellum profectis, Urbi præesset.' Aquæ magnæ bis eo anno[9][y] fuerunt; Tiberisque agros inundavit cum magna strage tectorum, pecorumque et hominum pernicie. Quinto anno secundi Punici belli Q. Fabius Maximus quartum, M. Claudius Marcellus tertium, consulatum

5 *Sunt. Prærogativa juniorum in suffragium revocata cum, &c.* Edd. ante Gronov.—6 In Edd. ante Gronov. legitur *Interim* pro *Iterum.*—7 *Q. F. Flaccus nonum, alii creati* Edd. ante Sigon. *novi tres alii* Gronov. Doujat. Crevier. Vid. Not. Var.—8 Cod. Cantabr. ignorat *τὸ provincia.*—9 *Aquæ*

NOTÆ

fragium revoca] Emendatio est Gronovii haud omnino necessaria: nihil enim habet reprehendendum vulgaris lectio, *prærogativa juniorum in suffragium revocata;* perinde enim est, si Q. Fabius præconi imperet ut revocentur ad suffragium Anienses juniores, et si narrentur ab Auctore in suffragium revocati.

[u] *Quia in Urbem non inierat*] Cum extra Urbem esset Fabius consul, secures fascibus illigatos habebat, summi indices imperii, cujus Otacilium admonebat: nam intra Urbem fasces absque securibus consuli præferebantur ex instituto P. Valerii Publicolæ, de quo lib. II.

[x] *Q. Fulvio extra ordinem*] Ubi creati magistratus erant, provinciam plerumque suam quisque sortiebantur, aut inter se comparabant, et munera diversa consensu mutuo partiebantur inter se: aliquando tamen sine sorte, nec expectata eorum deliberatione, hanc vel illam provinciam, seu consularis aut prætorii muneris partem, Senatus extra ordinem alicui assignabat, ut huic Q. Fulvio prætura urbanam.

[y] *Aquæ magnæ bis eo anno*] Ita Gron. ex Put. alias *atque magnæ nives:* vulgo *magnæ aquæ et nives:* quidni potius, *aquæ magnæ vis eo anno?*

ineuntes,* plus solito converterant in se civitatis animos. Multis enim annis tale consulum par non fuerat. Referebant senes, sic Maximum Rullum [10] [z] cum P. Decio ad bellum Gallicum, sic postea Papirium Carviliumque adversus Samnites Bruttiosque et Lucanum cum Tarentino populum, consules declaratos. Absens Marcellus consul creatus, cum ad exercitum esset; præsenti Fabio, atque ipso comitia habente, consulatus continuatus. Tempus ac necessitas belli ac discrimen summæ rerum faciebant, ne quis aut in exemplum exquireret,[t] aut suspectum cupiditatis imperii consulem haberet. Quin laudabant potius magnitudinem animi, quod, cum summo imperatore esse opus rei publicæ sciret, seque eum haud dubie esse,[u] [11] minoris invidiam suam, si qua ex [12] re oriretur, quam utilitatem rei publicæ, fecisset.

10. Quo die magistratum inierunt consules, senatus in Capitolio est habitus: decretumque omnium primum, ut consules sortirentur compararentve inter se, uter censoribus creandis comitia haberet prius, quam ad exercitum proficisceretur. Prorogatum deinde imperium omnibus, qui ad exercitus erant, jussique in provinciis manere, Ti. Gracchus Luceriæ, ubi cum volonum exercitu erat, C. Terentius Varro in agro Piceno, M'. Pomponius in Gallico. Ex prætoribus prioris anni [13] pro prætore Q. Mucius [14] obtineret Sardiniam, M. Valerius ad Brundisium oræ maritimæ, intentus adversus omnes motus Philippi Macedonum regis,

[t] *Obstabant quominus quisquam inquireret in ejusmodi factum, velut in rem mali exempli.*

[u] *Et se revera esse hujusmodi, nempe summum imperatorem.*

magnæ et nives eo anno Edd. ante Gronov. Vid. Not. inf.—10 *Sic T. Manlium* Edd. vett.—11 Vet. lib. apud Sigon. *quod cum summo imperatore opus esset reip. sciretque eum haud dubie esse.*—12 '*Ea* pro *ex* legendum bene conjicit Dukerus.' *Stroth.*

13 'Voss. Gud. *et P. prioris anni.* Lege igitur, *et prætores prioris anni.*'

NOTÆ

* A. U. C. 539.

[z] *Maximum Rullum*] Immo Q. Fabium Maximum Rullianum, qui consul v. fuit an. 457. cum Publio Decio Mure IV. lib. X.

præesset. P. Cornelio Lentulo prætori Sicilia decreta provincia; T. Otacilio classis eadem, quam adversus Carthaginienses priore anno habuisset. Prodigia eo anno multa nuntiata sunt. Quæ quo magis credebant simplices † ac religiosi homines, eo plura nuntiabantur: [15] Lanuvii in [16] æde intus Sospitæ Junonis corvos nidum fecisse: in Apulia palmam viridem arsisse: Mantuæ stagnum effusum Mincio amni cruentum visum: et Calibus creta, et Romæ in foro boario sanguine pluisse: [17] et in vico Istrico [18] [a] fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, ut serias doliaque,[b] quæ in eo loco erant, provoluta velut impetus [19] torrentis tulerit: tacta de cœlo atrium publicum in Capitolio, ædem in campo Vulcani, arcem in Sabinis [20] publicamque viam, murum ac portam Gabiis. Jam alia vulgata miracula erant: hastam Martis Præneste sua sponte promotam: bovem in Sicilia locutum: infantem in utero matris in Marrucinis, 'Io triumphe!' clamasse: ex muliere Spoleti virum factum: Hadriæ aram in cœlo speciesque hominum circum eam, cum candida veste, visas esse. Quin Romæ

J. F. Gronov.—14 Olim *Proprætor Q. Muc.*—15 Al. *eo etiam plura n.*—16 'Cum Salmasio et Gronovio delendam censeo præpositionem *in*, ortam vel ex postremis literis *τοῦ Lanuvii*, vel ex inscitia librariorum, qui ablativum ab *intus* regi nesciebant.' *Stroth.*—17 Put. *in foro bovario sanguine pluvisse.*—18 In optimis Mss. *Insteio*, in aliis *Instego*. J. F. Gronov. conj. *in vico Tusco*, et Doujat. *in vico Ustrino.*—19 Malebat J. F. Gronov. *impetu.*—20 '*Ædem Vulcani in campo* Martio, *et arcem in Sabinis*: ita Edd. princ. quarum auctoritatem secutus sum: *vocem* Mss. *nucem* Edd. plurimæ ex emend.

NOTÆ

† *Quo magis credebant simplices*] Nunquam desunt, qui ea narrent, quæ libenter audiuntur et credulis auribus excipiuntur. Hinc quoque liquet non tam credulum fuisse Livium, quam videtur iis qui tot prodigia apud eum legunt. Vide ad lib. XXI. c. 62. *J. Clericus.*

[a] *In vico Istrico*] An *in vico Ustrino*, qui Romæ in regione Esquilina et Viminali legitur apud P. Victorem et Sex. Rufum? An in aliquo Istriæ regionis vico? Sed hæc remotior.

[b] *Ut serias doliaque*] Majus vas fictile fuit *seria*, capaciusque culleo viginti amphoras continente. Ex iis in alia minora vasa diffundi vinum solebat ad vetustatem servandam, ut docet Columella lib. XIII. Nec tantum vinum, sed oleum quoque, et olivæ conditæ in seriis, quæ inde oleariæ dictæ, servabantur; earumque meminit Varro lib. III. de Re Rust. cap. 2. laudante Marcello Donato.

quoque in ipsa urbe, secundum apum examen in foro visum,[x] [1] affirmantes quidam, legiones se armatas in Janiculo videre, concitaverunt civitatem ad arma. Qui tum in Janiculo essent,[2] [c] negarunt, quenquam ibi, præter assuetos collis ejus cultores, apparuisse. Hæc prodigia hostiis majoribus procurata sunt ex haruspicum responso: et supplicatio omnibus Deis, quorum pulvinaria Romæ essent,[3] indicta est.

11. Perpetratis, quæ ad pacem Deum pertinebant,[y] de re publica belloque gerendo, et quantum copiarum, et ubi quæque essent, consules ad senatum retulerunt. Duodeviginti legionibus [d] bellum geri placuit: binas consules sibi sumere:[z] binis Galliam Siciliamque ac Sardiniam obtineri: duabusque Q. Fabium prætorem Apuliæ, duabus volonum Ti. Gracchum circa Luceriam præesse: singulas C. Terentio proconsuli ad Picenum, et M. Valerio ad classem circa Brundisium relinqui, et duas Urbi præsidio esse.[4] Hic ut numerus legionum expleretur, sex novæ legiones erant scribendæ. Eas primo quoque tempore consules scribere jussi, et classem parare; ut cum eis navibus, quæ pro Calabriæ littoribus in statione essent, centum quinquaginta longarum navium classis eo anno expleretur. Delectu

[x] *Postquam apum globus in foro apparuisset.*

[y] *Post sacrificia et supplicationem celebratam ad pacanda numina, sive ad obtinendum eorum præsidium.*

[z] *Ut consulum unusquisque haberet duas legiones.*

Vallæ.' *Rupert.*—1 ' Post *visum* omnes Mss. et Edd. ante Grut. addunt glossema: *quod mirabile est, quia rarum,* quod suadente Lipsio ejectum.' *Rupert.* —2 *Qui cum in Janiculum ivissent* Edd. ante Gronov.—3 ' *Quorum pulvinaria Romæ sint.* Put. et Pet. *Romæ exsint.* Alii, *Romæ ea sint.* Scribe, *Romæ essent.*' J. F. Gronov.

4 Olim legebatur, *ad classem circa Brundusium et duas urbi præsidium*

NOTÆ

[c] *Qui tum in Janiculo essent*] Num vulgaris lectio *qui cum in Janiculum ivissent?* qui nempe civium, concitati ad arma eo viso, cum in janiculum essent transgressi, renuntiarunt nihil eorum quæ procul apparuerant, a se repertum.

[d] *Duodeviginti legionibus*] Hoc numero nondum invenio gestum a Romanis bellum; fiunt enim saltem septuaginta duo peditum Romanorum, totidemque sociorum, id est, centum quadraginta quatuor millia, præter equitatum.

habito et centum[5] navibus novis deductis, Q. Fabius comitia censoribus creandis habuit. Creati M. Atilius Regulus et P. Furius Philus. Cum increbresceret rumor, bellum in Sicilia esse, T. Otacilius eo cum classe proficisci jussus est. Cum deessent nautæ, consules ex senatus consulto edixerunt, 'ut, qui, L. Æmilio, C. Flaminio censoribus, millibus æris quinquaginta[e] ipse aut pater ejus census fuisset usque ad centum millia, aut cui postea res tanta esset facta, nautam unum cum sex mensium stipendio daret: qui supra centum millia usque ad trecenta millia,[f] tres nautas cum stipendio annuo: qui supra trecenta millia usque ad decies æris,[g] quinque nautas: qui supra decies, septem: senatores octo nautas cum annuo stipendio darent.' Ex hoc edicto dati nautæ, armati instructique ab dominis, cum triginta dierum coctis cibariis[h] naves conscenderunt. Tum primum est factum, ut classis Romana sociis navalibus, privata impensa paratis, compleretur.

12. Hic major solito apparatus præcipue conterruit Campanos, ne ab obsidione Capuæ bellum ejus anni Romani inciperent. Itaque legatos Hannibalem oratum miserunt, ut Capuam exercitum admoveret. 'Ad eam oppugnandam novos exercitus scribi Romæ; nec ullius urbis defectioni magis infensos eorum animos[i] esse.' Id quia tam trepidi nuntiabant, maturandum Hannibal ratus, ne prævenirent Romani, profectus Arpis, ad Tifata in vete-

relinqui. Vid. Not. Var.—5 *Centum* abest ab Edd. ante Gronov.

NOTÆ

[e] *Millibus æris quinquaginta*] Si cum argentea moneta nostra semiunciales asses comparemus, minor paulo erit hæc summa 1460. libris.

Millibus æris quinquaginta, &c.] Quantas summas hodiernæ monetæ hæc conficiant, intelligere licebit ex iis quæ notavimus ad lib. I. c. 43. Unde etiam liquebit satis grave onus privatis impositum fuisse. *J. Clericus.*

[f] *Usque ad trecenta millia*] Trecenta assium æreorum millia libras nostrates redderent fere 8760.

[g] *Decies æris*] Assium ejus temporis decies centena millia respondere videntur libris Francicis 27200.

[h] *Triginta dierum coctis cibariis*] Gall. *Pourveus de biscuit, &c. pour un mois.*

[i] *Eorum animos*] Romanorum.

ribus castris super Capuam consedit. Inde, Numidis Hispanisque ad præsidium simul castrorum simul Capuæ relictis, cum cetero exercitu ad lacum Averni [k] per speciem sacrificandi, re ipsa ut tentaret Puteolos quodque ibi præsidii erat,[6] descendit. Maximus,[l] postquam Hannibalem Arpis profectum, et regredi in Campaniam, allatum est, nec die nec nocte intermisso itinere, ad exercitum redit: et Ti. Gracchum ab Luceria Beneventum copias admovere, Q. Fabium prætorem (is filius consulis erat) Luceriam [m] Graccho succedere jubet. In Siciliam eodem tempore duo prætores profecti,[7] P. Cornelius ad exercitum, Otacilius, qui maritimæ oræ reique navali præesset; et ceteri in suas quisque provincias profecti: et, quibus prorogatum imperium erat, easdem, quas priore anno, regiones obtinuerunt.

13. Ad Hannibalem, cum ad lacum Averni esset, quinque nobiles juvenes ab Tarento venerunt, partim ad Trasimenum lacum, partim ad Cannas capti, dimissique domos cum eadem comitate, qua usus adversus omnes Romanorum socios Pœnus fuerat. Ii, 'memores beneficiorum ejus perpulisse magnam partem se juventutis Tarentinæ,' referunt, 'ut Hannibalis amicitiam ac societatem, quam populi Romani, mallent; legatosque ab suis missos [8] rogare Hannibalem, ut exercitum propius Tarentum admo-

6 Al. *Puteolos quique ibi præsidio erant.*—7 *Profecti* delendum monet J. F. Gronov.

8 'Legendum, *legatos se ab suis missos, &c.* certum arbitror.' *Tan. Faber.*

NOTÆ

[k] *Ad lacum Averni*] Lacus Avernus sic dictus putatur, quasi ἄορνος, cujus appellationis locus alius in Thesprotia Epiri regione, id est, 'sine avibus;' quod propter gravem odorem quem exhalat, supervolantes volucres exanimari dicantur: unde poëtis occasio nominis illius ad Inferos transferendi. Juxta Lucrinum lacum fuit, sed Lucrinus lacus an. Christi 1538. terræ motu fere omnis interiit. Avernus extat incredibili profunditate inter Baias et Puteolos maritima Campaniæ Felicis oppida, et adhuc nomen servat.

[l] *Maximus*] Nempe Q. Fabius.

[m] *Luceriam*] Ita dixit *Luceriam succedere*, quemadmodum *Luceriam ire* alii dixissent: significat ad, vel apud Luceriam Graccho succedere.

veat. Si signa ejus, si castra conspecta a Tarento sint, haud ullam intercessuram moram, quin urbs dedatur. In potestate juniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam esse.' Hannibal collaudatos eos oneratosque ingentibus promissis domum ad cœpta maturanda redire jubet: se in tempore affuturum esse. Hac cum spe dimissi Tarentini. Ipsum ingens cupido incesserat Tarenti potiundi.[n] Urbem esse videbat, cum opulentam nobilemque, tum maritimam, et in Macedoniam opportune versam: regemque Philippum hunc portum, si transiret in Italiam, cum Brundisium Romani haberent, petiturum. Sacro inde perpetrato, ad quod venerat, et, dum ibi moratur, pervastato agro Cumano usque ad Miseni promontorium,[o] Puteolos repente agmen convertit, ad opprimendum præsidium Romanum. Sex millia hominum erant, et locus munimento quoque, non natura modo, tutus. Triduum ibi moratus Pœnus, ab omni parte tentato præsidio, deinde, ut nihil procedebat, ad populandum agrum Neapolitanum, magis ira quam potiundæ urbis spe, processit. Adventu ejus in propinquum agrum Nolana mota est plebs, jam diu aversa ab Romanis et infesta senatui suo. Itaque legati ad arcessendum Hannibalem, cum haud dubio promisso tradendæ urbis, venerunt. Prævenit inceptum eorum Marcellus con-

NOTÆ

[n] *Tarenti potiundi*] Tarentum, a quo sinus Tarentinus, Siculi, seu Ionii maris pars, in cujus intimo recessu condita fuit vel capta a Phalanto, exulum Laconum Partheniatarum duce, in Calabria: tum magnitudine et muris portuque nobilis, tum mirabilis situ (quippe in ipsis Adriatici maris faucibus posita, ut ait Florus l. I. c. 18.) hodie *Taranto*, Archiepiscopatus et Principatus titulo nobilis urbs, in Hydruntina regni Neapolitani provincia. Ceterum *potiundi* verbum, quamvis plerumque cum auferendi casu jungatur, tamen aliquando genitivo gaudere, hinc et ex proxime sequentibus patet, ubi 'libertatis potiundæ.'

[o] *Ad Miseni promontorium*] Nomen accepisse traditur a Miseno Æneæ tubicine ibi sepulto: quanquam Strabo Baiarum et Miseni nomina ab sociis Ulyssis derivat, qui his nominibus dicti. Situm habet ultra Cumas, ex adverso Ænariæ, seu Prochytæ insulæ. Hodie quoque vocatur *Capo Miseno*. Vicinum habet portum, eumque pulchrum et profundum: atque in eo Augustus classem collocavit ad tutelam Inferi maris. Incolæ *Porto Giulio* appellant, falso, ut ait Cluver. cum Julius portus fuerit ad Lucrinum Avernumque lacus. Circa hæc littora fuere Cimmerii Homerici.

sul, a primoribus accitus. Die uno Suessulam a Calibus, cum Vulturnus amnis trajicientem moratus esset, contenderat. Inde proxima nocte sex millia peditum equitesque trecentos, qui præsidio senatui essent, Nolam intromisit: et, uti a consule omnia impigre facta sunt ad præoccupandam Nolam, ita Hannibal tempus terebat; bis jam ante nequicquam tentata re, segnior ad credendum Nolanis factus.

14. Iisdem diebus et Q. Fabius consul ad Casilinum tentandum, quod præsidio Punico tenebatur, venit; et ad Beneventum, velut ex composito, parte altera Hanno ex Bruttiis cum magna peditum equitumque manu, altera Ti. Gracchus ab Luceria accessit: qui primo oppidum intravit. Deinde, ut Hannonem tria millia ferme ab urbe ad Calorem fluvium[p] castra posuisse et inde agrum populari audivit, et ipse, egressus mœnibus, mille ferme passus ab hoste castra locat, ibique concionem militum habuit. Legiones magna ex parte volonum habebat;[q] qui jam alterum annum libertatem tacite mereri, quam postulare palam, maluerant. Senserat tamen, hybernis egrediens, murmur in agmine esse quærentium, 'en unquam liberi[9] militaturi essent?' scripseratque senatui, non tam quid desiderarent, quam quid meruissent: 'bona fortique opera eorum se ad eam diem usum: neque ad exemplum justi militis quicquam eis, præter libertatem, deesse.' De eo permissum ipsi erat, faceret, quod e re publica duceret esse. Itaque prius, quam cum hoste manum consereret, pronuntiat, 'tempus venisse eis[10] libertatis, quam diu sperassent, potiundæ. Postero die signis collatis dimicaturum puro ac patenti campo,[r] ubi

9 *Quærentium, nunquamne liberi* Edd. ante Gronov.—10 *Ejus* Edd. a Cu-

NOTÆ

[p] *Ad Calorem fluvium*] Alias *Calonem*. Amnis est ex Apennino per Hirpinorum regionem in Sabbatum defluens, non procul Benevento. Vetus nomen adhuc retinet.

[q] *Volonum habebat*] Servorum nempe, qui voluntate arma ceperant libertatis adipiscendæ causa.

[r] *Puro ac patenti campo*] Purus campus hic appellatur, non, ut apud ju-

sine ullo insidiarum metu vera virtute geri res posset. Qui caput hostis retulisset, eum se extemplo liberum jussurum esse: qui loco cessisset, in eum servili supplicio [s] animadversurum. Suam cuique fortunam in manu esse: libertatis auctorem eis non se fore solum, sed consulem M. Marcellum et universos Patres;[11] quos, consultos ab se de libertate eorum, sibi permisisse.'[12] [t] Literas inde consulis ac senatus consultum recitavit. Ad quæ clamor cum ingenti assensu est sublatus. Pugnam poscebant, signumque ut daret extemplo, ferociter instabant. Gracchus, prælio in posterum diem pronuntiato, concionem dimisit. Milites læti, præcipue quibus merces navatæ in unum diem operæ libertas futura erat,[13] armis expediendis quod reliquum[14] consumunt.

15. Postero die, ubi signa cœperunt canere, primi omnium [u] parati instructique ad prætorium conveniunt. Sole orto, Gracchus in aciem copias educit.[15] Nec hostes moram dimicandi fecerunt. Decem et septem millia peditum[16] erant, maxima ex parte Bruttii ac Lucani: equites mille ducenti; inter quos pauci admodum Italici, ceteri Numidæ fere omnes Maurique. Pugnatum est et acriter, et diu.

rione ad Drak.—11 '*Sed univers. P.* Gron. Crev. Drak. Vulgatum omnibus Mss. et reliquis Edd. tuentibus. Elegantissimam esse Gronovii conjecturam non nego, sed, nulla urgente necessitate, Livio, invitis Mss. elegantiam obtrudere nolim.' *Stroth.*—12 Olim legebatur, *qui consulti . . . . permisissent.*——13 'Gronovius ex Mss. nonnullis malebat: *quibus merces navata in unum diem opera libertatis futura erat.* Quæ lectio si vera esset, *navata opera* pro ablativo absoluto accipiendum, atque *merces libertatis* explicandum foret, per 'merces quæ libertate solvitur,' ut 'præmia honorum' sæpe apud Ciceronem, pro præmia quæ honoribus conferendis dantur; 'mortis pœna' pro pœna quæ morte luitur.' *Stroth.*—14 '*Quod reliquum* scil. *diei fuit,* quæ verba addi in Edd. ante Gronov. sed ab optimis Mss. abesse, ac facile ex præc. et seq. intelligi monet Drak. *diei* pro *quod* dedit Gron.' *Rupert.*

15 *Eduxit* Edd. ante Gronov.—16 'Meliores: *Decem septem millia peditum,*

NOTÆ

risconsultos, profanus, qui nulla religione tenetur; sed qui proprie campus, montibus collibusve et convallibus caret. Gall. *en rase campagne.*

[s] *Servili supplicio*] Id est, in crucem patibulumve sublaturum, quod erat supplicium servorum.

[t] *De libertate eorum, sibi permisisse*] Intellige liberum arbitrium decernendi, qui libertate digni essent.

[u] *Primi omnium*] Volones, nempe ante omnes alios.

Quatuor horis neutro inclinata est pugna: nec alia magis Romanum impediebat res, quam capita hostium pretia libertati facta. Nam ut quisque hostem impigre occiderat, primum capite [17] ægre inter turbam tumultumque abscidendo [18] tempus terebat: deinde, occupata dextra tenendo caput, fortissimus quisque pugnator esse desierat: [19] segnibus ac timidis tradita pugna erat.[a] Quod ubi tribuni militum Graccho nuntiaverunt, 'neminem stantem jam vulnerari hostem, carnificari jacentes,[b] et in dextris militum pro gladiis humana capita esse:' signum dari [20] [x] propere jussit, 'projicerent capita invaderentque hostem. Claram satis et insignem virtutem esse: nec dubiam libertatem futuram strenuis viris.' Tum redintegrata pugna est, et eques etiam in hostem emissus. Quibus cum impigre [y] Numidæ concurrissent,[1] nec segnior equitum, quam peditum, pugna esset, iterum in dubium adducta res. Cum utrimque duces, Romanus Bruttium Lucanumque, toties a majoribus suis victos subactosque; Pœnus mancipia Romana et ex ergastulo militem, verbis obtereret;[c] postremo pronuntiat Gracchus, 'esse nihil, quod de libertate sperarent, nisi eo die fusi fugatique hostes essent.'

16. Ea demum vox ita animos accendit, atque [2] renovato clamore, velut alii repente facti, tanta vi se in hostem intulerunt, ut sustineri ultra non possent. Primo antesignani

[a] *Sic devolutum erat pugnandi onus ad inertiores.*
[b] *Nulli ex hostibus qui recti starent, vulnus infligi; sed sæviri tantum in eos qui jam prostrati erant.*
[c] *Uterque imperator hostes verbis apud suos deprimeret.*

recisa copulativa.' *J. F. Gronov.*—17 *Capita* Edd. ante Gronov.—18 *Abscindendo* Edd. ante Drak.—19 '*Desierat.* Adde hæc verba ex vet. lib. fide, incuria librariorum omissa: *segnibus ac timidis tradita pugna erat.*' Sigon.—20 *Dare* Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—1 *Occurrissent* Stroth.

NOTÆ

[x] *Signum dari*] Imperavit tribunis militum, ut significarent abjicienda esse hostium cæsorum capita.

[y] *Quibus cum impigre, &c.*] Parum usitata loquendi forma et poëtico magis quam soluto sermone digna; dicimus enim 'cum aliquo concurrere,' non ita 'alicui.' Virg. tamen I. Æneid. 'audetque viris concurrere virgo.'

Pœnorum, deinde signa perturbata, postremo tota impulsa acies; inde haud dubie terga data, ruuntque fugientes in castra, adeo pavidi trepidique, ut ne in portis quidem aut vallo quisquam restiterit, ac prope continenti agmine Romani insecuti, novum de integro prælium, inclusi hostium vallo, ediderint. Ibi, sicut pugna impeditior[3] in angustiis, ita cædes atrocior fuit: et adjuvere captivi, qui, rapto inter tumultum ferro, conglobati et ab tergo ceciderunt Pœnos, et fugam impedierunt. Itaque minus duo millia hominum ex tanto exercitu, et ea major pars equitum,[4] cum ipso duce effugerunt: alii omnes cæsi aut capti. Capta et signa duodequadraginta. Ex victoribus duo millia ferme cecidere. Præda omnis (præterquam hominum captorum) militi concessa est: et pecus exceptum est,[z] quod intra dies triginta domini cognovissent. Cum præda onusti in castra redissent, quatuor millia ferme volonum militum, qui pugnaverant segnius, nec in castra irruperant simul, metu pœnæ collem haud procul castris ceperunt. Postero die per tribunos[5] militum inde deducti, concione militum[6] advocata a Graccho, superveniunt. Ubi cum proconsul veteres milites primum, prout cujusque virtus atque opera in ea pugna fuerat, militaribus donis donasset, tunc, quod ad volones attineret, 'omnes,' ait, 'malle laudatos a se, dignos indignosque, quam[7] quenquam eo die castigatum esse. Quod bonum, faustum, felixque rei publicæ ipsisque esset, omnes eos liberos esse jubere.' Ad quam vocem cum clamor ingenti alacritate sublatus esset, ac nunc complexi

2 'Conjunctio *atque* a plerisque Mss. abest, qua deleta, Gronovii conjectura recepi posset: *vox ira animos accendit.*' Stroth. Vid. Not. Var.—3 *Inexpeditior* Mss. optimi.—4 Conj. J. F. Gronov. *equites.*—5 *Tribunum* Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—6 'Posterius *militum* abundare videtur, nec agnoscunt scripti quidam.' *J. F. Gronov.* Abest a Crevier.—7 Cantabr. *dignos*

NOTÆ

[z] *Et pecus exceptum est*] Ex præda quæ in exercitu Pœnorum reperta militibus concedebatur, excipi placuit tum captivos, tum pecora, non quidem omnia, sed quæ, cum rapta essent ex vicinis agris, cognoscerentur a dominis intra mensem.

inter se gratulantesque, nunc manus ad cœlum tollentes, bona omnia populo Romano Gracchoque ipsi precarentur; tum Gracchus: 'Priusquam omnes jure libertatis æquassem,' inquit, 'neminem nota strenui aut ignavi militis notasse volui. Nunc, exsoluta jam fide publica, ne discrimen omne virtutis ignaviæque pereat, nomina eorum, qui, detrectatæ pugnæ memores, secessionem paulo ante fecerunt, referri ad me jubebo: citatosque singulos jure jurando adigam, nisi queis morbus causa erit, non aliter, quam stantes, cibum potionemque,[8] [a] quoad stipendia facient, capturos esse. Hanc mulctam ita æquo animo feretis, si reputabitis, nulla ignaviæ nota leviore vos designari potuisse.' Signum deinde colligendi vasa dedit: militesque prædam portantes agentesque, per lasciviam ac jocum, ita ludibundi Beneventum rediere, ut ab epulis per[9] celebrem festumque diem actis, non ex acie, reverti viderentur. Beneventani omnes turba effusa cum obviam ad portas exissent, complecti milites, gratulari, vocare in hospitium. Apparata convivia omnibus in propatulo ædium fuerant: ad ea invitabant, Gracchumque orabant, ut epulari permitteret militibus. Et Gracchus ita permisit, in publico epularentur [b] omnes.[10] Ante suas quibusque fores prolata omnia. Pileati [c] aut lana alba velatis capitibus [d] volones epulati sunt; alii accubantes,[e] alii stantes, qui simul ministrabant vesceban-

indignos, quam.—8 Al. *stantes cibum potumque.*—9 *Per* abest ab Edd. vett. et Mss. plerisque.—10 Malit Sigon. *si in publico e. o.*

NOTÆ

[a] *Stantes, cibum potionemque*] Pœna hæc seu ignominia militum minus strenuorum inter levissimas: ne cum reliquis de more accumbentes cibum caperent.

[b] *In publico epularentur*] In publico, et in propatulo, est palam et loco aperto: sed aliud est in propatulo ædium, aliud in publico; illud significat in atrio, *dans la cour;* hoc vero omnino extra ædes, *dans la rue.*

[c] *Pileati*] Utpote libertate publice donati a Graccho: est enim *pileus* libertatis adeptæ nota, quod capiti eorum, qui manumittebantur, imponi soleret, ut cuilibet notum.

[d] *Aut lana alba velatis capitibus*] Amiculo scilicet ex panno laneo albi coloris.

[e] *Alii accubantes*] Qui strenue se

turque. Digna res visa, ut simulacrum celebrati ejus diei Gracchus, postquam Romam rediit, pingi juberet in æde Libertatis, quam pater ejus in Aventino ex mulctatitia pecunia faciendam curavit dedicavitque.

17. Dum hæc ad Beneventum geruntur, Hannibal, depopulatus agrum Neapolitanum, ad Nolam castra movet. Quem ubi adventare consul sensit, Pomponio proprætore [f] cum eo exercitu, qui super Suessulam in castris erat, accito, ire obviam hosti parat, nec moram dimicandi facere.[11] C. Claudium Neronem cum robore equitum silentio noctis per aversam maxime ab hoste portam emittit; circumvectumque occulte subsequi sensim agmen hostium jubet, et, cum coortum prælium videret,[12] ab tergo se objicere. Id errore viarum, an exiguitate temporis, Nero exequi non potuerit, incertum est. Absente eo cum prælium commissum esset, superior quidem haud dubie Romanus erat: sed, quia equites non affuere in tempore, ratio compositæ rei turbata est.[d] Non ausus insequi cedentes Marcellus, vincentibus suis signum receptui dedit. Plus tamen duo millia hostium eo die cæsa traduntur: Romani[13] minus quadringentis.[14] Solis fere occasu Nero, diem noctemque nequicquam fatigatis equis hominibusque, ne viso quidem hoste rediens, adeo graviter est ab consule increpitus,[15] ut per eum stetisse diceret, quo minus accepta ad Cannas redderetur hosti clades. Postero die Romanus in aciem

[d] *Perturbatus est modus rei peragendæ prout convenerat.*

11 Al. *ne moram dimicandi faceret.*—12 Vet. lib. ap. Sigon. *cum cæptum prælio videret.*—13 Edd. vett. *Romanorum.* Mss. *Romanis.*—14 ‘ Forte *quadringenti,* ut ‘ plus duo millia,’ more Livii, nec tamen perpetuo.’ *Rupert.*—15 *Increpatus* Edd. vett. et Mss. nonnulli.

NOTÆ

gesserant accumbebant mensæ: minus fortes stabant, aliisque ministrabant, eodemque tempore cibum sumebant cum aliis: ut hodieque apud Polonos famuli pone stantes, eodem tempore cum dominis sedentibus, epulantur.

[f] *Pomponio proprætore*] Is cap. 10. jussus fuerat initio hujus anni in agro Gallico manere: inde Romam accitum fuisse oportet, et cum Marcello consule in Campaniam profectum.

descendit: Pœnus, tacita etiam confessione victus, castris se tenuit. Tertio die silentio noctis, omissa spe Nolæ potiundæ, rei nunquam prospere tentatæ, Tarentum ad certiorem spem proditionis proficiscitur.

18. Nec minore animo res Romana domi, quam militiæ, gerebatur.[16] Censores, vacui ab operum locandorum cura, propter inopiam ærarii, ad mores hominum regendos animum adverterunt castigandaque vitia, quæ, velut diutinis morbis ægra corpora ex se gignunt, nata bello erant.[17] Primum eos citaverunt, qui post Cannensem pugnam rem publicam deseruisse Italiaque excessisse velle dicebantur. Princeps eorum L. Cæcilius Metellus [18] quæstor tum forte erat. Jusso deinde eo ceterisque ejusdem noxæ reis causam dicere, cum purgari nequissent, pronuntiarunt, verba orationemque eos adversus rem publicam habuisse, quo conjuratio deserendæ Italiæ causa fieret. Secundum eos citati nimis callidi exsolvendi juris jurandi interpretes; qui captivorum, ex itinere regressi clam in castra Hannibalis, solutum, quod juraverant redituros, rebantur. His superioribusque illis equi ademti, qui publicum equum[g] habebant; tribuque moti, ærarii omnes facti.[h] Neque senatu modo aut equestri ordine regendo cura se censorum tenuit.[e] Nomina omnium ex juniorum tabulis excerpserunt, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus causa fuisset.[i] Et ea su-

[e] *Nec contenti fuere censores Senatum tantum aut equites ordinare, sed descripserunt ex censualibus tabulis eorum nomina, qui cum juniores essent, militiæ nomen proximo quadriennio non dederant.*

16 *Romanæ .... gerebantur* Edd. ante Gronov.—17 ' Put. *signunt, acanata bello erant.* An forte, *tunc enata?*' J. F. Gronov. Vid. Not. Var.—18 Add.

NOTÆ

[g] *Publicum equum*] De equo publico antea.

[h] *Tribuque moti, ærarii omnes facti*] Tribu movebant censores cum ex honestiore tribu, rustica puta, in minus honestam, veluti urbanam, transferebant ignominiæ causa: neque enim omnibus tribubus eliminare poterant; alioqui e numero civium Romanorum omnino sustulissent.

[i] *Quibus neque vacatio justa militiæ, neque morbus causa fuisset*] Immunes a

pra duo millia nominum in ærarios relata, tribuque omnes moti. Additumque inerti[19] censoriæ notæ[k] triste senatus consultum: ut ii omnes, quos censores notassent, pedibus mererent, mitterenturque in Siciliam ad Cannensis exercitus reliquias, cui militum generi non prius, quam pulsus Italia hostis esset, finitum stipendiorum tempus erat.[f] Cum censores, ob inopiam ærarii, se jam locationibus abstinerent ædium sacrarum tuendarum,[l] curuliumque equorum præbendorum,[m] ac similium his rerum; convenere ad eos frequentes, qui hastæ hujus generis assueverant,[n] hortatique censores, ut omnia perinde agerent, locarent,[20] ac si pecunia in ærario esset: neminem, nisi bello confecto, pecuniam ab ærario petiturum esse. Convenere deinde domini eorum, quos Ti. Sempronius ad Beneventum manu

[f] *Militandi tempus præscriptum ac definitum erat.*

qui Edd. ante Drak.—19 ' Pro *inerti* in plerisque Mss. legitur *merci, merici, meri, tamerici, marti.* Hinc viri docti conj. *tam amaræ; inertiæ;* (ob inertiam inustæ; ut putant) *tam tetricæ; tam atroci; tam truci; Mamerci;* (ut hæc nota a Mamerco Æmilio, quem censores primum ea notaverint, per proverbium sic dicta sit, ut *imperia Manliana* aliaque ab eo, qui illa primus vel fecerit vel passus sit) et *insuper.* Omnibus his præferenda lectio vulgata, ejusque depravationes haud dubie sunt ea, quæ Mss. exhibent: nam nullas pæne literas librarii sæpius permutarunt, quam *in* et *m.*' Rupert.—20 *Locarentque* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

militia erant sacerdotes, magistratus, et ni fallor qui magistratibus urbanis apparebant; item septemdecim annis minores.

[k] *Additumque inerti censoriæ notæ*] Nihil opus esse puto correctione, licet Gronov. suspicetur legendum *tam amaræ* vel *acerbæ censoriæ notæ.* Etenim *inertem* dicit per hypallagen, quæ non ipsa quidem *iners,* sed aliorum inertiam notabat; ut Horatius 'inertem glaciem,' Seneca 'inertem dolorem' dixerunt, quod inertes et inutiles redderent.

[l] *Ædium sacrarum tuendarum*] Ædes sacræ faciendæ duumvirorum aut triumvirorum, ad id delectorum, cura locabantur, ut et alia opera publica: at postquam ædificatæ erant, sarta tecta tuebantur censores.

[m] *Curuliumque equorum præbendorum*] Equos curules Festus Pompeius interpretatur, quadrigales: quales vehendis curulibus magistratibus publico sumtu præbitos hinc colligas.

[n] *Qui hastæ hujus generis assueverant*] Ad hastam fieri solitæ non tantum auctiones, sed etiam locationes publicæ. Huic hastæ assueti mancipes.

Hastæ hujus generis] Hoc est, auctionibus, quæ hasta posita fiebant. Vid. Festum in voce Hastæ. *J. Clericus.*

emiserat: arcessitosque se ab triumviris mensariis esse dixerunt, ut pretia servorum acciperent. Ceterum non ante, quam bello confecto, accepturos esse. Cum hæc inclinatio animorum plebis ad sustinendam inopiam ærarii fieret; pecuniæ quoque pupillares primo, deinde viduarum, cœptæ conferri; nusquam eas tutius sanctiusque deponere credentibus, qui deferebant, quam in publica fide. Inde, si quid emtum paratumque pupillis ac viduis foret, a quæstore perscribebatur.[g] Manavit ea privatorum benignitas ex urbe etiam in castra, ut non eques, non centurio stipendium acciperent, mercenariumque increpantes vocarent, qui accepisset.

19. Q. Fabius consul ad Casilinum castra habebat, quod duum millium Campanorum et septingentorum militum Hannibalis tenebatur præsidio. Præerat Statius Metius,[1] missus ab Cn. Magio Atellano, qui eo anno Medixtuticus erat, servitiaque et plebem promiscue armabat, ut castra Romana invaderet, intento consule ad Casilinum oppugnandum. Nihil eorum Fabium fefellit. Itaque Nolam ad collegam mittit, 'altero exercitu, dum Casilinum oppugnatur, opus esse, qui Campanis opponatur. Vel ipse, relicto Nolæ præsidio modico, veniret: vel, si eum Nola teneret, et necdum securæ res ab Hannibale essent, se Ti. Gracchum proconsulem a Benevento acciturum.' Hoc nuntio[2] Marcellus, duobus militum millibus Nolæ in præsidio relictis, cum cetero exercitu Casilinum venit, adventuque ejus Campani, jam moventes sese, quieverunt. Ita a duobus consulibus Casilinum oppugnari cœptum. Ubi cum multa, succedentes temere mœnibus, Romani milites acciperent vulnera, neque satis inceptis[3] succederet,[o] Fabius,

[g] *Si ex pecunia pupillorum et viduarum, quæ in publicum conferebatur, aliquid esset quod ipsis emi commode posset, id scribebat quæstor, ut scilicet constaret ipsis emtio: pretio deinde post bellum numerando ex ærario.*

1 Vet. lib. apud Sigon. *Statius Minius.*—2 Conj. Rupert. *nuntiato.*—3 'In

NOTÆ

[o] *Inceptis succederet*] Pro *incepta succederent:* rara alibi loquendi for-

omittendam rem parvam ac juxta magnis difficilem, abscedendumque inde censebat, cum res majores instarent. Marcellus, multa magnis ducibus sicut non aggredienda, ita semel aggressis non dimittenda esse, dicendo, quia magna famæ momenta in utramque partem fierent, tenuit, ne irrito incepto abiretur.[4] Vineæ inde omniaque alia operum machinationumque genera cum admoverentur, Campanique Fabium orarent, ut abire Capuam tuto liceret; paucis egressis, Marcellus portam, qua egrediebantur, occupavit, cædesque promiscue omnium circa portam primo, deinde, irruptione facta, etiam in urbe fieri cœpta est. Quinquaginta fere primo egressi Campanorum, cum ad Fabium confugissent, præsidio ejus Capuam pervenerunt. Casilinum, inter colloquia cunctationemque petentium fidem, per occasionem captum est. Captivi, quique Campanorum, quique Hannibalis militum erant, Romam missi, atque ibi in carcere inclusi sunt: oppidanorum turba per finitimos populos in custodiam divisa.

20. Quibus diebus a Casilino, re bene gesta, recessum est, eis Gracchus in Lucanis aliquot cohortes, in ea regione conscriptas, cum præfecto sociorum in agros hostium prædatum misit. Eos effuse palatos Hanno adortus, haud multo minorem, quam ad Beneventum[5] acceperat, reddidit hosti cladem, atque in Bruttios raptim, ne Gracchus assequeretur, concessit. Consules,[6] Marcellus retro, unde venerat, Nolam redit; Fabius in Samnium ad populandos agros recipiendasque armis, quæ defecerant, urbes processit. Caudinus Samnis gravius devastatus; perusti late agri,[7] prædæ pecudum hominumque actæ. Oppida vi capta, Compulteria,[p] Telesia, Compsa,[8] Melæ,[q] Fulfulæ[r] et

Put. et Pet. est *inceptu*. Delibera malisne hoc accipere pro *inceptui*, (nam in Præfatione totius operis, *fœdum inceptu*,) an scribere *inceptum*.' J. F. Gronov. —4 Olim legebatur, *tenuit, ne incepto abiretur*. Vid. Not. Var.

5 Al. *a Benevento*.—6 *Consul* Edd. a Froben. ad Gronov.—7 Olim *perusti*

NOTÆ

ma. Dicitur enim res alicui succedere; sed novum eo sensu, rei succedere.

p *Compulteria*] Fatetur Cluver. ubi Compulteria fuerit non constare: Holstenius docet oppidi nominisque

Orbitanium.[s] Ex Lucanis Blandæ:[t] Apulorum Æcæ[9 u] oppugnatæ. Millia hostium in his urbibus viginti quinque capta aut occisa; et recepti perfugæ trecenti septuaginta: quos cum Romam misisset consul, virgis in comitio cæsi omnes, ac de saxo dejecti. Hæc a Q. Fabio intra paucos dies gesta. Marcellum ab gerundis rebus valetudo adversa Nolæ tenuit. Et a prætore Q. Fabio, cui circa Luceriam provincia erat, Accua[x] oppidum per eos dies vi captum: stativaque ad Ardoneas[y] communita. Dum hæc aliis[10 c] locis ab Romanis geruntur, jam Tarentum pervene-

populatique late agri.—8 Al. *Telessia, Cossa.*—9 Al. *Ancæ.* Vid. Not. Var.—

NOTÆ

vestigia extare in loco *S. Maria di Corultere*, non procul ab urbe Calatia, in Campania Felici, nunc *Terra di Lavoro.*

q *Melæ*] Holst. nunc *Melito* in Principatu ulter. vel *Molise*, comitatus sui caput, in regno Neapolitano.

r *Fulfulæ* [*Fulsulæ*] Alias *Fulfulæ*, monte *Fusculo* in Princip. ulter. est Holstenio.

s *Orbitanium*] Ubi fuerit nemo docet. Forte in scriptura ejus nominis error intervenit; fuitque *Obbitatium*, aut quid simile: unde fieri potuit *Bisaccium*, quod nomen est oppidi in ulteriori Principatu ad Apenninum, inter Trevicum ad Caurum, et Monteverde ad Vulturnum.

t *Blandæ*] Aliis *Blanda*, quam Bruttiis Plinius perperam ascribit, cum sit Lucanorum, ut ex Livio hic, et ex itineraria Tab. patet, quæ cis Laum amnem locat. Barrio *Belvedere;* Cluverio *Maratea*, sed dubitanter: Holst. probare videtur Phil. Caraffæ Canonici Buxentini sententiam; qui ait vestigia Blandæ apparere ad portum *Sapri*, cui imminet *turris Buondormire.*

u *Æcæ*] Antea legebatur *Ancæ*, male. Correxit ex Petav. codice Gronov. Æcarum meminit tabula Peutingeri, ut Plinius lib. xxx. cap. 11. Æcanorum in Apulia: Polybio corrupte Ægæ. Id oppidum ceperat Hannibal post Cannensem cladem. Ad Apuliæ Samniique et Hirpinorum confinia sub ipso Apennino fuit. Ibi postea Troja exstructa est a Græcis, quod adhuc nomen servat in *Capitanata*, paulo infra fontes Candelari, Episcopatus titulo donata.

x *Accua*] Non Campaniæ, ut voluit Ortel. sed Apuliæ oppidum fuit, ut colligere est ex hoc loco. Haud procul fuisse hinc a Luceria, hinc ab Herdonia, circa fines Hirpinorum, suadet Livii narratio. Ejus oppidi nulla, quod sciam, occurrit alibi mentio. Si nominis vestigia sequamur, potest *Accua* fuisse locus qui nunc *Accadia*, vel *Acchidia*, juxta Sanctam Agatham, in confinio Principatus ulterioris atque Apuliæ.

y *Ad Ardoneas*] Alibi *Ardonea*, sive *Herdonia*, semper in numero singulari. Urbs est Apuliæ Dauniæ, quam *Capitanatam* vocant, in regno Neapolitano: vocaturque adhuc *Ardona*, inter Cervarium et Carapeliem amnes.

rat Hannibal, cum maxima omnium, quacumque ierat, clade. In Tarentino demum agro pacatum incedere agmen cœpit. Nihil ibi violatum, neque usquam via[11] excessum est; apparebatque, non id modestia militum aut ducis, nisi[12] ad conciliandos Tarentinorum animos, fieri. Ceterum cum propemodo muris[13] accessisset, nullo ad conspectum primi agminis, ut rebatur, motu facto, castra ab urbe ferme passus mille locat. Tarenti, triduo ante, quam Hannibal ad mœnia accederet, a M. Valerio proprætore, qui classi ad Brundisium præerat, missus M. Livius, primore conscripta juventute[h][14] dispositisque ad omnes portas circaque muros, qua res postulabat, stationibus, die ac nocte plurimum intentus, neque hostibus, neque dubiis sociis[z] loci quicquam præbuit ad tentandum. Quare diebus aliquot[15] frustra ibi absumtis, Hannibal, cum eorum nemo, qui ad lacum Averni adissent, aut ipsi venirent, aut nuntium literasve mitterent, vana promissa se temere secutum cernens, castra inde movit. Tum quoque, intacto agro Tarentino, (quanquam simulata lenitas nihildum profuerat,[16] tamen spe labefactandæ fidei haud absistens)[i] Salapiam[a] ut venit,[17] frumentum ex agris Metapontino atque Heracliensi (jam media æstas exacta erat, et hybernis placebat lo-

[h] *Delectu ex primariis juvenibus Tarentinis habito.*
[i] *Nondum renuntians spei quam conceperat avertendi Tarentinos a fide Romanis data.*

10 ' *Aliis atque aliis*, h. e. diversis, legendum esse ingeniose conjecit Jac. Gronov.' *Doering.*—11 In Edd. ante Drak. *via;* sed in Mss. *vim* vel *viam. viam* dat Stroth.—12 Vet. lib. apud Sigon. *sed.*—13 *Cum prope jam mœnibus* Edd. ante Gronov.—14 *Missus M. Livius primore c. j.* edidit J. F. Gronov. e vestigiis cod. Put. *missus ibi sin priore c. j.* Pro *M. Livius* Edd. ante eum substituunt *T. Valerius legatus*, quæ a Mss. absunt. In his non expresse legitur *M. Livius.*—15 Olim *præbuit ad tentandum. Sicque diebus aliquot.*—16 Al. *nondum profuerat.*—17 Olim *spe haud absistens Salapiam tendit.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[z] *Neque dubiis sociis*] Tarentinorum enim alii, ac maxime plebeii, propensi ad Pœnos erant.

[a] *Salapiam*] Ad Apuliæ utriusque confinia, tribus fere milliaribus a ripa Aufidi sinistra est *Salapia*, Capitanatæ provinciæ contributa, servansque vestigia pristini nominis: vocatur enim *Salpe*, nunc in vicum redacta.

cus) comportat. Prædatum inde Numidæ Maurique per Sallentinum agrum proximosque Apuliæ saltus dimissi. Unde ceteræ prædæ haud multum, equorum greges maxime abacti: e quibus ad quatuor millia domanda equitibus divisa.

21. Romani, cum bellum nequaquam contemnendum in Sicilia oriretur, morsque tyranni duces magis impigros dedisset Syracusanis, quam causam aut animos mutasset, M. Marcello alteri consulum eam provinciam decernunt. Secundum Hieronymi cædem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, vociferatumque ferociter, parentandum regi sanguine conjuratorum esse. Deinde libertatis restitutæ dulce auditu[18] nomen crebro usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis, militiæque fungendæ potioribus[19] ducibus,[b] et relata tyranni fœda scelera fœdioresque libidines adeo mutavere animos, ut insepultum jacere corpus paulo ante desiderati regis paterentur. Cum ceteri ex conjuratis ad exercitum obtinendum remansissent, Theodotus[20] et Sosis regiis equis, quanto maximo cursu poterant, ut ignaros omnium regios opprimerent, Syracusas contendunt.[c] Ceterum prævenerat non fama solum, (qua

18 *Auditum* Edd. ante Gronov.—19 ' *Potioris* Drakenb. (quem recte deseruit h. l. Cl. Ernesti,) ex conjectura Gronovii plane superflua, immo etiam incommoda. Non enim de ducibus, sed de omnibus sermo est, nec tam perspicuum est, quomodo ducibus, sublato Hieronymo, militia potior fuerit, quam militibus magnum fuisse discrimen militiæ fungendæ, vel tyranno ignavo et pessimo duce, vel *potioribus ducibus* in republica libera. Corruptissime autem in Edd. ante Gronov. legebatur: *spe facta ex p. r. l. militi, atque fungendi potioribus ducibus.*' Stroth. Vid. Not. infra.—20 *Theodorus* Edd.

NOTÆ

[b] *Militiæque fungendæ* [*militi atque fungendi*] *potioribus ducibus*] Vulgaris hæc lectio est: mutavit Gronov. in *militiæque fungendæ potioris ducibus:* ut velle videatur spem ducibus factam potioris militiæ. Quod ferri potest. Aliunde, *spes facta largitionis militi,* recte habet: et *fungendi potioribus ducibus* dici potuit pro eo quod est, fungendi munere ac militia sub melioribus ducibus, quam tyrannus fuisset. Sic certe jurisconsulti dotem fungi, et functam esse dicunt absolute, de ea quæ in matrimonium data est.

[c] *Syracusas contendunt*] Jam diximus paulo ante Syracusas nobilissimam fuisse totius Siciliæ urbem maritimam in ejus parte orientali; eam condiderat Archias Heraclides Bacchiadarum Corinthiorum stirpe ortus, ex quatuor castellis pagisve formata

nihil in talibus rebus est celerius) sed nuntius etiam ex regiis servis. Itaque Andranodorus et Insulam et arcem et alia, quæ poterat, quæque opportuna erant, præsidiis firmarat. Hexapylo [d] Theodotus ac Sosis post solis occasum jam obscura luce invecti, cum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, travecti per Tycham,[1] simul ad libertatem, simul ad arma vocantes, in Achradinam [2] convenire jubent. Multitudo, pars procurrit in vias, pars [3] in vestibulis stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant, et, quid rei sit, rogitant. Omnia luminibus collucent, strepituque vario complentur. Armati locis patentibus congregantur. Inermes ex Olympii Jovis templo spolia Gallorum Illyriorumque, dono data Hieroni a populo Romano fixaque ab eo, detrahunt, precantes Jovem, ut volens propitius præbeat sacra arma, pro patria, pro Deum delubris, pro libertate sese armantibus. Hæc quoque multitudo, stationibus per principes regionum urbis dispositis, adjungitur. In Insula, inter cetera, Andranodorus præsidiis firmat horrea publica. Locus, saxo quadrato septus atque arcis in modum emunitus, capitur ab juventute, quæ præsidio ejus loci attributa erat, mittuntque nuntios in Achradinam, horrea frumentumque in senatus potestate esse.

22. Luce prima populus omnis armatus inermisque in Achradinam ad curiam convenit. Ibi pro Concordiæ ara, quæ in eo sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyænus [4] concionem et liberam et moderatam habuit: 'Ser-

ante Gronov.—1 Al. *Thicam* et *Ticam*.—2 Al. *Acradinam*.—3 ' Add. *ædium* Edd. ante Drak. Sed mallem etiam *procurrunt.... stant*.' Stroth.

NOTÆ

civitate, impositoque unius ex filiabus nomine. Hodie Siculis *Siracosa* dicitur, Hispanis dominantibus *Saragossa*. Ex quatuor urbibus constabat, ea nempe quæ Insula dicebatur, Acradina, (in qua templum Jovis Olympii,) Tycha, et Neapoli. Porro Insula Syracusarum proprie nomen tulit, junctaque erat ponte cum Acradina. His quatuor partibus adjiciuntur Epipolæ, quæ pars instar suburbii.

[d] *Hexapylo*] Porta fuit in ea parte quæ *Tyche* dicebatur.

vitudinis[5] indignitatisque homines expertos[e] adversus notum malum irritatos esse. Discordia civilis quas importet clades, audisse magis a patribus Syracusanos, quam ipsos vidisse. Arma quod impigre ceperint, laudare: magis laudaturum, si non utantur, nisi ultima necessitate coacti. In præsentia legatos ad Andranodorum mitti placere, qui denuntient, ut in potestate senatus ac populi sit, portas Insulæ patefaciat, reddat præsidium.[6 f] Si tutelam alieni regni suum regnum velit facere, eundem se censere, multo acrius ab Andranodoro, quam ab Hieronymo, repeti libertatem.' Ab hac concione legati missi sunt. Senatus inde haberi cœptus est. Quod sicut, regnante Hierone, manserat publicum consilium, ita post mortem ejus, ante eam diem, nulla de re neque convocati, neque consulti fuerant.[k] Ut ventum ad Andranodorum est, ipsum quidem movebat et civium consensus, et cum aliæ occupatæ urbis partes, tum pars Insulæ, velut[7] munitissima,[g]

[k] *Quod publicum consilium (Senatorum) manserat quidem Hierone regnante: sed ii post ejus mortem convocati non fuerant.*

4 Al. *Polynæus* et *Polyneus.*—5 Conj. Lips. *Servitii tædium.* J. F. Gronov. *Servitii pœnas indignitatesque.*—6 ' *Ut in potestate senatus ac populi sit, portas Insulæ patefaciat,* (ita unus Ms. ut infra ' patefactis Insulæ portis;' in plurimis *pateant,* et in Put. *apeat:* unde et *aperiat* conjicere possis,) *reddat præsidium,* locum præsidiis firmatum, vel potius juventutem seu milites, præsidio Insulæ attributos; Stroth. *portæ Insulæ pateant, reddat præsidium* omnes Edd. nisi quod *recedat* pro *reddat* e conj. substituit Gron. quem Crev. Drak. et Ern. secuti sunt. Sed *reddat* est in omnibus libris tam scriptis quam editis ante Gron. et *portas* in cunctis Mss. præter III. aut IV. Neque tamen deseruissem lectionem Gronov. si par esset librorum auctoritas.' *Rupert.*—7 ' *Vel* conjiciebat Gronovius, quod verum puto, certe *velut* incom-

NOTÆ

[e] *Servitudinis indignitatisque homines expertos*] Duo hic nova: vocabulum *servitudinis,* et *expertos* cum gignendi casu junctum; sed nomen *servitudinis* extat apud Festum: et Noster minus receptis loquendi formis, et nominum verborumque constructionibus non parcit: Lipsius tamen conjicit *servitii tædium.* Gronov. autem *servitii pœnas indignitatesque.*

[f] *Reddat* [*recedat*] *præsidium*] Ex Gronovii conjectura est: legitur vulgo *reddat præsidium,* nempe Andranodorus.

[g] *Pars Insulæ, velut munitissima*] Partem urbis intellige, quæ proprie Syracusæ, in Insula sitæ. Libens amplector emendationem Gronovii, qui legit *pars vel munitissima:* sumitur enim eleganter particula *vel,* pro inprimis, præcipue: hic autem intelliguntur horrea publica arcis in modum munita.

prodita atque alienata. Sed evocatum eum ab legatis Damarata[8] uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis ac muliebri spiritu, admonet sæpe usurpatæ Dionysii tyranni[9] vocis, qua, 'pedibus tractum, non insidentem equo,[h] relinquere tyrannidem,' dixerit, 'debere. Facile esse momento, quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ: facere et parare eam, difficile atque arduum esse. Paulum sumeret spatii[10] ad consultandum ab legatis. Eo uteretur ad arcessendos ex Leontinis milites: quibus si pecuniam regiam pollicitus esset, omnia in potestate ejus futura.' Hæc muliebria consilia Andranodorus neque tota aspernatus est, neque extemplo accepit: tutiorem ad opes affectandas ratus esse viam, si in præsentia tempori cessisset. Itaque legatos renuntiare jussit, futurum se in senatus ac populi potestate. Postero die luce prima, patefactis Insulæ portis, in forum Achradinæ venit. Ibi in aram Concordiæ, ex qua pridie Polyænus concionatus erat, escendit, orationemque eam orsus est, qua primum cunctationis[11] suæ veniam petivit. 'Se enim clausas habuisse portas, non separantem suas res a publicis, sed strictis semel gladiis timentem qui finis cædibus esset futurus: utrum, quod satis libertati[12] foret, contenti nece tyranni essent, an,[l] quicumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent, alienæ culpæ rei trucidarentur. Postquam animadverterit,[13] eos, qui liberassent

[l] *Sed quod metueret ac dubitaret quem finem habitura essent homicidia, si semel gladii stringerentur: an cives contenti futuri essent morte tyranni, quod quidem ad libertatem sufficeret: an vero, &c.*

modum.' *Stroth.*—8 *Demarata* Edd. ante Drak.—9 Conjiciunt *usurpatæ Dionysio tyranno* Duk. et Bauer.—10 Vox *spatii* abest ab optimis Mss. unde J. F. Gronov. conj. *moræ* excidisse post *sumeret*. Quærit Jac. Gronov. 'An potius in τῷ *Paulum* latet vox *spatium?* ut fuerit, *spatium sumeret ad consultandum.*'—11 Conj. Bauer. *cunctationi.*—12 Al. *libertatis.*—13 '*Postquam animadverterit* pro vulg. *animadvertit* dedi cum Stroth. suadentibus Gron. ac

NOTÆ

[h] *Pedibus tractum, non insidentem equo*] Tyranni quasi proverbialis sententia, qua significatur summæ potentiæ nonnisi ultima vi renuntiandum.

patriam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium;[m] non dubitasse, quin et corpus suum, et cetera omnia, quæ suæ fidei tutelæque essent, quoniam eum, qui mandasset, suus furor absumsisset, patriæ restitueret.' Conversus deinde ad interfectores tyranni, ac nomine appellans Theodotum ac Sosim: 'Facinus,' inquit, 'memorabile fecistis. Sed, mihi credite, inchoata vestra gloria, nondum perfecta, est; periculumque ingens manet, nisi paci et concordiæ consulitis,[i] ne libera efferatur res publica.'[n] 14 [k]

[m] *Ut ab omnibus in commune consuleretur.*

[n] *Ne ubi libera fuerit resp. cives nimium se extollant, atque ad lasciviam luxurient.*

Bauero, et postulante Latinitate.' *Rupert.*—14 '*Ne libera efferatur res publica,* (vel simpl. *res,* quod plerique libri exhibent,) non, ut VV. DD. putant, insolentius se efferat, (nam ita minus aptum *ingens periculum,* et in *pace* atque *concordia* magis verendum, ne luxurientur et sese efferant animi, quam in discordia; cf. I. 19. 22. XXV. 7.) sed sepeliatur, i. e. intereat, translatione a funere, quod *effertur,* desumta, ne libertas reip. modo parta ad ejusdem plane interitum pertineat; Stroth. Conl. XXVIII. 28. 'meo unius funere elata populi Rom. resp.' (et paulo ante: 'mecum expiratura resp. mecum casurum imperium') et XXXI. 29. 'Capua sepulcrum ac monumentum Campani populi, elato et extorri ejecto ipso populo.' Non male: sed quia nemo τὸ *efferri* simpl. pro *interire* posuit, cum Duk. et Drak. malim *ne libera* vel potius *libertate efferatur resp.* h. e. ne multitudo se libertate, maxime nova et insolita, insolentius efferat, eamque, dum sine modo exerceat, in licentiam convertat; ne libertas causa sit, ut insolentius se efferat: nam quod Cic. Tusc. IV. 17. dicit, is beatus est, 'cui nihil nimis lætabile ad efferendum videri potest,' et 'ratio præcipit, non bonum illud esse, quod aut cupias ardenter, aut adeptus efferas te insolenter.' Doer. conj. *libera efferetur resp.* h. e. ex libera fiat effera; et Gron. *ne libertate evertatur resp.*' Rupert.

NOTÆ

[i] *Nisi paci et concordiæ consulitis*] Hæc optima Vallæ correctio, ex codicibus illis in quibus *nisi faciet concordiæ consulitis.*

[k] *Ne libera efferatur res publica*] Non eo sensu hic accipiendum *efferatur,* quo dicuntur cadavera efferri, ut existimabat Sigon. adducto loco ex lib. XXVIII. 'meo unius funere elata populi Romani esset respublica:' sed ut *efferri* dicatur pro eo quod est supra modum extolli, ut apud Cic. II. contra Rullum; 'sed certo non continebuntur, progredientur longius, efferentur.' Et III. de Orat. 'dolore efferri et iracundia longius digredi quam deceat.' Metaphora itaque ab equis ducta, intelligitur periculum esse ne libertate abutantur Syracusani. Antea legebatur *res,* addidit literam *p* Sigonius, quasi litera prima sequentis vocis causa fuisset, ut hic a librario per incuriam omitteretur; sed res eodem redit: *rem* enim pro republ. sumi non est incognitum. Quod tamen Gronov. vult, *ne luxuriet effera res,* longius a textu abit.

23. Post hanc orationem claves portarum pecuniæque regiæ ante pedes eorum posuit. Atque illo quidem die dimissi ex concione læti, circa omnia fana Deum supplicaverunt cum conjugibus ac liberis: postero die comitia prætoribus[15] creandis habita. Creatus in primis Andranodorus; ceteri magna ex parte interfectores tyranni. Duos etiam absentes, Sopatrum ac Dinomenem,[16] fecerunt. Qui, auditis, quæ Syracusis acta erant, pecuniam regiam, quæ in Leontinis erat, Syracusas devectam, quæstoribus ad id ipsum creatis tradiderunt; et ea, quæ in Insula erat et Achradina, tradita est;[17] murique ea pars, quæ ab cetera urbe nimis firmo munimento intersepiebat Insulam, consensu omnium dejecta est. Secutæ et ceteræ res hanc inclinationem animorum ad libertatem. Hippocrates atque Epicydes, audita morte tyranni, quam Hippocrates, etiam nuntio interfecto, celare voluerat, deserti a militibus, quia id tutissimum ex præsentibus videbatur, Syracusas rediere. Ubi ne suspecti obversarentur,[18] [l] tanquam novandi res aliquam occasionem quærentes, prætores primum, dein per eos senatum adeunt. 'Ab Hannibale se missos' prædicant 'ad Hieronymum, tanquam amicum ac socium. Paruisse imperio ejus,[19] cujus imperator suus voluerit.[m] Velle ad Hannibalem redire. Ceterum, cum iter tutum non sit, vagantibus passim per totam Siciliam Romanis armis, petere, ut præsidii dent aliquid, quo Locros in Italiam per-

15 'Put. Pet. Voss. *prætorum:* unde non absurde suspicatur Salmasius, *comitia prætorum creandi.*' J. F. Gronov.—16 Al. *Deomenem* et *Dionem.*— 17 Quidam Mss. *erat, Achradinam translata est,* prob. J. F. Gronov. et al.— 18 *Observarentur* Edd. ante Crevier.—19 Delendum *τὸ ejus,* aut leg. *cui* monet J. F. Gronov. 'Durior sane omissio; at multo segnior onerosiorque ite-

NOTÆ

[l] *Ubi ne suspecti obversarentur* [*observarentur*] Mavult Gronov. *obversarentur,* id est, ne obversando et obambulando suspecti fierent. Sed nihil tanti est: habet enim non incommodum sensum *τὸ observarentur,* id est, notarentur tanquam suspecti.

[m] *Paruisse imperio ejus, cujus imperator suus voluerit*] Hoc melius, quam quod Gronov. vult, aut *τὸ ejus* deleri, aut scribi *cui:* est enim *paruisse imperio ejus,* cujus imperio parere imperator suus voluerit, nempe Hannibal.

ducantur. Gratiam magnam eos parva opera apud Hannibalem inituros.' Facile res impetrata: abire enim duces regios, cum peritos militiæ, tum egentes eosdem atque audaces, cupiebant: sed, quod volebant, non, quam maturato opus erat, naviter expediebant.[o] Interim juvenes militares et assueti militibus, nunc apud eos ipsos, nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus sociis Romanorum erat, nunc etiam apud infimæ plebis homines, crimina serebant in senatum optimatesque: ' id moliri[20] clam eos atque struere, ut Syracusæ per speciem reconciliatæ societatis in ditione Romanorum sint; dein factio et pauci auctores[1] fœderis renovati dominentur.'

24. His audiendis credendisque opportuna multitudo, major in dies, Syracusas confluebat: nec Epicydi[2] solum spem novandarum rerum, sed Andranodoro etiam, præbebat. Qui, fessus tandem uxoris vocibus, monentis, ' nunc illud esse tempus occupandi res, dum turbata omnia nova atque incondita[3] libertate essent,[p] dum regiis stipendiis pastus obversaretur miles, dum ab Hannibale missi duces, assueti militibus, juvare possent incepta,' cum Themisto,[4] cui Gelonis filia nupta, rem consociatam paucos post dies Aristoni cuidam tragico actori, cui et alia arcana committere assuerat,[5] incaute aperit.[q] Huic et genus et fortuna honesta erant; nec ars, quia nihil tale apud Græcos pudori est,[n] ea deformabat. Itaque, fidem potiorem ratus,

[o] *Verum Syracusani, id quod cupiebant, non tanta celeritate, quanta opus erat, exequebantur.*

[p] *Dum libertas adhuc incomposita esset, nec certis legibus firmata.*

[q] *Andranodorus Aristoni tragœdo revelat per imprudentiam se cum Themistio societatem occupandi principatum iniisse.*

ratio foret: si *cui* dedisset Livius, mollius foret.' *Bauer.*—20 Olim legebatur *optimatesque: moliri.* Vid. Not. Var.—1 Vet. lib. apud Sigon. *ac perpauci auctores.*

2 Edd. plerique ante *Epicydi* addunt *Hippocrati et*, quæ ab optimis Mss.

NOTÆ

[n] *Nec ars . . . . apud Græcos pudori est*] Ita quidem apud Græcos, quia natio comœda est; aliter apud Romanos, nam edicto prætoris notantur infamia qui artis ludicræ pronuntiandive causa in scenam prodierint.

quam patriæ debebat, indicium ad prætores defert. Qui ubi rem haud vanam esse certis indiciis compererunt, consultis senioribus, et auctoritate eorum præsidio ad fores posito, ingressos curiam Themistum atque Andranodorum interfecerunt; et cum tumultus ab re in speciem atrociore, causam aliis ignorantibus, ortus esset, silentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt. Qui cum ordine omnia edocuisset, et[6] principium conjurationis factum ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis, quibus Themisto juncta esset; Afrorum Hispanorumque auxiliares instructos ad cædem prætorum principumque aliorum; bonaque eorum prædæ futura interfectoribus pronuntiatum; jam mercenariorum manum assuetam imperiis Andranodori paratam fuisse ad Insulam rursus occupandam; singula deinde, quæ per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam conjurationem ante oculos posuisset: senatui quidem tam jure cæsi, quam Hieronymus, videbantur. Ante curiam variæ atque incertæ rerum multitudinis clamor erat. Quam, ferociter minitantem in vestibulo curiæ, corpora[7] conjuratorum eo metu compresserunt, ut silentes integram plebem in concionem sequerentur.[r] Sopatro mandatum ab senatu et ab collegis, ut verba faceret.

25. Is, tanquam reos ageret, ab[8] anteacta vita orsus, quæcumque post Hieronis mortem sceleste atque impie facta essent, Andranodorum ac Themistum arguit fecisse. [s] Quid enim sua sponte fecisse[9] Hieronymum[o] puerum, ac

[r] *Fiebat ante curiam vociferatio vulgi, quod mutabile, ac dubium erat quid ageretur, quidve agendum esset: verum hanc multitudinem minas cum ferocia intentantem, tanto cum timore represserunt cadavera Andranodori et Themistii pro foribus curiæ exposita, ut conjurati plebem bene animatam secuti sint ad concionem.*

absunt.—3 Al. *incognita.*—4 Al. *Themistio.*—5 Al. *assueverat.*—6 Τὸ *et* post *edocuisset* delendum monet Doering.—7 Olim legebatur sine commate *in vestibulo curiæ corpora.*

8 *Agebat. ab* Edd. ante Drak.—9 [s] Hoc *fecisse* spurium putat Gronov.

NOTÆ

[o] *Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum*] Non video cur Gronov. pro insititio respuat τὸ *fecisse*, quasi non eleganter dicatur Hieronymum nec fecisse sponte, nec vero qua ætate erat, facere quicquam potuisse, &c.

vixdum pubescentem facere potuisse? Tutores ac magistros[10] ejus[p] sub aliena invidia regnasse. Itaque aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo perire eos debuisse. At illos, debitos jam morti destinatosque, alia nova scelera post mortem tyranni molitos: palam primo, cum clausis Andranodorus Insulæ portis hæreditatem regni creverit,[q] quæque procurator tenuerat, pro domino possederit;[s] proditus deinde ab eis, qui in Insula erant, circumsessus ab universa civitate, quæ Achradinam tenuerit, nequicquam palam atque aperte petitum regnum clam et dolo affectare conatus sit, et ne beneficio quidem atque honore potuerit vinci, cum inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset prætor. Sed animos eis regios conjuges regias fecisse, alteri Hieronis, alteri Gelonis, filias nuptas.' Sub hanc vocem[t] ex omnibus partibus concionis clamor oritur, nullam earum vivere debere, nec quenquam superesse tyrannorum stirpis. Hæc natura multitudinis est; aut servit humiliter,[r] aut superbe dominatur: libertatem, quæ media est,[s] nec spernere[11] modice, nec habere

[s] *Et regiam potentiam, quam prius tanquam tutor et procurator exercuerat, postea possederit tanquam dominus.*
[t] *Post hæc dicta.*

potuit utique ex superiori irrepsisse, nisi forsan exciderit *aut* ante *puerum*, quod etiam Drakenborchius monuit.' *Stroth.*—10 *Magistratus* Edd. ante Gronov. et Mss. omnes.—11 ' Quicquid Gronov. præter morem de *spernenda libertate* argutetur, ego tamen (conjecturam viri docti, quem refutavit) *spe-*

NOTÆ

[p] *Tutores ac magistros* [*magistratus*] *ejus*] Gron. *magistratus* mutat in *magistros:* fateor quidem reprehensurum neminem, si *magistros* dixisset Livius; immo rectius forte id futurum: sed quando scripti libri repugnant, indagandus est verus sensus, salva communi lectione; possuntque intelligi tutores illi, et magistratus majores ab ipsis constituti, nomine et auctoritate Hieronymi, omnia revera egisse regis nomine, in quem omnium rerum ab illis male gestarum invidia recideret.

[q] *Hæreditatem regni creverit*] *Cernere hæreditatem* est decernere, et matura deliberatione habita palam testari se hæredem alicujus esse velle.

[r] *Aut servit humiliter*] Similis Taciti locus lib. I. Annal. ' in vulgo nihil modicum: terrere ni paveant; ubi pertimuerint, impune contemni.'

[s] *Libertatem, quæ media est*] Vera libertas media est ' inter deforme obsequium et præruptam audaciam,' ut recte Tacitus.

sciunt:[u] et non ferme desunt irarum indulgentes ministri,[t] qui avidos atque intemperantes plebeiorum animos[12] ad sanguinem et cædes irritent, sicut tum extemplo prætores rogationem promulgarunt: acceptaque pæne prius, quam promulgata, est, ut omnis regia stirps interficeretur.[13] Missique a prætoribus Damaratam[14] Hieronis, et Harmoniam Gelonis filias, conjuges Andranodori et Themisti, interfecerunt.

26. Heraclea erat filia Hieronis, uxor Zoippi;[15][u] qui, legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemæum missus, voluntarium consciverat exilium. Ea cum ad se quoque venire[16][x] præsciisset, in sacrarium ad penates[y] confugit cum duabus filiabus virginibus, resolutis crinibus, miserabilique alio habitu: et ad ea addidit preces, nunc[17] 'per

[u] *Nec potest vulgus libertatem aut moderate contemnere, cum ea caret; aut moderate exercere, cum ea potitur.*

****

rare probo.' *Bauer.* Vid. Not. Var.—12 '*Intemperantes plebeiorum animos.* Id quoque correctorum erit haud dubie. Voss. *plubiciorum.* Gud. et Cantabr. *publiciorum.* De Puteano nihil notatum invenio, etsi non dubitem, quin par illic sit diversitas. Delibera, fueritne *humiliorum,* an *vulgi civium.*' Jac. Gronov.—13 Vet. lib. apud Sigon. *ut omnes regiæ stirpis interficerentur.* —14 Al. *Demaratam.*

15 *Sosippi* Edd. ante Gronov.—16 '*Venire* sc. missos a prætoribus; magis tamen placet *veniri,* quod jam J. F. Gronovio in mentem venit.' *Doering.* Si quid mutandum *præsensisset* malit Bauer.—17 'Particulam *nunc* delere cupiebat Crevierius, quia non haberet quo referretur. Nisi forte anacoluthon dicere malis, referri videtur ad *tum,* quod infra sequitur. *Nunc,* i. e. primo, sibi ut parceretur rogabat, *tum,* omissis pro se precibus, puellis ut saltem parcere orare institit.' *Stroth.* 'Forte ante *nunc* quædam excidere,

NOTÆ

[t] *Irarum indulgentes ministri*] Sic a Bruto et Senatoribus, Tarquinii bona diripienda plebi sunt data, ut contacta regia præda spem in perpetuum cum eo pacis amitteret, lib. II. cap. 5.

[u] *Uxor Zoippi*] Variat hoc nomen pro variis exemplaribus: alii habent *Sosippum;* alii *Zoilum:* sed apud Polybium constanter *Zoippus* est.

[x] *Ad se quoque venire*] Melius sane *veniri,* quod vult Gronov. vel intelligas missos a prætoribus venire.

[y] *In sacrarium ad penates*] Sacrarium locus erat in interiore ferme ædium parte, ubi sacra reposita. Hic lararium intelligit, in quo domestici Dii, qui promiscue lares et penates. Eorum colendorum mos apud Veteres ab Ægyptiis originem habuisse creditur, qui majorum suorum corpora domi asservabant, et velut familiaria numina venerabantur.

memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare sinerent. Nihil se ex regno illius, præter exilium viri, habere: neque fortunam suam eandem vivo Hieronymo fuisse, quam sororis; neque interfecto eo causam eandem esse. Quid? quod, si Andranodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura; sibi cum ceteris serviendum. Si quis Zoippo nuntiet, interfectum Hieronymum, ac liberatas Syracusas, cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit navim, atque in patriam rediturus? Quantum spes hominum falli![18 z] In liberata patria conjugem ejus ac liberos de vita dimicare; quid obstantes libertati, aut legibus? Quod ab se cuiquam periculum, a[19] sola ac prope vidua, et puellis in orbitate degentibus, esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri: invisam tamen[20 a] regiam stirpem esse. Ablegarent ergo procul ab Syracusis Siciliaque, et asportari Alexandriam[b] juberent, ad virum uxorem, ad patrem filias.' Aversis auribus animisque, casse[c] ne tempus tereretur, ferrum[1] quosdam expedientes cernebat. Tum, omissis pro se precibus, ' puellis ut saltem parcerent,' orare institit: ' a qua ætate etiam hostes iratos abstinere,[2 d] ne, tyrannos ulciscendo, quæ odissent,

v. c. *nunc per Deos;* vel pro *nunc* legendum *orans.*' Rupert.—18 *Falli* ex emend. J. F. Gronov. pro vulg. *fallit.*—19 Præpositionem *a* delendam monet J. F. Gronov.—20 Al. *invisam tantum.*—1 Vid. inf. et Not. Var. ' Perperam Edd. ab Ascens. ad Drak. *enim*, quod ab omnibus Mss. abest, inserunt post *ferrum*, et verba *ferrum . . . cernebat* uncinis includunt. *ut ferrum . . . cernebat; tum* malebat Roëll. et *cernens, tum* (quod ita haud aptum) . . . *institit* Doering.'

NOTÆ

z *Quantum spes hominum falli*] Vul. *fallit.* Sed Gronovio placet *falli:* placet et mihi; quod oratio hæc tota obliqua sit.

a *Invisam tamen*] Objectio est, quam sibi opponit Heraclea, et proposito exilio suo diluit.

b *Alexandriam*] Ad maritum nempe, qui jam apud Ptolemæum Ægypti regem sibi exilium indixerat, ut supra.

c *Aversis auribus animisque, casse* [*a se*] Recte, opinor, ita Ruben. legit, ubi vul. *casse;* ut hæc sit sententia: quoniam videbat Heraclea quosdam ferrum expedientes seu stringentes: aversis ab ipsa auribus atque animis omnium, destitit pro se deprecari.

d *Abstinere*] Ita scripti. Nihil tamen huic lectioni cedit vulgaris, *a qua ætate etiam hostes irati abstinerent.*

scelera imitarentur.' Inter hæc abstractam a penetralibus jugulant: in virgines deinde, respersas matris cruore, impetum faciunt. Quæ, alienata mente simul luctu metuque, velut captæ furore, eo cursu[3] se ex sacrario proripuerunt, ut, si effugium patuisset in publicum, impleturæ urbem tumultu fuerint. Tum quoque haud magno ædium spatio, inter medios tot armatos, aliquoties integro corpore evaserunt, tenentibusque, cum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt:[4] tandem, vulneribus confectæ, cum omnia replessent sanguine, exanimes corruerunt; cædemque per se miserabilem miserabiliorem casus fecit, quod paulo post nuntius venit, mutatis repente ad misericordiam animis,[e] ne interficerentur.[x] Ira deinde ex misericordia orta, quod adeo festinatum ad supplicium, neque locus pœnitendi aut regressus ab ira relictus esset. Itaque fremere multitudo, et in locum Andranodori ac Themisti (nam ambo prætores fuerant) comitia poscere: quæ nequaquam ex sententia prætorum futura essent.

27. Statutus est[5] comitiis dies: quo, nec opinantibus omnibus,[y] unus ex ultima turba Epicydem nominavit, tum inde alius Hippocratem. Crebriores deinde eæ voces, et cum haud dubio assensu multitudinis esse.[z] Et erat confusa concio, non populari modo, sed militari quoque turba,[6] magna ex parte etiam perfugis, qui omnia novare cupiebant, permixtis. Prætores dissimulare primo, et trahen-

[x] *Cum Senatus populusque subito animum flexissent ad misericordiam, nuntius ab eis missus advenit vetans ne occiderentur Heraclea et filiæ.*

[y] *Nemine id opinante, sive inopinato.*

[z] *Hæ voces nominantium Hippocratem et Epicydem, excipiebantur indubitato et aperto consensu plebis.*

Rupert.—2 Olim legebatur, *hostes irati abstinerent.*—3 *Eo cursu* ex conj. Florebelli. In Mss. et Edd. ante Gronov. *cursu* et *occursu.*—4 ' *Sese eripuerunt* non extant in Ms. Cantabr. et glossam redolent, ad præcedd. in quibus eadem inest sententia, ascriptam.' *Rupert.*

5 ' Put. et Pet. *essent.* Forte, *Statutus est inde comitiis dies.*' J. F. Gro-

NOTÆ

[e] *Mutatis repente... animis*] Senatus nempe et populi Syracusani animis ad miserationem flexis.

da re esse:[a] [7] postremo victi consensu, et seditionem metuentes, pronuntiant eos prætores. Nec illi primo statim creati nudare, quid vellent: quanquam ægre ferebant, et de induciis dierum decem legatos isse ad Ap. Claudium, et, impetratis eis, alios, qui de fœdere antiquo renovando agerent, missos. Ad Murgantiam[8] [f] tum classem navium centum Romanus habebat, quonam evaderent[9] motus ex cædibus tyrannorum orti Syracusis, quove eos ageret nova atque insolita libertas, opperiens. Per eosdem dies cum ad Marcellum, venientem in Siciliam, legati Syracusani missi ab Appio essent, auditis conditionibus pacis, Marcellus, posse rem convenire ratus, et ipse legatos Syracusas, qui coram cum prætoribus de renovando fœdere agerent, misit. Et jam ibi nequaquam eadem quies et tranquillitas erat. Postquam Punicam classem accessisse Pachynum[g] allatum est, demto timore Hippocrates et Epicydes, nunc apud mercenarios milites, nunc apud transfugas, prodi Romano[10] Syracusas, criminabantur. Ut vero Appius naves ad ostium portus, quo aliæ partis[h] hominibus animus accederet,[11] in statione habere cœ-

[a] *Et in eo erant, sive in id tendebant, ut rem differrent.*

nov.—6 ' Optimus *turbus.* Scribe *turbis.*' J. F. Gronov.—7 ' *Trahendam rem* multi Mss. et Edd. ante Gronov. *in trahenda re* conj. Duker. Forte leg. *trahendam rem censere,* vel *trahendæ rei esse.*' Rupert.—8 Al. *Morgentiam.*—9 Al. *quo evaderent.* Put. Pet. Voss. *quoniam evad.* Men. *quam evad.*—10 *Prodi Romanis* Edd. ante Gronov.—11 *At vero App. n. ad o. portus, quid aliæ partis hom. animi accederet, opperiens, in statione* Edd. ante Gronov. Bauero legendum videtur *alius* vel *alterius* vel potius *suæ.*

NOTÆ

[f] *Murgantiam*] Alii *Morgentium.* Oppidum Siciliæ fuit a Morgetibus antiquissimis Italiæ populis, inter Catanam et Hyblam (quæ et Megara) paulo supra Simæthi ostium, ad latus insulæ orientale: diversa ab ejus nominis urbe, quæ apud Samnites tempore Strabonis jam interierat. Locus nunc vulgo *Murgo* vocatur, teste Fazello, in confinio vallium Demonæ et Noti.

[g] *Pachynum*] Ex tribus Siciliæ promontoriis unum, quo maxime in meridiem latere orientali procurrit insula; a Syracusis in austrum ad 40. mill. hodie vocatur *Capo Pássaro.*

[h] *Aliæ partis*] Minus usitatum *aliæ partis hominibus,* pro *alterius partis,* sive diversarum partium; nimirum illi ex Syracusanis, qui ad Romanos inclinabant, a Pœnis aversi.

pit, ingens in speciem criminibus vanis accesserat fides: ac primo etiam tumultuose decurrerat multitudo ad prohibendos, si in terram egrederentur.

28. In hac turbatione rerum in concionem vocari placuit.[i] Ubi cum alii alio tenderent, nec procul seditione[12] res esset, Apollonides, principum unus, orationem salutarem, ut in tali tempore, habuit: ‘ nec spem salutis, nec perniciem propiorem unquam civitati ulli fuisse. Si enim uno animo omnes vel ad Romanos, vel ad[13] Carthaginienses inclinent, nullius civitatis statum fortunatiorem beatioremve fore. Si alii alio trahant res,[14] non inter Pœnos Romanosque bellum atrocius fore, quam inter ipsos Syracusanos; cum intra eosdem muros pars utraque[15] suos exercitus, sua arma, suos habitura sit duces. Itaque, ut omnes idem sentiant, summa vi agendum esse: utra societas sit utilior, eam longe minorem ac levioris momenti[k] consultationem esse.[16] Sed tamen Hieronis potius, quam Hieronymi, auctoritatem sequendam in sociis legendis, vel[17] quinquaginta annis feliciter expertam amicitiam nunc incognitæ, quondam infideli,[l] præferendam. Esse etiam

12 *Procul a seditione* Edd. ante Drak.—13 *Ad* del. Gronov.—14 *Beatiorem fore. Si alii* cet. ex emend. Salm. et Gron. *creatiorem fore. si alialio trahant res* Ms. Put. Vulgo *gravioremve* vel *gratioremve fore. si alia alio trahat res.*—15 *Pars unaquæque* Edd. ante Gronov.—16 ‘ *Utilior, longe minoris adeo rem momenti consultatione esse. Sed* Edd. ante Gronov. nisi quod corruptissima Gruteri etiam conjunctionem *Sed* omittit.’ *Stroth.*—17 ‘ Ante *vel* excidisse *ostendere* conj. Glar. Verum *et* potius leg. pro *vel* cum Gron.’ *Rupert.*—

NOTÆ

[i] *In concionem vocari placuit*] Populum nempe, sive eos, qui jus suffragii haberent. Ita Noster sæpe ‘ in Senatum vocari’ dicit, ubi alii simplicius dicerent ‘ Senatum vocari.’

[k] *Longe minorem ac levioris momenti*] Hæc correctio ex opt. cod. Palat. hausta a Gronovio est.

[l] *Nunc incognitæ, quondam infideli*] Carthaginiensium fidem nondum satis exploratam hoc tempore habebant Syracusani, ardente hoc cum Romanis bello. At olim eis tempore Gelonis bellum intulerant, atque Himeram urbem destruxerant: tum etiam Selinuntem populati fuerant, Agrigentum ceperant; et, quod caput est, Syracusas obsederant circa ann. U. C. 355. regnante Dionysio, ac deinde, pulso Dionysio juniore, vincendi fuerant a Timoleonte iidem Carthaginienses: unde aliquanto post Hiero ad Romanos transierat, eorumque societatem per annos quinquaginta coluerat.

momenti aliquid ad consilium, quod Carthaginiensibus ita pax negari possit, ut non utique in præsentia bellum cum eis geratur: cum Romanis extemplo aut pacem, aut bellum habendum.'[m] Quo minus cupiditatis ac studii visa est oratio habere, eo plus auctoritatis habuit. Adjectum est prætoribus ac delectis senatorum militare etiam consilium. Jussi et duces ordinum præfectique auxiliorum simul consulere.[18] Cum sæpe acta res esset magnis certaminibus,[19 n] postremo, quia belli cum Romanis gerendi ratio nulla apparebat, pacem fieri placuit, mittique cum eis[20 o] legatos ad rem confirmandam.

29. Dies haud ita multi intercesserunt,[1] cum ex Leontinis legati, præsidium finibus suis orantes, venerunt: quæ legatio peropportuna visa ad multitudinem inconditam ac tumultuosam exonerandam ducesque ejus ablegandos. Hippocrates prætor ducere eo transfugas jussus: secuti multi ex mercenariis auxiliis, quatuor millia armatorum effecerunt. Et mittentibus et missis ea læta expeditio fuit. Nam et illis,[p] quod jam diu cupiebant, novandi res occasio data est; et hi,[q] sentinam quandam urbis rati exhaustam, lætabantur. Ceterum levaverunt modo in præsentia velut corpus ægrum, quo mox in graviorem morbum recideret.

18 'Verba *jussi et duces ordinum .... consulere* sunt forte glossa et interpretamentum, præcedentibus in marg. ascriptum.' *Rupert.*—19 *Mediis certam.* Edd. ante Gronov.—20 'Verba *cum eis* post *placuit* aut *rem* ponenda videri, jam alii monuere.' *Rupert.*

NOTÆ

[m] *Cum Romanis extemplo aut pacem, aut bellum habendum*] Romana quippe classis jam in portu Syracusano, quo adducta ab Ap. Claudio; et in Sicilia cum terrestribus copiis Marcellus erat. Carthaginiensium vero classis adhuc procul inde ad Pachynum.

[n] *Magnis certaminibus*] Ita, quasi ex Put. ubi *Mænis certaminibus*, Gronov. scripsit. Legitur vulgo, forte non omnino male, *mediis certaminibus*. Est enim *inter media certamina* deliberantium; quæ effecerunt, ut sæpius deliberandum fuerit.

[o] *Mittique cum eis*] Non male Glar. intelligit, cum Romanis legatis, a Marcello missis, mittendos ad eum legatos a Syracusanis.

[p] *Nam et illis*] Missis, nempe Hippocrati, transfugis et mercenariis, qui Pœnis studebant.

[q] *Et hi*] Mittentes, nimirum principes Syracusanorum, qui ad Romanorum partes magis propensi.

Hippocrates enim finitima provinciæ Romanæ[r] primo furtivis excursionibus vastare cœpit: deinde, cum ad tuendos sociorum agros missum ab Appio præsidium esset, omnibus copiis impetum in oppositam stationem cum cæde multorum fecit. Quæ cum essent nuntiata Marcello, legatos extemplo Syracusas misit, qui pacis fidem ruptam esse dicerent: nec belli defuturam unquam causam, nisi Hippocrates atque Epicydes non ab Syracusis modo, sed tota procul Sicilia, ablegarentur. Epicydes, ne aut reus criminis absentis fratris præsens esset, aut deesset pro parte sua concitando bello, profectus et ipse in Leontinos, quia satis eos adversus populum Romanum concitatos cernebat, avertere etiam ab Syracusis cœpit. 'Nam ita eos pacem pepigisse cum Romanis, ut, quicumque populi sub regibus fuissent, et suæ ditionis essent;[b] nec jam libertate contentos esse, nisi etiam regnent[2] ac dominentur. Renuntiandum igitur eis esse, Leontinos quoque æquum censere liberos esse;[c] vel quod in solo urbis suæ tyrannus ceciderit, vel quod ibi primum conclamatum ad libertatem, relictisque regiis ducibus Syracusas sit concursum. Itaque aut eximendum id de fœdere esse, aut legem eam fœderis non accipiendam.' Facile multitudini persuasum: legatisque Syracusanorum, et de cæde stationis Romanæ querentibus, et Hippocratem atque Epicydem abire seu Locros, seu quo alio mallent, dummodo Sicilia cederent, jubentibus, ferociter responsum est: 'Neque mandasse sese Syracusanis, ut pacem pro se cum Romanis facerent: neque teneri alienis fœderibus.' Hæc ad Romanos Syracusani detulerunt,

[b] *Essent etiam sub imperio Syracusanorum.*
[c] *Sibi æquum videri ut etiam Leontini ipsi liberi sint.*

1 *Intercesserant* Edd. ab Ascens. ad Gronov.—2 *Regant* Grut. Gronov. Doujat.

NOTÆ

[r] *Finitima provinciæ Romanæ*] Loca scilicet ditionis Romanæ vicina Leontinis: idque contra mentem Syracusanorum, qui legatos ad Marcellum miserant, de fœdere acturos.

abnuentes, ‘ Leontinos in sua potestate esse.[d] Itaque integro secum fœdere bellum Romanos cum iis gesturos. Neque sese defuturos ei bello; ita ut in potestatem redacti suæ rursus ditionis essent, sicut pax convenisset.’

30. Marcellus cum omni exercitu profectus in Leontinos, Appio quoque accito, ut altera parte aggrederetur, tanto ardore militum est usus ab ira[3 s] inter conditiones pacis[t] interfectæ stationis, ut primo impetu urbem expugnarent. Hippocrates atque Epicydes, postquam capi muros refringique portas videre, in arcem sese cum paucis recepere. Inde clam nocte Herbessum[u] perfugiunt. Syracusanis, octo millium armatorum agmine profectis domo, ad Mylam[x] flumen nuntius occurrit, ‘ captam urbem esse;’ cetera falsa mixta veris ferens: ‘ cædem promiscuam militum atque oppidanorum factam, nec quenquam puberem[4] arbitrari superesse: direptam urbem: bona locupletium donata.’ Ad nuntium tam atrocem constitit agmen; concitatisque omnibus, duces, (erant autem Sosis ac Dinomenes,) quid agerent, consultabant. Terroris[5] speciem[e y] haud va-

[d] *Syracusani de Leontinis conquesti apud Romanos, negabant illos sibi obsequi velle.*

[e] *Transfugarum supplicium, qui securi fuerant percussi, ansam non omnino vanam præstiterant mentiendi per errorem.*

3 ‘ Vulgo *ob iram.* Malim etiam *conditionem,* dum pax conditur, dum de pace paciscenda agitur.’ *J. F. Gronov.*—4 ‘ Put. Pet. melior, Men. Voss. *quicquam.* Scribe, *nec quicquam puberum.*’ J. F. Gronov.—5 *Erroris* omnes

NOTÆ

[s] *Ab ira*] Vulgo *ob iram,* eodem sensu; sed illud a Lipsio auctoribus manuscriptis; propter iram, scilicet conceptam ex eo, quod hostes præsidium Romanum in statione positum interfecissent dum ageretur de conditionibus pacis.

[t] *Inter conditiones pacis*] Mavult Gronovius *inter conditionem,* id est, dum pax conditur, dum agitur de pace.

[u] *Herbessum*] Duæ fuere in Sicilia urbes *Herbesi,* sive *Erbessi,* nomine: alia circa Agrigentum: altera vero in Syracusanorum finibus, de qua hic agitur: quæ Fazelo est hodie *Pantalica;* Cluverio et Brietio probabilius, *Palazzuolo,* circa fontem Anapi Syracusarum fluvii, in provincia Siciliæ cui nomen *Valle di Noto.*

[x] *Ad Mylam*] Inter Megaram et Leontinos fluit Myla: Fazellus et Bonfilius putant esse illud flumen, quod *Marcellino* vocatur. Aretius et Leander esse *Fiume di S. Giuliano,* cujus ostium *Fiume Yaddeda,* quorum in opinionem Cluver. inclinat.

[y] *Terroris* [*Erroris*] *speciem*] Pet.

nam mendacio præbuerant verberati ac securi percussi transfugæ ad duo millia hominum. Ceterum Leontinorum militumque aliorum nemo, post captam urbem, violatus fuerat: suaque omnia eis, nisi quæ primus tumultus captæ urbis absumserat, restituebantur. Nec ut Leontinos[6] irent,[z] proditos ad cædem commilitones querentes, perpelli potuere, nec ut eodem loco certiorem nuntium expectarent. Cum ad defectionem inclinatos animos cernerent prætores, sed eum motum haud diuturnum fore, si duces amentiæ sublati essent; exercitum ducunt Megaram.[7][a] Ipsi cum paucis equitibus Herbessum proficiscuntur, spe, territis omnibus, per proditionem urbis potiundæ. Quod ubi frustra eis fuit inceptum, vi agendum rati, postero die Megaris castra movent, ut Herbessum omnibus copiis oppugnarent. Hippocrates et Epicydes, non tam tutum prima specie, quam unum, spe undique abscissa, consilium esse rati, ut se militibus permitterent, et assuetis magna ex parte sibi, et tum fama cædis commilitonum accensis, obviam agmini procedunt. Prima forte signa sexcentorum Cretensium erant, qui apud Hieronymum meruerant[b] sub eis, et

fere libri. *Rumoris vani* conj. Schelius.—6 *In Leontinos* Grut.—7 *Megara* pro

NOTÆ

habet *terroris speciem*, quod Gronov. probat. Schelius apud eum malebat *Rumoris speciem haud vani:* ad rem apte, minus ad verba Auctoris.

[z] *Nec ut Leontinos irent*] Sigon. inseruit præpositionem *in: nec ut in Leontinos irent;* quasi Leontini nomen tantum populi esset: cum sit et oppidi.

[a] *Exercitum ducunt Megaram*] A Megarensibus Græcis condita fuit Megara, ad flumen Alabum sive Alabonem, qui vulgo nunc accolis *Cantaro;* urbs antea a duce Hyblone *Hybla* dicebatur. Græci τὰ Μέγαρα dixerunt in plurali numero. Unde sinus Megarensis, ad quem nunc *Augusta:* fuit in ora Siciliæ orientali non procul vico cui hodie nomen *Mirilli.* Ab hac Hybla parva mel Hyblæum. Fuere enim tres ejus nominis urbes in Sicilia ex Stephano, correcto a Cluverio. Parva hæc in ora orientali, cujus oppidani *Megarenses* et *Galeotæ* vel *Gereatæ:* duæ aliæ in mediterraneis: minor, quæ alio nomine Heræa, meridiem versus ad Hirminium fl. vulgo *Ragusa;* et major in agro Catanensi, cujus incolæ Hyblæi simpliciter, ad Simæthum fl. sub Ætnæ montis radicibus, nunc *Paterno,* aut circa.

[b] *Qui apud Hieronymum meruerant*] Hi Cretenses conducti prius ab Hie-

Hannibalis beneficium habebant, capti ad Trasimenum inter Romanorum auxilia[8] dimissique. Quos ubi ex signis armorumque[9] habitu cognovere Hippocrates atque Epicydes, ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes, orare, 'ut reciperent sese receptosque tutarentur, neu proderent Syracusanis, a quibus mox ipsi trucidandi populo Romano dederentur.'

31. 'Enimvero,' conclamant, 'bonum ut animum haberent: omnem se cum illis fortunam subituros.' Inter hoc colloquium signa constiterant, tenebaturque agmen; necdum, quæ moræ causa foret, pervenerat ad duces. Postquam Hippocraten atque Epicyden adesse[10] pervasit rumor, fremitusque toto agmine erat haud dubie approbantium adventum eorum; extemplo prætores citatis equis ad prima signa perrexerunt, 'Qui mos ille, quæ licentia Cretensium esset,' rogitantes, 'colloquia serendi cum hoste, injussuque prætorum miscendi eos agmini suo?' Comprehendi injicique catenas jusserunt Hippocrati.[11] Ad quam vocem tantus extemplo primum a Cretensibus[12] clamor est ortus, deinde exceptus ab aliis, ut facile, si ultra tenderent, appareret, eis timendum esse.[f] Soliciti incertique rerum suarum Megaram, unde profecti erant, referri signa jubent, nuntiosque de statu præsenti Syracusas mittunt. Fraudem quoque Hippocrates addit, inclinatis ad omnem suspicionem animis; et, Cretensium quibusdam ad itinera insidenda missis, velut interceptas literas, quas ipse composuerat, recitat: 'Prætores Syracusani consuli Marcello.' Secun-

f Ut judicari posset, esse quod sibi prætores ipsi timerent si ulterius perseverarent in incepto vinciendi Hippocratem.

Megaram conj. J. F. Gronov.—8 Al. *inter Romana auxilia.*—9 *Armatorumque* Edd. al.

10 In uno Ms. *esse*, non improb. Stroth. Verbum *adesse* in nullo Ms. extat, prob. Gron. ut intell. *moræ causas esse.*—11 *Vincirique catenis Hippocratem* Edd. ante Gronov. Vid. Not. Var.—12 *Cretibus* pro *Cretensibus* edidere

NOTÆ

rone avo Hieronymi, atque ab eo inter auxilia missi ad Romanos, capti fuerant ad Trasimenum ab Hannibale, ac dimissi.

dum salutem,[13] ut assolet, scriptum erat: ‘ Recte eum atque ordine fecisse, quod in Leontinis nulli pepercisset. Sed omnium mercenariorum militum eandem esse causam, nec unquam Syracusas quieturas, donec quicquam externorum auxiliorum aut in urbe aut in exercitu suo esset. Itaque daret operam, ut eos, qui cum suis prætoribus castra ad Megaram haberent, in suam potestatem redigeret, ac supplicio eorum[g] liberaret tandem Syracusas.’ Hæc cum recitata essent, cum[14] tanto clamore ad arma discursum est, ut prætores inter tumultum pavidi adequitaverint[15] Syracusas.[h] Et ne fuga quidem[16] eorum seditio compressa est, impetusque in Syracusanos milites fiebant:[c] nec ab ullo temperatum foret, ni Epicydes atque Hippocrates iræ multitudinis obviam issent; non a misericordia aut humano consilio,[i] sed ne spem reditus præciderent sibi, et cum ipsos simul milites fidos haberent, simul obsides, tum cognatos quoque eorum atque amicos tanto merito primum, dein pignore sibi conciliarent: expertique, quam vana aut levi aura mobile vulgus esset, militem nancti[17] ex eo numero, qui in Leontinis circumsessi erant, subornant, ut Syracusas perferret nuntium convenientem eis, quæ ad Mylam falso nuntiata erant, auctoremque se exhibendo, ac velut visa, quæ dubia erant, narrando, concitaret iras hominum.

32. Huic non apud vulgum modo fides fuit, sed senatum quoque in curiam introductus movit.[18] Haud vani qui-

[g] *Et per ipsorum pœnas.* [h] *Syracusas in equis profecti sunt.*
[i] *Non ex miseratione, aut consilio, et cogitatione humanitatis suggerente.*

Gronov. Crevier. et Drak. quia in Ms. Put. est *Crentibus.*—13 *Præt. Syrac. Marcello suo salutem* Edd. plerique ante Gronov.—14 *Cum* abest ab Edd. ante Gronov.—15 ‘ *Adequitaverint* quidam Mss. alii *abequitaverint.* Illos secuti Gronov. et Drak. hos rectius forsan Crev. et Stroth. Quidam *obequitaverint* Edd. ante Gronov.’ *Rupert.*—16 *Sed ne fuga q.* malebat Duker.—17 *Nacti* Edd. ante Gronov. et Kreyssig.

18 ‘ Placet τὸ *movit,* etsi Pet. *monuit.* Pal. Men. *ammonuit.* Put. *monuit*

NOTÆ

[c] *Impetusque . . . fiebant*] Vulgo *fiebat;* sed hic pluribus simul locis impetum sparsim factum designare voluit.

dam homines palam ferre, ‘ perbene detectam in Leontinis esse avaritiam et crudelitatem Romanorum. Eadem, si intrassent Syracusas, aut fœdiora etiam, quo majus ibi avaritiæ præmium esset,[k] facturos fuisse.’ Itaque claudendas cuncti portas et custodiendam urbem censere. Sed non ab eisdem omnes timere, nec eosdem odisse. Ad militare genus omne[19] partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum. Prætores optimatiumque[20] pauci, quanquam inflati[1 d] vano nuntio erant, tamen ad propius præsentiusque malum[e] cautiores esse. Et jam ad Hexapylum[f] erant Hippocrates atque Epicydes: serebanturque colloquia per propinquos popularium, qui in exercitu erant, ut portas aperirent, sinerentque communem patriam defendi ab impetu Romanorum. Jam, unis foribus Hexapyli apertis, cœpti erant recipi, cum prætores intervenerunt. Et primo imperio minisque, deinde auctoritate, deterrendo, postremo, ut omnia vana erant, obliti majestatis, precibus agebant, ne proderent patriam tyranni ante satellitibus, et tum corruptoribus exercitus. Sed surdæ ad hæc omnia aures concitatæ multitudinis erant, nec minore[2] intus vi, quam foris, portæ effringebantur: effrac-

[k] *Quanto opimiora erant in hac opulenta urbe præmia avaritiæ.*

haud vani quiddam homines palam ferre perbene. Pet. quoque et Men. *ferre*, non *ferrent:* ut et Vossianus, cui *haud* etiam, non *ut.*’ J. F. Gronov.—19 Vulgo in Edd. ante Gronov. *Ad militares pæne omnes:* in al. *Apud mil. pæne omnes.*—20 *Optimatumque* Gronov. Doujat. Crevier.—1 *Adflati* conj. J. F. Gronov. *inflammati* recepere Drak. Ernest. Stroth. et Kreyssigius.—2 *Sed surdæ adeo omnium aures concitatæ multitudinis erant, quod non minore* Edd.

NOTÆ

[d] *Quanquam inflati*] Gronovio libens assenserim mutanti in *afflati;* neque enim insolentia, et, ut ita dicam, inflatio hic convenit. Quid si, *impleti vano nuntio?*

Adflati vano nuntio] Recepi conjecturam J. F. Gronovii, nam quod legebatur *inflati vano nuntio* absurdum erat. Sic de rumore etiam loquitur Cicero ad Atticum I. 16. Ep. 5. ‘ sed tamen rumoris nescio quid afflaverat.’ *J. Clericus.*

[e] *Ad propius præsentiusque malum*] Prava nempe Hippocratis et Epicydæ consilia, et seditionem plebis in gratiam Carthaginiensium.

[f] *Ad Hexapylum*] Porta fuit ejus Syracusarum partis quæ Tycha dicebatur.

tisque omnibus, totum Hexapylo agmen receptum est.[3] Prætores in Achradinam cum juventute popularium confugiunt. Mercenarii milites perfugæque, et quicquid regiorum militum Syracusis erat, agmen hostium augent. Ita Achradina quoque primo impetu capitur, prætoresque,[4] (nisi qui inter tumultum effugerunt,) omnes interficiuntur. Nox cædibus finem fecit. Postero die servi ad pileum vocati, et carcere vincti emissi: confusaque hæc[5] omnis multitudo Hippocratem atque Epicydem creant prætores: Syracusæque, cum breve tempus libertas affulsisset, in antiquam servitutem reciderunt.[6]

33. Hæc nuntiata cum essent Romanis, ex Leontinis mota sunt extemplo castra ad Syracusas. Et ab Appio legati per portum missi forte in quinqueremi erant. Præmissa quadriremis, cum intrasset fauces portus, capitur: legati ægre effugerunt. Et jam non modo pacis, sed ne belli quidem jura relicta erant:[l] cum Romanus exercitus ad Olympium[g] (Jovis id templum est) mille et quingentis passibus[7] ab urbe castra posuit. Inde quoque legatos præmitti placuit: quibus, ne intrarent urbem, extra portam Hippocrates atque Epicydes obviam cum suis processerunt. Romanus orator ‘non bellum se Syracusanis, sed opem auxiliumque afferre,’ ait, ‘et eis, qui, ex media cæde elapsi,[h] perfugerint ad se, et eis, qui, metu oppressi,

[l] *Nec quicquam reliqui erat belli jurium quod servaretur.*

ante Gronov.—3 ‘*Totum Hexapylo agmen receptum est* reposui cum Stroth. e conj. Crev. et Dukeri, pro *tuto in H.* vel quod Ms. Put. exhibet, *tuto H.* sine *τῷ in.*’ Rupert.—4 Pro *prætoresque* Drak. Stroth. et Kreyssig. suadente Jac. Gronov. dederunt *prætorumque.*—5 *Hæc* abest ab Edd. ante Gronov.—6 *Reciderant* Crev. et Mss. multi.

NOTÆ

[g] *Ad Olympium*] Instar suburbii, vel potius urbis alterius, erat Olympium, Ὀλυμπίειον apud Thucydidem, ab Jovis Olympii magnifico templo dictum, a Syracusis interfluente Anapo divisum, et portui magno sive sinui Syracusano imminens, insulæ Ortygiæ oppositum, quæ portus ostium tenebat e regione Plemmyrii promontorii et castelli.

[h] *Eis, qui, ex media cæde elapsi*] Qui prætores, capta a seditiosis Achradina, cæsis collegis inter tumultum effugerant ad Romanos, cum quibus inita

fœdiorem, non exilio solum, sed etiam morte, servitutem patiantur. Nec cædem nefandam sociorum inultam Romanos passuros. Itaque si eis, qui ad se perfugerint,[8] tutus in patriam reditus pateat, cædis[9] auctores[i] dedantur, et libertas legesque Syracusanis restituantur, nihil armis opus esse. Si ea non fiant, quicumque in mora sit, bello persecuturos.' Ad ea Epicydes, 'Si qua ad se mandata haberent,[k] responsum eis,' ait, 'se daturos fuisse: cum in eorum, ad quos venerint, manu res Syracusana esset, tum reverterentur. Si bello lacessant, ipsa re intellecturos, nequaquam idem esse Syracusas ac Leontinos oppugnare.' Ita legatis relictis, portas clausit. Inde terra marique simul cœptæ oppugnari Syracusæ: terra ab Hexapylo, mari ab Achradina, cujus murus fluctu alluitur. Et quia, sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant, vastam disjectamque spatio urbem parte aliqua se invasuros, omnem apparatum oppugnandarum urbium muris admoverunt.

34. Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam,[l] nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes[m]

7 *Quingentos passus* Crevier.—8 '*Qui ad se perfugerint* (ut paulo ante *perfugerint ad se*) pro vulg. *perfugerunt*, Latinitate in oratione obliqua illud postulante, et deinde *pateat* pro *pateret* reposui. Utrumque probarunt Stroth. et Bauer, etsi ille servavit τὸ *pateret*, quia Livius nonnunquam diversa junxerit, ut XXII. 32. extr.' *Rupert.*—9 *Ac cædis* Edd. ante Drak.

NOTÆ

ab ipsis societas, cap. 28. sub fin.

[i] *Cædis auctores*] Hippocrates præsertim et Epicydes.

[k] *Si qua ad se mandata haberent*] Indicat Epicydes se cum Hippocrate Syracusis dominari, non magistratus.

[l] *Et habuisset .... res fortunam*] Gall. *Et la chose eût reussi heureusement.*

[m] *Archimedes*] Cum diu geometriæ theoreticæ studuisset, ab Hierone rege, cujus familiæ vinculo cognationis innexus erat, rogatus, ad mechanicam et instrumentorum usum appulit animum, magis, ut censet Plutarchus, quo sensibus quasi subjiceret proposita quædam geometrica intellectu difficilia, quam instrumentorum ipsorum studio. Hinc jussus plurimas machinas ei comparavit, non modo ad hostes, telorum lapidumque magnitudine incredibili, summovendos; sed præsertim ad ponderum immensas moles exigua opera commovendas: quibus tamen usus nunquam est Hiero, quod fœdere cum Romanis icto, pacem habuerat perpetuam.

is[10] erat, unicus spectator cœli siderumque;[m n] mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum operumque, quibus ea, quæ hostes ingenti mole agerent, ipse perlevi momento ludificaretur.[n] Murum per inæquales ductum colles, (pleraque alta et difficilia aditu,[11] summissa quædam et quæ planis vallibus adiri possent,) ut cuique aptum visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit. Achradinæ murum, qui, ut ante dictum est, mari alluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex ceteris navibus[12] sagittarii funditoresque, et velites etiam, quorum telum inhabile[o] ad remittendum imperitis[13] est, vix quenquam sine vulnere consistere in muro patiebantur. Hi, quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naves. Junctæ aliæ binæ ad quinqueremes,[14 p] demtis in-

[m] *Eximius astrologus.*
[n] *Facili nec magno instrumento et levi motu everteret, aut inutilia redderet, &c.*

10 'Supervacaneum τὸ *is*.' J. F. Gronov.—11 'Put. Voss. Gud. *et difficilia aditus.* Lege, *pleraque alta et difficilis aditus.*' Idem.—12 'Forte reponendum, *ex sexaginta his* seu *iis navibus:* saltem *ceteræ naves* sunt eædem *quinqueremes;* et *ceteris* his opponuntur mox *junctæ aliæ binæ quinqueremes:* nam cum Stroth. ita legendum.' *Rupert.*—13 'Lips. de mil. Rom. III. 1. extr. (ubi plura disputat de armatura velitum, ut et Schel. ad Polyb. c. 14.) 'Si tale, inquit, et tam flexile est telum, etiam *peritis inhabile:* et Polybius aperte negat remitti. An redundat vox *imperitis?* an mutanda in *impeditis?* ut, nisi quis otiose mucronem refingat et erigat, neget remitti? An ideo etiam *imperitis inhabile,* quia amento emittebatur et certo motu?' Haud dubie singulari quadam arte et dexteritate jaci debebat; Doer. *impetitis* vel potius *petitis* conj. Schel. ad Polyb. c. 14. Neutrum male ad conciliandum cum Polybio Livium; Duk. *imparatis* malebat Salmas. de re mil. Rom. c. 16. eodem sensu quo *impeditis* Lips.' *Rupert.*—14 '*Junctæ aliæ binæ ad quinqueremes,* immo cum Sigon. et Lips. Poliorc. I. 6. ex Polyb. VIII. 5. et Plut. Marcell. p. 305. leg. *ad octo quinqueremes;* sensus autem verborum est: junctæ

NOTÆ

Archimedes porro jactare ausus est, si alia sibi terra, aut punctum extra orbem nostrum daretur, se hanc terrestrem machinam loco moturum.

[n] *Cœli siderumque*] Extant adhuc sex astronomicorum libri, qui ab Archimede scripti creduntur.

[o] *Quorum telum inhabile*] An quia Romanorum jacula acutissimo ferro ita præfixa erant, ut primo ictu hebetata cuspide, aut corpori scutove hærente, inutilia ad alios ictus fierent?

[p] *Junctæ aliæ binæ ad quinqueremes*] Repete ex superioribus *naves.* Plutarchus et Polybius naves quinqueremes octo inter se vinctas narrant, atque hic σαμβύκας vocat, quas turres contabulatas Livius vertit. Sigon. suspicatur hic mendum subesse, et

terioribus remis, ut latus lateri applicaretur, cum exteriore ordine remorum velut naves[15] agerentur, turres contabulatas machinamentaque alia quatiendis muris portabant. Adversus hunc navalem apparatum Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris disposuit. In eas, quæ procul erant, naves saxa ingenti pondere emittebat: propiores levioribus, eoque magis crebris, petebat telis: postremo, ut sui vulnere intacti tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris, cubitalibus fere, cavis[16] [q] aperuit; per quæ cava pars sagittis, pars scorpionibus[r] modicis ex occulto petebant hostem. Quæ propius quædam subibant naves, quo interiores ictibus tormentorum essent, in eas[17] tollenone super murum eminente[18] [s]

binæ et binæ quinqueremes usque ad octo.' *Rupert.*—15 ' Ex vestigiis Ms. Put. cum Crevierio legendum puto *velut una navis*, quod etiam Drak. probaverat.' *Stroth.* *Velut una navis* in textum suum recepit Kreyssigius.—16 ' *Caveis* Edd. ante Froben. perperam, cum ejusmodi foramina *cava*, non *caveæ* dicantur.' *Stroth.*—17 ' *Quæ* (forte *Cum*, Duk.) *propius quædam* (Edd. ante Gron. *quidam*) *subibant* muros *naves, quo*, ut *interiores ictibus tormentorum*

NOTÆ

legendum *junctæ aliæ binæ ad octo quinqueremes.*

[q] *Crebris, cubitalibus fere, cavis*] Cava sunt foramina, notante Sigonio: ut apud Plautum in Menæchmis,' etiam nunc concede audacter ab Leonino cavo.' Apud Columellam legitur in genere masculino, ' deinde cavum quem feceris sarculo obturato.' Godelevæus *cubitale* substantive accipit pro brachiali, sive tegumento brachii. Lambinus in Horat. *cubitale* pulvinum interpretatur, cui veteres Romani inter cœnandum inniti soliti. An simile quid ex cavatis hic illic muris ad protegenda propugnatorum brachia excogitari ab Archimede potuerit, peritorum esto judicium.

[r] *Pars scorpionibus*] Scorpiones machinæ fuere, quæ tela cum sono expellebant, a catapultis ballistisque diversæ, ac minores. *Manuballistas* posteri appellarunt, Vegetio teste, qui sic dictas vult, quod parvis subtilibusque spiculis mortem inferrent. Sed scorpionum alii majores, minores alii: unde non abs re Lipsius Livium arguit, quod cubitales fere cavos fecerit, per quos partim sagittis, partim scorpionibus modicis hostis peteretur: ut enim occulte vibrentur spicula ex modicis scorpionibus, quales hic a Polybio et Plutarcho, ipsoque adeo Livio memorantur, æquo ampliora essent cubitalia illa foramina: et sane Polyb. ait Archimedem ea in muris palmaria tantum disposuisse. Scorpiones Isid. pro sagittis venenatis accipit. Aliud opinor scorpionum genus, quibus violenter contorquebantur saxa, describit lib. XXIII. Ammianus Marcellinus, quos suo tempore onagros appellatos scribit.

[s] *Tollenone super murum eminente*] Egregie Sigonius, secutus vestigia

ferrea manus, firmæ catenæ illigata, cum injecta proræ esset, gravi libramento plumbi recellente ad solum,[19 t] suspensa prora, navim in puppim statuebat: dein, remissa subito, velut ex muro cadentem navim cum ingenti trepidatione nautarum ita undæ affligebat,[20 u] ut, etiamsi recta reciderat, aliquantum aquæ acciperet.[o] Ita maritima oppugnatio est elusa, omnisque vis est eo versa,[1 x] ut totis viribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hieronis impensis curaque per multos annos, Archimedis unica arte. Natura etiam juvabat loci, quod saxum, cui imposita muri fundamenta sunt, magna ex parte ita proclive est, ut non solum missa tormento,[2] sed etiam quæ pondere suo provoluta

[o] *Ubi aliquæ naves mœnibus admovebantur, ut propiores essent quam quo pertingebant ictus tormentorum molares aut plumbeos globos longe jaculantium: eæ Archimedis arte corripiebantur in hunc modum. Tollenoni supra murum emisso firmiter catena alligatus corvus, seu manus ferrea, in earum proram injiciebatur: tum alteri tollenonis capiti appensa ingens plumbi massa vi machinæ ita librabatur, ut depressa ac desidens ad maris subjecti superficiem, proram, manu illa ferrea apprehensam traheret suspensam in sublime, navimque totam supra puppim erigeret: qua postea prora repente demissa, tanquam e muro decidens navis, multum perturbatis metu nautis, in fluctus tanto impetu dejiciebatur, ut quamvis, non inæquali casu, sed aliquando etiam recta in undas concideret, nihilominus aqua repleretur.*

essent, in eas cet. ' Ordo verborum turbatus pro, *in quasdam naves, quæ propius subibant:* vel pro, *si quædam naves prop. sub. in eas* cet. nam sæpius Livio *qui* est pro *si.*' Bauer. *quod interiores* malebat Gronov.' *Rupert.*—18 *In eas tollendas desuper murum eminentem* Edd. ante Gronov. Vid. Not. Var.—19 ' Perperam in omnibus Mss. et Edd. ante Gronov. legitur *gravique l. p. recelleret ad solum.*' Rupert.—20 *Affligebant* Edd. ante Gronov.—1 *Vis est aversa* idem: nostrum Gronovio debetur.—2 *Tormenta* Edd. ante Gronov. et plerique Mss.

NOTÆ

veteris libri, ubi scriptum erat, *in eas tollendo esuper murum, &c.* huic loco medicinam attulit. Est autem *tolleno*, ut explicat Vitruv. lib. IV. cap. 21. ' quoties una trabs in terram præalta defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabs longior dimensa medietate connectitur, eo libramento, ut si unum caput depresseris, aliud erigatur.' Gallice dicimus, *une bascule.*

[t] *Gravi libramento p. recellente* [*graveque libramentum plumbi recelleret*] *ad solum*] Placet magis hæc Gronovii lectio, quod a scriptis minus recedat. Est autem *recellere* apud Festum reclinare, sive deprimere, ut excellere, (active sumtum,) in altum extollere.

[u] *Undæ affligebat*] Terræ vel solo affligere, id est, ad terram dejicere cum impetu, qua de re Gron. IV. Observ. 8.

[x] *Omnisque vis est eo versa*] Optime mea sententia sic correxit Gronov.

essent, graviter in hostem inciderent. Eadem causa ad subeundum arduum aditum instabilemque ingressum præbebat. Ita, consilio habito, cum omnis conatus ludibrio esset, absistere oppugnatione, atque obsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit.

35. Interim Marcellus, cum tertia fere parte exercitus ad recipiendas urbes profectus, quæ in motu rerum ad Carthaginienses defecerant, Helorum [3 y] atque Herbessum, dedentibus ipsis, recipit.[4] Megara vi capta [5] diruit ac diripuit ad reliquorum, ac maxime Syracusanorum, terrorem. Per idem fere tempus et Himilco, qui ad Pachyni promontorium [z] classem diu tenuerat, ad Heracleam,[a] quam vocant Minoam, quinque et viginti millia peditum, tria equitum, duodecim elephantos exposuit; nequaquam cum quantis copiis [6 b] ante tenuerat ad Pachynum classem. Sed postquam ab Hippocrate occupatæ

3 Al. *Pelorum.*—4 Al. *dedentibus ipsis recepit.*—5 *Megaram vi captam* Edd.

NOTÆ

cum vulgo perperam legatur, *omnisque vis est aversa.*

[y] *Helorum*] Sic emendavit Gron. cum antea esset *Pelorum*, quod promontorii nomen est, non urbis, *Helorum* autem oppidum et castellum fuit ad ostium fluminis Helori sub Neeto paulo supra Pachynum promontorium ad latus orientale Siciliæ: agrum habuit amœnissimum: unde Ovidius IV. Fast. 'Heloria Tempe' appellat. In ruinis hodie jacet in valle Noti, et ora quæ *Lauphis* dicitur, auctore Fazello, eo loci ubi nunc *Muri Ucci Rocari;* et *Colisæo* ad S. Philippum, ut contra Fazellum Cluver. colligit ex ipsius descriptione. Fluvius *Abiso* nunc vocatur.

[z] *Ad Pachyni promontorium*] E tribus Siciliæ promontoriis, quod in ortum maxime procurrit, atque orientale insulæ latus cum meridionali conjungit, Pachynum olim, nunc vulgo *Capo Pássaro.*

[a] *Ad Heracleam*] Heraclea, cognomine Minoa, in latere australi Siciliæ, medio fere itinere inter Agrigentum et Selinuntem, Macara initio dicta: postea a Minoë, Cretæ insulæ rege, nomen accepit, qui Dædalum quærens ea potitus est; ibique occisus, Cretenses colonos reliquit: tandem Heracleæ nomen ab Hercule sortita est, qui Erycem regionis ejus regem luctæ certamine victum possessione regni exuit ex pugnæ lege; in eam deinde Doricus, Cleomenis Lacedæmonum regis frater, tanquam ex Hercule ortus, coloniam deduxit, ut est apud Herodotum. Ad Lycum seu potius Halicum fluvium sita fuit, nunc vulgo *Platani;* qui Syracusanorum et Carthaginiensium ditionis terminus fuit tempore Timoleontis, Heraclea tantum ultra fluvium penes hos remanente. Hodie in ruderibus jacet in valle *Mazaræ.*

[b] *Nequaquam cum quantis copiis*] Ita

Syracusæ erant, profectus Carthaginem, adjutusque[7] ibi et ab legatis Hippocratis literisque Hannibalis, qui venisse tempus aiebat Siciliæ per summum decus repetendæ, et ipse haud vanus præsens monitor facile perpulerat, ut, quantæ maximæ possent, peditum equitumque copiæ in Siciliam trajicerentur. Adveniens Heracleam, intra paucos dies inde Agrigentum recipit:[c] aliarumque civitatium, quæ partis Carthaginiensium erant, adeo accensæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos, ut postremo etiam, qui obsidebantur Syracusis, animos sustulerint, et, parte copiarum satis defendi urbem posse rati, ita inter se munera belli partiti sint, ut Epicydes præesset custodiæ urbis, Hippocrates, Himilconi conjunctus, bellum adversus consulem Romanum gereret. Cum decem millibus peditum, quingentis equitibus,[8] nocte per intermissa custodiis loca profectus, castra circa Acrillas[9] urbem[d] ponebat. Munientibus supervenit Marcellus, ab Agrigento jam occupato, cum frustra eo prævenire hostem festinans tetendisset, rediens; nihil minus ratus, quam illo tempore ac loco Syracusanum sibi exercitum obviam fore; sed tamen metu Himilconis Pœnorumque (ut quibus nequaquam eis

ante Gronov.—6 *Cum tantis copiis* Edd. ante Gronov.—7 *Accitusque* Edd. ante Gronov. *aditusque* Mss. plerique.—8 Voss. Gud. *equitum.*—9 *Accillas* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

corrigit Gronov. ex optimis libris. Editi habent *nequaquam cum tantis copiis*, sed ex iis quæ sequuntur patet majoribus nunc copiis instructum: ita ut *nequaquam cum quantis copiis* idem sit ac non cum eo numero copiarum, sed cum majori. Etenim antea ad Pachyni promontorium exscendere in insulam ausus non erat.

[c] *Agrigentum recipit*] Agrigentum urbs fuit opulenta et celebris, Gr. ὁ Ἀκράγας, hodie *Gergenti:* a Gelois condita ad Acragantem amnem, qui et ipse *fiume di Gergenti*, et *fiume Drago*. Ibi regiam arcem munitissimam Cocalo Siciliæ regi exstruxit Dædalus, cui nomen Omphace, ut ex Pausania conjicit Cluver. tandem ab Hamilcare Pœno funditus eversa fuerat anno 4. Olympiadis XCIII. verum instaurata postea fuit: hodieque inter celeberrima insulæ oppida habetur, ob civium frequentiam et agrorum ubertatem.

[d] *Acrillas urbem*] *Acrilla* sive *Acrillæ* oppidum fuit ad austrum Syracusarum, Acris haud procul, forte ad Helorum fl.

copiis, quas habebat, par esset) quam poterat maxime intentus atque agmine ad omnes casus composito ibat.

36. Forte ea cura, quæ erat adversus Pœnos præparata, adversus Siculos usui fuit. Castris ponendis incompositos ac dispersos nanctus eos et plerosque inermes, quod peditum fuit, circumvenit: eques, levi certamine inito, cum Hippocrate Acras perfugit.[e] Ea pugna deficientes ab Romanis cum prohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas rediit: et post paucos dies Himilco, adjuncto Hippocrate, ad flumen Anapum,[10 f] octo ferme inde millia, castra posuit. Sub idem fere tempus et naves longæ quinque et quinquaginta Carthaginiensium cum Bomilcare, classis præfecto, in magnum portum Syracusas ex alto decurrere; et Romana item classis, triginta quinqueremes, legionem primam Panormi exposuere; versumque ab Italia bellum (adeo uterque populus in Siciliam intentus) fuisse videri poterat.[11] Legionem Romanam, quæ exposita Panormi[g] erat, venientem Syracusas, prædæ haud dubie sibi futuram Himilco ratus, via decipitur. Mediterraneo namque Pœnus itinere duxit; legio maritimis locis, classe prosequente, ad Ap. Claudium, Pachynum cum parte copiarum obviam progressum, pervenit. Nec diutius Pœni ad Syracusas[12]

10 *Anatim* Edd. ante Gronov.—11 Conj. Sigon. *optarat*.—12 *Pœni Syracu-*

NOTÆ

[e] *Acras perfugit*] *Acræ* perperam apud Plutarchum in Dione *Macræ*, quas a Syracusanis conditas Thucydides testatur: ostendit Cluverius ex hoc ipso Hippocratis itinere, et locorum intervallis, quæ habent itinera Romana, non fuisse ubi nunc *Palazzuolo*, quanquam vicinus locus, qui *Acræ mons* adhuc dicitur, ita suadere videatur; sed fuisse apud cœnobium vulgo incolis dictum *Santa Maria d'Arcia*, inter oppida *Noto* et *Avula* in Valle de Noto.

[f] *Ad flumen Anapum*] Editi habent *Anatim*, cujus nominis fluvius in Africa. At hic Siciliæ fluvius *Anapus* est, juxta Syracusas fluens: *Alfeo* accolis appellatur, de nomine fluvii illius qui Elidem alluit, et quem e Peloponneso Arethusam secutum huc subter mare occultis cuniculis fluere poëtæ fabulati sunt.

[g] *Panormi*] Hoc nomine aliæ quoque urbes fuere, ex eo dictæ, quod portus haberent navium admodum capaces; est enim Græce *πᾶν omne*, vel *πάνυ valde* sive *penitus*: *ὅρμος* vero statio navium arte facta. Urbs hæc Siciliæ antiqua, vulgo hodie *Palermo*, urbium Siciliæ princeps et proregis

morati sunt: et Bomilcar, simul parum fidens navibus suis, duplici facile numero classem habentibus Romanis,[13] simul inutili mora cernens nihil aliud ab suis quam inopiam aggravari sociorum,[14] velis in altum datis, in Africam transmisit. Et Himilco, secutus nequicquam Marcellum Syracusas, si qua, prius quam majoribus copiis jungeretur, occasio pugnandi esset, postquam ea nulla contigerat, tutumque ad Syracusas et munimento et viribus hostem cernebat, ne frustra assidendo spectandoque obsidionem sociorum tempus tereret, castra inde movit; ut, quocumque vocasset defectionis ab Romanis spes, admoveret exercitum, ac præsens suas res foventibus adderet animos. Murgantiam primum, prodito ab ipsis[h] præsidio Romano, recepit; ubi[15] frumenti[i] magna vis commeatusque omnis generis convecti erant Romanis.[16]

37. Ad hanc defectionem erecti sunt et aliarum civitatium animi: præsidiaque Romana aut pellebantur arcibus, aut prodita per fraudem opprimebantur. Henna,[17] excelso loco[k] ac prærupto undique sita, cum loco inexpugnabilis

sis Edd. ante Gronov.—13 Olim legebatur, *duplici facile numero classe adventantibus Romanis.*—14 ' *Quam inopia aggravari socios* Edd. omnes præter Crev. At *sociorum* in tantum non omnibus Mss. (certe in XVI.) reperitur, in quibus sunt antiquissimi et optimi: præterea in multis quoque est *inopiam.* Probavit hanc lectionem Gronovius, sed in contextum recepit.' *Stroth.* Legit ut nos Kreyssigius.—15 ' Non possum concoquere illud *ubi.* Lego *quo.*' Tan. Faber.—16 Al. *convecti erant a Romanis.* Vid. Not. Var.

17 ' *Enna.* Sic semper Edd. ante Drak. Sic etiam a Græcis nomen hoc profertur. *Ætna* Tarvis. et all. vett. *Ænna* Venet. 1501. et all.' *Stroth.*—

NOTÆ

sedes, in Valle Mazaræ, mare Tyrrhenum et septemtrionem spectans, in parte insulæ occidentali, Archiepiscopali quoque dignitate decorata: eam ab ortu solis præfluit Orethus amnis, qui vulgo *l'Amiraglio fiume.*

[h] *Ab ipsis*] Nempe Murgantinis civibus.

[i] *Ubi frumenti*] Non concoquit Tanaq. Faber, *ubi frumenti magna vis convecta erat*, legitque *quo:* sed ibi erat hæc frumenti copia, jam eo aliunde convecta.

[k] *Henna, excelso loco* [*Enna in excelso loco*] Cave ne *Ennam* urbem cum *Ætna* monte confundas. In meditullio Siciliæ fuit Enna: unde apud Cic. ' Nemus Ennense' umbilicus Siciliæ nominatur: habebatque celebre Cereris templum: ejus in pratis rapta dicebatur Proserpina, sive Libera, per hiatum vastæ cujusdam specus

erat, tum præsidium in arce validum, præfectumque præsidii haud sane opportunum insidiantibus, habebat. L. Pinarius erat vir acer, et qui plus in eo, ne posset decipi, quam in fide Siculorum, reponeret. Et tum intenderant eum ad cavendi omnia curam[18] tot auditæ proditiones defectionesque urbium, et clades præsidiorum. Itaque nocte dieque juxta parata instructaque omnia custodiis ac vigiliis erant: nec ab armis aut loco suo miles abscedebat. Quod ubi Hennensium principes, jam pacti cum Himilcone de proditione præsidii, animadverterunt, nulli occasioni fraudis Romanum patere, palam rentur agendum.[19][l] 'Urbem arcemque suæ potestatis,' aiunt, 'debere esse, si liberi in societatem, non servi in custodiam, traditi essent Romanis. Itaque claves portarum reddi sibi' æquum censent. 'Bonis sociis fidem suam maximum vinculum esse: et ita sibi populum Romanum senatumque gratias habiturum, si volentes ac non coacti mansissent in amicitia.' Ad ea Romanus, 'Se in præsidio impositum esse,' dicere, 'ab imperatore suo; clavesque portarum et custodiam arcis ab eo accepisse, quæ nec suo nec Hennensium arbitrio haberet, sed ejus, qui commisisset. Præsidio decedere apud Romanos capital esse;[20][m] et nece liberorum etiam suo-

18 *Ad cavendum omni cura* Edd. ante Gronov. et plerique Mss.—19 '*Palam rentur agendum.* Id antiqua manu notatum in marg. Ms. Voss. *patuerat agendum* c. Put. *placuerat agendum* reliqui Mss. et Edd. ante Gronov. nisi quod quidam Mss. post *placuerat* addunt *vi* et *aliter:* Edd. autem ante illud *aperte ac propalam.* Edd. Crev. et Gron. *palam erat agendum* ex emend. Lips.' *Rupert.*—20 '*Præsidio decedere apud Romanos capital esse.* Ita Ms. Put. et Pet. pro vulg. *capitale.* v. ad III. 11. 4. et Sil. XIII. 155. qui h. l. ante

NOTÆ

Plutoniæ dictæ. Cluverius nunc *Castro Janni* dici vult, quæ hodieque una est ex primariis Siciliæ civitatibus in Valle Noti. Sed Nicolaus Sanso superesse adhuc Ennæ nomen affirmat ad orientem oppidi illius *Castro Janni.*

[l] *Palam rentur* [*erat*] *agendum*] Ex conjectura Lipsii est. Optime, ni fallor, in margine codicis Vossiani ascriptum antiqua manu, teste Gronov. *palam rentur agendum:* alii enim scripti habent *placuerat agendum,* recisis tribus vocibus, quæ in vulgatis, ubi legitur *aperte ac propalam erat agendum.*

[m] *Capital* [*capitale*] *esse*] Quidam codices *capital esse.* Sed quid hoc ad

rum[n] eam legem parentes sanxisse. Consulem Marcellum haud procul esse: ad eum mitterent legatos, cujus juris atque arbitrii esset.'[p] Se vero negare illi missuros, testarique, si verbis nihil agerent, vindictam aliquam libertatis suæ quæsituros. Tum Pinarius: 'at illi,[1] si[o] ad consulem gravarentur mittere, sibi saltem darent populi concilium: ut sciretur, utrum paucorum ea denuntiata,[p] an universæ civitatis essent.' Consensu[2] in posterum diem concio edicitur.

38. Postquam ab eo colloquio in arcem sese recepit, convocatis militibus, 'Credo ego[3] vos audisse, milites,' inquit, 'quemadmodum præsidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa sint per hos dies. Eam vos fraudem, Deum primo benignitate, dein vestra ipsi virtute, dies noctesque perstando ac pervigilando in armis, vitastis. Utinam reliquum tempus nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci possit! Hæc occulta in[4] fraude cautio est, qua usi

[p] *Ad cujus potestatem et arbitrium ea res pertineret.*

oculos habuit. Mox *et nec liberorum e. s. eam petentes sanxisse* omnes Mss. nisi quod pro *petentes* in Put. est *patentes*, et in marg. Voss. *pœnam*. In Ed. pr. et aliis antt. *et hoc liberorum e. s. cruore parentes s.* prob. Str. Vox *legem* in recentt. demum Edd. addita: in plerisque vett. *causa* pro *eam legem;* et Gron. conj. *id* pro *eam l.* vel *id nece l. e. s. jam p. s.* Ceterum h. l. severitas T. Manlii Torquati et verba ejus ad filium sup. VIII. 7. 'morte tua sancienda sunt consulum imperia' respiciuntur.' *Rupert.*—1 *Tum Pinarius ait illis* Edd. ante Gronov. mox in iisdem legitur *consilium* pro *concilium.*—2 *Consensa* scribendum monet J. F. Gronov. Vid. Not. Var.

3 *Convocatio quibus: Credo ego* Mss. Vid. Not. Var.—4 'Præpositio *in* a

NOTÆ

variandum sensum? Res ipsa adeo nota est ex Polybio, Suetonio, legibus ipsis, ut confirmatione non egeat.

[n] *Nece liberorum etiam suorum*] Ad Manlium filium respicere videtur, qui dimicandi causa præsidio seu statione quodammodo decesserat, vel certe contra patris jussum dimicaverat.

[o] *Tum Pinarius: at illi, si*] Elegantior sane mihi videtur hæc Gronovii emendatio ex Puteano eruta, quam recepta lectio *tum Pinarius ait illis:* satis enim intelligitur illud *ait;* neque adeo exemplis opus quæ Gron. coacervat. Ait itaque Pinarius, si illi ad consulem gravarentur mittere, at sibi saltem darent populi concilium.

[p] *Paucorum ea denuntiata*] Melius forte quod auguratur idem Gronov. *denuntiatio esset.*

adhuc sumus: cui quoniam parum succedit,[q] aperte ac propalam claves portarum reposcunt; quas simul tradiderimus, Carthaginiensium extemplo Henna erit, fœdiusque hic trucidabimur, quam Murgantiæ præsidium interfectum est. Noctem unam ægre ad consultandum sumsi, qua vos certiores periculi instantis facerem. Orta luce concionem habituri sunt ad criminandum me concitandumque in vos populum. Itaque crastino die aut vestro, aut Hennensium sanguine Henna inundabitur. Nec præoccupati spem ullam, nec occupantes[5] periculi quicquam habebitis.[r] Qui prior strinxerit ferrum, ejus victoria erit. Intenti ergo omnes armatique signum expectabitis. Ego in concione ero; et tempus, quoad omnia instructa sint, loquendo altercandoque traham. Cum toga signum dedero, tum mihi undique clamore sublato turbam invadite, ac sternite omnia ferro; et cavete, quisquam supersit,[6] a quibus aut vis, aut fraus timeri possit. Vos, Ceres mater ac Proserpina, precor, ceteri superi infernique[7] Dii, qui hanc urbem, hos sacratos lacus lucosque colitis, ut ita nobis volentes propitii adsitis, si vitandæ, non ferendæ,[8] fraudis[q] causa hoc consilii capimus. Pluribus vos, milites, hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset. Inermes, incautos ad satietatem trucidabitis. Et consulis castra in

[q] *Sic cavendum est nobis ab occulto Ennensium dolo, ut hactenus fecimus, cui dolo quoniam successus non respondet, &c.*

[r] *Si vos ab illis præverti sinatis peculii ac rerum vestrarum nihil servabitis: quodsi vos primi illos ante occupaveritis, nihil vobis erit periculi.*

Gronovio ex vestigiis Mss. addita est, mox ad *cui* intelligendum esse *occultæ fraudi*, patet.' *Stroth.* 'Sensus fere est hic: sic porro, ubi huc usque factum est, ab occultis insidiis vobis cavendum erit; sed paulo obscurius ille expressus est; an vocula *opus* post *cautio* forte excidit?' *Doering.*—5 *Nec præoccupati peculii, nec occ.* Edd. ante Drak. et plerique Mss.—6 *Cavete ne quisquam ex iis sup.* Edd. a Mogunt. ad Gronov.—7 Al. *superni infernique.*—8 Vett. lib. apud Sigon. *inferendæ*, et ita Doujat.

NOTÆ

[q] *Non ferendæ*, [*inferendæ*] *fraudis*] Alias *ferendæ*, ut apud Virg. 'Jam nosces ventosa ferat cui gloria fraudem.'

propinquo sunt, ne quid ab Himilcone et Carthaginiensibus timeri possit.'

39. Ab hac adhortatione dimissi corpora curant. Postero die alii aliis locis, ad obsidenda itinera claudendosque oppositi exitus,[9] pars maxima super theatrum circaque, assueti et ante spectaculis concionum, consistunt. Productus ad populum a magistratibus præfectus Romanus, cum consulis ea de re jus ac potestatem esse, non suam, et pleraque eadem, quæ pridie, dixisset;[10] primo sensim[11] ac plures reddere claves, dein jam una voce id omnes juberent, cunctantique ac differenti ferociter minitarentur, nec viderentur ultra vim ultimam dilaturi: tum præfectus toga signum, ut convenerat, dedit; militesque intenti dudum ac parati, alii superne in aversam[12] concionem[r] clamore sublato decurrunt, alii ad exitus theatri conferti obsistunt. Cæduntur Hennenses cavea inclusi,[s] coacervanturque, non cæde solum, sed etiam fuga; cum alii super aliorum capita ruerent, atque integri sauciis, vivi mortuis incidentes, cumularentur. Inde passim discurritur, et urbis captæ modo fugaque et cædes omnia tenet: nihilo remissiore militum ira, quod turbam[13] inermem[s] cædebant, quam si periculum par et ardor certaminis eos irritaret. Ita Henna aut malo, aut necessario facinore[t] retenta.[14]

[s] *Cives clausi intra foros theatri.*

9 Ita Mss. probb. Drak. et Stroth. *oppidanis* pro *oppositi* Edd. ante Stroth. ex conj. Vallæ: *opportunos exitus* malebat Jac. Gronov.—10 Al. *quæ pridie prius dixisset.*—11 *Et primo sensim* conj. Duk. et Crevier.—12 Al. *adversam.* —13 *Quod jure turbam* Edd. ante Gronov. et Mss. tantum non omnes.— 14 ' Florebellus aptius ad sententiam, et venustius ad ornatum, legi posse

NOTÆ

[r] *In aversam concionem*] Vulgo *adversam.* Illud melius, ni fallor, hoc loco.

[s] *Quod turbam inermem*] Vulgo, *quod jure turbam inermem:* quam lectionem damnare nolim; nec Fabrum audiendum puto, qui necessario legendum arbitratur, *quod tuto turbam inermem;* neque enim ex eo militum ira quod tuto cæderent Ennæos, sed quod jure eos cædere putarent.

[t] *Aut malo, aut necessario facinore*] Ut apud Tacit. I. Annal. ' Jusserat id supplicium Mennius castrorum præfectus, bono magis exemplo, quam concesso jure.'

Marcellus nec factum improbavit, et prædam Hennensium militibus concessit, ratus, timore deterritos temperaturos proditionibus præsidiorum Siculos. Atque ea clades, ut urbis in media Sicilia sitæ claræque vel ob insignem munimento naturali locum, vel ob sacrata omnia vestigiis raptæ quondam Proserpinæ, prope uno die omnem Siciliam pervasit. Et quia cæde infanda rebantur, non hominum tantum, sed etiam Deorum sedem violatam esse, tum vero, qui etiam ante dubii fuerant, defecere ad Pœnos. Hippocrates inde Murgantiam, Himilco Agrigentum sese recepit: cum acciti a proditoribus nequicquam ad Hennam exercitum admovissent. Marcellus retro in Leontinos redit; frumentoque et commeatibus aliis in castra convectis, præsidio modico ibi relicto, ad Syracusas obsidendas venit. Inde Ap. Claudio Romam ad consulatum petendum misso, T. Quintium Crispinum in ejus locum classi castrisque præficit[15] veteribus. Ipse hybernacula quinque millia passuum Hexapylo (Leonta[16] vocant[u] locum) communiit ædificavitque. Hæc in Sicilia usque ad principium hyemis gesta.

40. Eadem æstate et cum Philippo rege, quod jam ante suspectum fuerat, motum bellum est. Legati ab Orico[x] ad M. Valerium prætorem venerunt, præsidentem classi Brundisio Calabriæque circa littoribus, nuntiantes, Philippum primum Apolloniam tentasse,[y] lembis biremibus[17]

putat: *Ita Enna malo, at necessario facinore retenta.*' Sigon. Pro *malo* malebat J. F. Gronov. *nullo.*—15 *Præfecit* Edd. ante Drak.—16 ' Ita Ms. Put. *Leontiam* Edd. ante Gronov. quæ et *ab* ante *Hexapylo* inserunt. Sed hoc a Mss. abest, et sæpe omittitur; vel dativus Græce ponitur pro *ab* cum sexto casu. *Leontem* emend. Cluver. Sicil. ant. I. 12.' *Rupert.*

NOTÆ

[u] *Leonta vocant*] *Leon* vicus fuit non procul Syracusis, ad Tycham, versus septemtrionem: non quinque millibus passuum; sed sex vel septem stadia ab Epipolis dissitus, ut ex Thucydide Cluverius probat.

[x] *Ab Orico*] Urbs et portus est Epiri in ea parte quæ Chaonia vocabatur, sub Acroceraunii montibus ad mare Ionium: hodie sub Turcarum ditione. Creditur is locus esse, quem Itali *Val de Orso* appellant, aliis *Orso.*

[y] *Apolloniam tentasse*] Macedoniæ

centum viginti flumine adverso[z] subvectum: deinde, ut ea res tardior spe fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admovisse: eamque urbem, sitam in plano, neque mœnibus, neque viris atque[18] armis validam, primo impetu oppressam esse. Hæc nuntiantes orabant, ut opem ferret, hostemque haud dubium Romanis terra aut maritimis viribus[19][a] arceret; qui ob nullam aliam causam, nisi quod imminerent Italiæ, peterentur. M. Valerius, præsidio loci ejus relicto[b] P. Valerio legato cum classe instructa parataque, et, quod longæ naves militum capere non poterant, in onerarias impositis, altero die Oricum pervenit; urbemque eam, levi tenente præsidio, quod recedens inde reliquerat Philippus,[20] haud magno certamine recepit. Legati eo ab Apollonia venerunt, nuntiantes, in obsidione sese, quod deficere ab Romanis nollent, esse; neque sustinere ultra vim Macedonum posse, nisi præsidium mittatur Romanum. Facturum se, quæ vellent, pollicitus, duo millia

17 *Levibus biremibus* Edd. ante Gronov.—18 *Neque* Edd. ante Gronov.—19 '*Maritimis urbibus* unus Pal. et *Romanis maeactgrra acterra ac maritimis:* unde Gron. conj. *Romanis Macedonem Epiri marit. urbibus a. quæ* cet. et rectius, opinor, Ruben. *Rom. mari ac terra a marit. urbibus a. quæ* cet.' *Rupert.* Vid. inf. et Not. Var.—20 '*Quod recedens inde reliquerat Philippus.* Vocem ultimam ubique desidero. Forsan excidit vocula *rex*, fuitque, *quod recedens inde rex reliquerat.*

NOTÆ

occidentalis urbs fuit Apollonia in Taulantiorum regione, inter Aulonem et Dyrrhachium, ad Aoum fl. qui Ptolemæo Lous, in Adriaticum defluit mare. Condita fuit hæc urbs a Corinthiis et Corcyræis, decem stadiis a dextra fluminis ripa; a mari Adriatico sexaginta, id est, octo fere milliaribus: floruitque optimis legibus. Niger putat *Piergo* dici, Pinetus *Sisopoli.* Melius, ni fallor, Sophianus antiquum nomen retinere putat; extant enim prisci nominis vestigia in opp. *Polina* ad cognominem fluvium in Albania Turcici imperii regione, eo tractu qui vocatur *la Placa.*

[z] *Flumine adverso*] Hinc conjicere est Apolloniam Veterum non fuisse, ut vult N. Sanso, ubi nunc *Spinarza,* quæ ad ostium fluminis.

[a] *Terra aut maritimis viribus*] Valde corruptus in manuscriptis locus. Optime, ni fallor, Ruben. correxit, *mari ac terra a maritimis urbibus arceret.* Gronov. suspicatur, *Macedonem Epiri maritimis urbibus arceret.*

[b] *M. Valerius, præsidio loci ejus relicto*] Conjicit Gronov. ex Pet. alioque vetustissimo cod. *M. Valerius duobus millibus præsidioque eis T. Valerio relictis,* laudatque Cæsarem lib. v. de Bello Gallico, 'præsidio navibus Q. Arrium præfecit.'

delectorum [1] militum navibus longis mittit ad ostium fluminis cum præfecto socium, Q. Nævio Crista,[2] viro impigro et perito militiæ. Is, expositis in terram militibus, navibusque Oricum retro, unde venerat, ad ceteram classem remissis, milites procul a flumine per viam minime ab regiis obsessam duxit, et nocte, ita ut nemo hostium sentiret, urbem est [3] ingressus. Die insequenti quievere, dum præfectus juventutem Apolloniatium, armaque et urbis vires inspiceret. Ubi ea visa inspectaque satis animorum fecere, simulque ab exploratoribus comperit, quanta socordia ac negligentia apud hostes esset; silentio noctis ab urbe sine ullo tumultu egressus, castra hostium adeo neglecta atque aperta intravit, ut satis constaret, prius [4] mille hominum vallum intrasse, quam quisquam sentiret, ac, si cæde abstinuissent, pervenire ad tabernaculum regium potuisse. Cædes proximorum portæ excitavit hostes. Inde tantus terror pavorque omnes occupavit, ut non modo alius [5] quisquam arma caperet, aut castris pellere hostem conaretur ; sed etiam ipse rex, sicut somno excitus erat, prope seminudus fugiens, militi quoque, nedum regi, vix decoro habitu, ad flumen navesque perfugerit. Eodem et alia turba effusa est. Paulo minus tria millia militum in castris aut capta, aut occisa. Plus tamen hominum [6] aliquanto captum, quam cæsum est. Castris direptis, Apolloniatæ catapultas, ballistas, tormentaque alia, quæ oppugnandæ urbi comparata erant, ad tuenda mœnia, si quando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere: cetera omnis præda castrorum Romanis concessa est. Hæc cum Oricum essent nuntiata, M. Valerius classem extemplo ad ostium fluminis duxit, ne navibus capessere fugam rex posset. Itaque Philippus, neque terrestri, neque navali certamine satis fore parem se fidens, subductis aut incen-

Mox scripti *Legatieo Apollonia.*' J. F. Gronov.—1 Olim legebatur, *pollicitus mille delectorum.*—2 Al. *Crispo.*—3 *Est* del. Grut. Gronov. Doujat. ' Potest τὸ *ingressus* accipi, ut sit *ingressus est:* malim tamen delere τὸ *et*, quo habeas, *duxit, nocte ita, ut nemo hostium sentiret, urbem ingressus.*' J. F. Gronov.—4 *Plus* addunt Edd. ante Gronov.—5 Pro *alius* conj. Rupert. *haud* vel *vix.*—

sis[7] navibus, terra Macedoniam petiit, magna ex parte inermi exercitu spoliatoque. Romana classis cum M. Valerio Orici hybernavit.

41. Eodem anno in Hispania varie res gestæ. Nam prius, quam Romani amnem Iberum transirent, ingentes copias Hispanorum Mago et Hasdrubal fuderunt. Defecissetque ab Romanis ulterior Hispania, ni P. Cornelius, raptim traducto exercitu Iberum, dubiis sociorum animis in tempore advenisset. Primo ad castrum Altum[8 c] (locus est insignis cæde magni Hamilcaris) castra Romani habuere. Arx erat munita, et convexerant ante frumentum. Tamen, quia omnia circa hostium plena erant, agmenque Romanum impune incursatum[9] ab equitibus hostium fuerat, et ad duo millia, aut moratorum aut palantium per agros, interfecta, cessere inde Romani propius pacata loca,[10] et ad montem Victoriæ[11 d] castra communivere. Eo Cn. Scipio cum omnibus copiis, et Hasdrubal Gisgonis filius, tertius Carthaginiensium dux, cum exercitu justo advenit: contraque castra Romana trans fluvium[e] omnes consedere. P. Scipio, cum expeditis clam profectus ad loca circa visenda, haud fefellit hostes: oppressissentque eum in patentibus campis, ni tumulum in propinquo cepisset. Ibi quoque circumsessus adventu fratris obsidione eximitur. Castulo, urbs[f] Hispaniæ valida ac nobilis, et

6 *Hostium* Edd. ante Gronov.—7 Legendum monet Duk. *subductis atque incensis*, probb. Rupert. et Stroth.

8 '*Castrum Album* bene conj. Drak.' *Rupert.*—9 Fulvius, *importune vexatum:* quod certo scio Livii non esse. Put. *impune inversatum:* neque aliter duo Pet. Voss. duo Pall. et Men. Aut vera est vulgata, aut scribendum, *impune divexatum.*' J. F. Gronov.—10 *Per prius p. l.* vet. lib. ap. Sigon.—

NOTÆ

[c] *Ad castrum Altum*] Oppidum fuit Lusonum, qui pars Celtiberorum. Ei postea nomen *Valeria*, ad Sucronem fl. qui nunc *Xucar*. Putatur esse hodie *Concha*, Episcopatus in nova Castella, ejusque tractu quem *Serram* vocant: vulgo *Cuenca*.

[d] *Ad montem Victoriæ*] Fuit pars Orospedæ montis ad dextram Sucronis, non procul Anæ fontibus, in Bastitanorum finibus, qua *Sierra de Alcaraz* ad septemtrionem maxime vergit, ad oppidum *Albacete*.

[e] *Trans fluvium*] Debuerat fluvium nominare. Nunc incertos relinquit: Anam, puto, intelligit.

adeo conjuncta societate Pœnis, ut uxor inde Hannibali esset, ad Romanos defecit. Carthaginienses Illiturgin oppugnare adorti, quia præsidium ibi Romanum erat: videbanturque inopia eum locum maxime expugnaturi. Cn. Scipio, ut sociis præsidioque ferret opem, cum legione expedita profectus, inter[12] bina castra cum magna cæde hostium urbem est ingressus, et postero die eruptione æque felici pugnavit. Supra duodecim millia hominum cæsa duobus præliis: plus mille capti,[13] cum sex et triginta militaribus signis. Ita ab Illiturgi recessum est.[14] Bigerra[g] inde urbs (socia et hæc Romanorum erat) a Carthaginiensibus oppugnari cœpta est. Eam obsidionem sine certamine adveniens Cn. Scipio solvit.

42. Ad Mundam[h] exinde castra Punica mota: et Romani eo confestim secuti sunt. Ibi signis collatis pugnatum per quatuor ferme horas: egregieque vincentibus Romanis signum receptui est datum, quod Cn. Scipionis femur tragula confixum erat; pavorque circa eum ceperat milites, ne mortiferum esset vulnus. Ceterum haud dubium fuit,

11 Conj. Rupert. *ad portum Victoriæ.*—12 Al. *intra.*—13 *Plus decem millibus captum* Gronov. Doujat. Crevier. *plus decem millia capta* Edd. ante Gronov.—14 Olim legebatur, *ita ab Illiturgi recessum est obsidione.* Vid. Not. Var.

NOTÆ

[f] *Castulo, urbs*] *Castulo,* unde imperite quidam Castellæ nomen deducunt, quod procul ab eo tractu cepit: fuit urbs Oretanorum, qui sub Romanis provinciæ Tarraconensi, ac deinde Carthaginiensi ab illa detractæ, contributi, in finibus Bæticæ. Creditur fuisse ubi nunc *Castona la Vieja,* quod Nic. Sansoni placet; quanquam Brietio est *Cazorla:* in Castellæ novæ finibus qua proxime Granatæ regnum attingit.

[g] *Bigerra*] Bastitanis tribuitur a Ptolemæo *Bigerra,* qui fuere in orientali parte Novæ Castellæ, qua se in Valentiæ regnum insinuat. *Mancham* hodie vocant. Locum huic oppido assignat Sanso, ubi nunc *Pesquera,* non procul Cabriel amne. Ego nominis vestigia secutus puto *Bojaram,* ad dextram Sucronis, inter Concham ad septemtrionem et Alarcon ad meridiem, sed huic multo propiorem.

[h] *Ad Mundam*] In ulterioris Hispaniæ parte quam Bæticam a Bæti fluvio dixere, ad Mundam fluvium in Bastulis Pœnis fuit Munda, victoria Cæsaris de Pompeii filiis clarum postea oppidum. Brietius nomen servare ait: vulgo tamen creditur fuisse, ubi nunc *Ronda Vieja,* in regni Granatensis parte occidentali ad Andalusiæ confinia.

quin, nisi ea mora intervenisset, castra eo die Punica capi potuerint. Jam[15] non milites solum, sed elephanti etiam usque ad vallum acti erant, superque ipso[i] novem et triginta elephanti pilis confixi. Hoc quoque prælio ad duodecim millia hominum dicuntur cæsa, prope tria capta, cum signis militaribus septem et quinquaginta. Ad Auringen[k] inde urbem Pœni recessere; et, ut territis instaret, secutus Romanus. Ibi iterum Scipio lecticula in aciem illatus conflixit: nec dubia victoria fuit: minus tamen dimidio hostium, quam antea, quia pauciores superfuerant, qui pugnarent, occisum. Sed gens nata instaurandis reparandisque bellis, Magone ad conquisitionem militum[l] fratre[16] misso, brevi replevit exercitum, animosque ad tentan-

15 *Enim* addunt Edd. ante Gronov.—16 ' Primum legenti mihi videbatur legendum esse *a fratre*, quod et viris doctis jamdudum visum, et a Doujatio adeo receptum video, nulla tamen librorum auctoritate: deinde re accuratius examinata, melius quidem putabam si adderetur præpositio, non tamen necessarium. Magno Gronovio aliisque viris doctis fraudi fuit, quod vocabulum *gens* perperam intelligerent. Non enim significat h. l. Punicam gentem, seu populum Carthaginiensem, sed *gentem Barcinam*, fratres Hannibalem, Hasdrubalem, et Magonem, Hamilcaris filios: de qua gente et sup. Lib. XXI. cap. 10. dixerat: ' nec unquam donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quietura Romana fœdera.' De duobus fratribus, Hasdrubale et Magone, h. l. dicit, *gens nata instaurandis reparandisque bellis, brevi replevit exercitum, animosque fecit* scil. exercitui: replevit autem exercitum, dum unus fratrum Mago mitteretur ad conquisitionem militum. Hac enim sententia recte dici posse puto: *gens . . . fratre misso, replevit exercitum.* Ut tamen melius putarem, si adderetur præpositio, disjunctio vocabulorum *Magone . . . fratre* efficit. Namque si *fratre* nihil nisi appositio *τοῦ Magone* esset, Livium potius junctis vocibus *Magone fratre ad conqu. mil. m.* dixisse

NOTÆ

[i] *Superque ipso*] Super Vallo scilicet, seu ad Vallum.

[k] *Ad Auringen*] Aurinx, sive Aurigi, ut in antiquis inscriptionibus vocatur, Bæticæ urbs fuit sine dubio: qua in parte fuerit, incertum. Clusio et Floriano est *Arjona* juxta Jaën: Marianæ ipsum *Jaën*, in Andalusia Orientali. Verum his obstare videtur quod Pœni a Munda Auringen recessisse dicuntur; id est, in ulteriora Hispaniæ abiisse: hæc autem loca propiora citeriori Hispaniæ quam Munda. Beutero igitur libentius accesserim cui Aurinx est *Moron*, inter Mundam et Hispalim. V. lib. XXVIII. c. 3.

[l] *Magone ad conquisitionem militum*] Si cum præpositione scribatur, *Magone ad conquisitionem militum a fratre misso:* intelligetur fratris nomine Hasdrubal Hamilcaris filius: et quod sequitur, *brevi replevit exercitum*, non incommode referetur ad superiora, *gens nata instaurandis reparandisque bellis.*

dum de integro certamen fecit. Alii [17] plerique milites,[m] sicut pro parte toties intra paucos dies victa, iisdem animis, quibus prius, ita eodem eventu [18] pugnavere. Plus octo millia hominum cæsa: haud multo minus quam mille captum,[19] et signa militaria quinquaginta octo; [20] et spolia plurima Gallica fuere, aurei torques armillæque,[1] magnus numerus. Duo etiam insignes reguli Gallorum (Mœnicapto et Civismaro [2] nomina erant) eo prælio ceciderunt. Octo elephanti capti, tres occisi. Cum jam [3] res prosperæ in Hispania essent, verecundia Romanos tandem cepit, Saguntum oppidum, quæ [4] causa belli esset, octavum jam annum sub hostium potestate esse. Itaque id oppidum, vi pulso præsidio Punico, receperunt, cultoribusque antiquis, quos vis [5] reliquerat belli, restituerunt: et Turdetanos, qui contraxerant eis cum Carthaginiensibus bellum, in potestatem redactos sub corona vendiderunt, urbemque eorum [n] delevere.

puto. Contra naturæ ordo postulabat, ut primum commemoraretur subjectum *Magone*, deinde consilium seu finis *ad conquisitionem militum*, tum causa *a fratre;* denique adderetur prædicatum *misso.*' Stroth. *A fratre* dat Kreyssig. Vid. Not. Var.—17 Pro *Alii* Valla conj. *Galli*, et J. F. Gronov. *At hi.*—18 ' *Quibus prius, eodemque eventu* Edd. omnes. In Mss. mira est varietas: pro *sicut* in duobus est *siquæ*, in septem *sique*, in uno *siquidem*. Valla inde efficere volebat *iique*. Postrema verba, majore etiam varietate in nonnullis Mss. ita extant, *quibus P. R. orta, eodemque eventu:* in aliis diserte, *quibus Populi Romani orta eodemque ev.* rursus in aliis, *quibus prius orta eodemque:* al. *quibus prius coorti eodemque:* al. *quibus prius R. ita eodemque.* In nonnullis tamen id, quod nos recepimus, ipsis literis extat.' *Stroth.*—19 *Capta* Edd. ante Crevier.—20 *Et signa militaria quinquaginta octo* del. Gronov. Doujat.—1 *Fuere annuli aurei, torques armillæque* Edd. ante Crevier.—2 In Ms. Put. *Mœnicæpta et Vismaro.*—3 *Tam* legendum putat Perizonius.—4 *Quod* Edd. ante Crevier. mox *quintum* aut *sextum* pro *octavum* legendum monet Glareanus.—5 ' Put. et Pet. *quot et suis.* Alii, *quos et vis*, vel *jus.* Forte, *quos ex iis vis reliquerat belli.* Lib. xxv. ' Quasdam ex iis damnatas in exilium egerant.' Vel, *quos ex iis reliquerat bellum.*' J. F. Gronov.

NOTÆ

[m] *Alii plerique milites*] Legit Valla *Galli plerique;* Gronov. suspicatur *Capti plerique:* sed uterque contra Mss. fidem, atque Auctoris, ni fallor, sententiam: vult enim *plerosque milites*, qui conquisiti a Magone, novos fuisse; et *alios*, id est, diversos ab iis, qui prius pugnaverant, victique bis fuerant.

[n] *Urbemque eorum*] Scire vellem quam Turdetanorum urbem intelligat; fuere enim Turdetani inter Hispaniæ totius populos latissimis finibus in Bætica septemtrionali et Beturia, atque adeo in Lusitania; eorumque urbes tres saltem et qua-

43. Hæc in Hispania, Q. Fabio, M. Claudio consulibus, gesta. Romæ cum tribuni plebis novi magistratum inissent, extemplo censoribus, P. Furio et M. Atilio, a L. Metello tribuno plebis dies dicta ad populum est. Quæstorem eum proximo anno, ademto equo, tribu moverant atque ærarium fecerant, propter conjurationem deserendæ Italiæ ad Cannas factam.[6] Sed novem tribunorum auxilio vetiti causam in magistratu dicere, dimissique fuerant. Ne lustrum perficerent, mors prohibuit P. Furii. M. Atilius magistratu se abdicavit. Consularia comitia habita a Q. Fabio Maximo consule. Creati consules ambo absentes, Q. Fabius Maximus, consulis filius, et Ti. Sempronius Gracchus iterum. Prætores fiunt M. Atilius, et, qui tum ædiles curules erant, P. Sempronius Tuditanus et Cn. Fulvius Centumalus[7] et M. Æmilius Lepidus. Ludos scenicos per quatriduum eo anno primum factos ab curulibus ædilibus, memoriæ proditur. Ædilis Tuditanus hic erat, qui ad Cannas, pavore aliis in tanta clade torpentibus, per medios hostes evasit.[8] Comitiis perfectis, auctore Q. Fabio consule, designati consules Romam arcessiti magistratum inierunt:* senatumque de bello ac provinciis suis prætorumque, et de exercitibus, quibus quique præessent, consuluerunt.

6 ' Put. *desereddactus italiæ at cannas.* Pet. *deserte actus Italiæ ad Cannas.* Voss. *deferte actus Italiæ.* Aliquid latet. Forte scribendum, *deserendæ metu Italiæ Canusii factum;* aut *deserendæ terræ Italiæ.* Vide supra lib. XXII. 52. et 53.' *J. F. Gronov.*—7 Al. *Centimalus.*—8 Pro *evasit* Edd. ante Gronov. habent *erupit.*

NOTÆ

draginta numerat Ptol. Verum hoc belli Punici tempore terminos inter angustiores inclusi, exiguam tantum Bæticæ partem tenuisse videntur: et forte eam ubi post Turdulorum pars versus ortum ad Oretanorum Bastitanorumque confinia: ne nimium abfuerint a Sagunto, cui bellum conflasse ante quadriennium dicuntur. Reliqua ut ex superioribus constat Olcades magnam partem hoc tempore tenebant: nisi velis hic pro Turdetanis, quorum nomen alibi fere incognitum Livio, legi *Edetanos,* quorum intra fines Saguntus. Olcades tamen cum urbe Cartheja ad lævam Tagi ponunt Sanso et Brietius, qui oppidum *Ocafia* interpretatur.

* A. U. C. 540.

44. Itaque provinciæ atque exercitus divisi. Bellum cum Hannibale[9] consulibus mandatum, et exercituum unus, quem ipse Sempronius habuerat, alter,[10] quem Fabius consul. Eæ binæ erant legiones. M. Æmilius prætor, cujus peregrina sors erat, juris dictione M. Atilio collegæ,[o] prætori urbano, mandata, Luceriam[11] provinciam haberet, legionesque duas, quibus Q. Fabius, qui tum consul erat, prætor præfuerat. P. Sempronio[12] provincia Ariminum,[p] Cn. Fulvio Suessula, cum binis item legionibus, evenerunt: ut Fulvius urbanas legiones duceret, Tuditanus a M'. Pomponio[13] acciperet. Prorogata imperia provinciæque, M. Claudio Sicilia finibus eis, quibus regnum Hieronis fuisset: Lentulo proprætori provincia vetus:[q] T. Otacilio classis. Exercitus nulli additi novi. M. Valerio Græcia Macedoniaque cum legione et classe, quam haberet: Q. Mucio cum vetere exercitu (duæ autem legiones erant) Sardinia: C. Terentio legio una, cui jam præerat,[14] et Picenum. Scribi præterea duæ legiones urbanæ jussæ et viginti millia sociorum. His ducibus, his copiis, adversus multa simul, aut mota aut suspecta, bella munierunt Romanum imperium. Consules, duabus urbanis legionibus scriptis, supplementoque in alias lecto, prius, quam ab Urbe moverent,[t] prodigia procurarunt, quæ nuntiata erant. Murus ac por-

[t] *Antequam discederent ab urbe.*

9 *Bellum undecumque cum H.* Edd. ante Gronov.—10 'Male ex meo sensu cohærent verba, *et ... unus ... alter:* legendum fortasse: *et exercitus duo; unus, quem, ... alter, quem:* excidisse certe aliquid ex hac parum concinna oratione videtur.' *Doering.*—11 *Jurisdictionem Attilio c. p. u. mandarat, ut Luc.* Edd. ante Gronov.—12 *Prætori Semp.* Edd. ante Crevier.—13 *M. Pomponio* Edd. ante Drak. et Mss. omnes.—14 *C. Ter. cum legione una cui jam diu præ-*

NOTÆ

[o] *Juris dictione M. Atilio collegæ, &c.*] Jamdiu igitur prætores duo in urbe jus dicebant, urbanus inter cives, peregrinus inter peregrinos, sive inter se, sive cum civibus Romanis litigarent: poteratque alter alteri jurisdictionem suam mandare.

[p] *Ariminum*] Finis Galliæ Cisalpinæ et Italiæ Rubico fuit: citra quem *Ariminum*, vulgo *Rimini*, in extrema Umbria.

[q] *Provincia vetus*] Pars nempe Siciliæ ad occasum versa, et quæ jam tum Romanis parebat maxima ex parte, Carthaginiensibus pulsis.

tæ tactæ,[r] et Ariciæ etiam Jovis ædes de cœlo tacta fuerat.[15] Et alia ludibria oculorum auriumque credita pro veris. Navium longarum species in flumine Tarracinæ, quæ nullæ erant, visæ; et in Jovis Vicilini templo, quod in Compsano[16] agro est, arma concrepuisse: et flumen Amiterni[s] cruentum fluxisse. His procuratis ex decreto pontificum, profecti consules, Sempronius in Lucanos, in Apuliam Fabius. Pater filio legatus ad Suessulam[t] in castra venit. Cum obviam filius progrederetur, lictoresque verecundia majestatis ejus taciti anteirent;[17] præter undecim fasces equo prævectus senex, ut consul animadvertere proximum lictorem[x] jussit,[u] et is, ut descenderet ex equo, inclamavit; tum demum desiliens, 'Experiri,' inquit, 'volui, fili, satin' scires, consulem te esse.'

45. In ea castra Dasius Altinius Arpinus[18] [y] clam nocte cum tribus servis venit, promittens, si sibi præmio foret,[z]

[u] *Si ea res remuneratione non careret.*

erat Edd. ante Gronov.—15 'In multis Mss. *fuerant*, prob. Gron. qui etiam vocem *tactæ* delendum putabat, ut *murus ac portæ* urbis intelligerentur.' *Rupert.*—16 *Comptino* Put. conj. J. F. Gronov. *Pomptino.*—17 '*Non summoventes patrem* addunt Edd. ab Ascens. ad Gron. quæ verba addita sunt ab aliquo librario ad explicandum τοῦ *taciti:* cum potius intelligendum sit, *non animadvertentes*, seu monentes, ut descenderet ex equo. Rem narrant Plutarchus in Fabio p. 188. et Valerius Maximus lib. II. cap. 1.' *Stroth.*

18 Ita Mss. *Classius* vel *Cassius Altinus Arpinas* Edd. ante Gronov.—

NOTÆ

[r] *Murus ac portæ tactæ*] Romæ scilicet.

[s] *Et flumen Amiterni*] Fuit Amiternum opp. Sabinorum ad fontes Aterni fl. qui nunc *Pescara*, in Vestinorum confinio. Urbis ruinæ apud oppidulum, quod vulgo *S. Vittorino* in Aprutio ulter.

[t] *Ad Suessulam*] Prope Apuliam fuit Suessula in Campaniæ Samniique finibus, sed ea in Apuliam ibatur.

[u] *Animadvertere . . . jussit*] Procedente magistratu, tria erant lictorum præcipua munera, 'præire;' 'summovere turbam,' quod cum strepitu et imperio quodam fiebat; et 'animadvertere,' id est, monere ut suus magistratui cuique honos exhiberetur, decendedo de via, assurgendo, descendendo ex equo aut curru, &c.

[x] *Proximum lictorem*] Lictores ante magistratum ibant, non turmatim, sed singuli, et in lineam; ut ultimus, qui præcipuæ dignationis, proximus esset magistratui.

[y] *Dasius Altinius Arpinus*] Ita scribendum Gronov. censet; non ut vul. *Cassius Altinus Arpinas.* Non enim Cassius dicebatur, nec Arpini civis

se Arpos proditurum esse. Cum eam [19] rem ad consilium retulisset Fabius, aliis ‘ pro transfuga verberandus necandusque’ videri, ‘ ancipitis animi communis hostis,[x] qui post Cannensem cladem, tanquam cum fortuna fidem stare oporteret, ad Hannibalem discessisset,[20] traxissetque ad defectionem Arpos; cumque res Romana [1] contra spem votaque ejus velut resurgeret, turpius videatur novam referre proditionem proditis olim; qui aliunde stet semper, aliunde sentiat,[y] infidus socius,[2] vanus hostis; ad Faleriorum [z] Pyrrhive [3] [a] proditorem tertium transfugis documentum esset.’ [4] Contra ea consulis pater Fabius, ‘ temporum oblitos homines, in medio ardore belli, tanquam in pace, libera de quoque arbitria agere,’ [z] aiebat: ‘ qui,[5] cum illud potius agendum atque eis cogitandum sit, si quo modo fieri possit, ne qui socii a populo Romano desciscant, id non cogitent; [b] documentum autem dicant statui oportere,[6] si

[x] *Perinde hostis Romanorum ac Pœnorum, cujus animus semper in ancipiti.*

[y] *Qui Romanis, quos antea prodiderat, majori turpitudine offerat se nunc proditurum Pœnos; quique perpetuo partes aliorum palam amplectatur, aliorum contrarias partes animo foveat.*

[z] *Ait Fabius pater quosdam Romanorum (ipsum nempe Q. Fabium filium consulem) non animadvertentes pro temporum varia conditione varie agendum; nunc, licet ardente bello tamen tanquam plena pace, velle uti libera de unoquoque pro libito decernendi potestate.*

19 Addunt *tunc* Edd. ante Drak.—20 *Discessit* Voss. et *descisset* quidam Mss. prob. J. F. Gronov.—1 *Tum posteaquam res Rom.* Edd. ante Drak.—2 ‘ *Proditionem, ut proditio pro septemvirali judicio esset; semperque aliud sentiret, infidus s.* Edd. ante Gron. Mss. hoc loco omnes misere corrupti sunt, ex quorum vestigiis tamen Gronovius, id quod nunc editur, sagacissime eruit. Verba *novam referre proditionem* ex locutione *referre gratiam* facile lucem accipiunt. Sicut enim ibi significat gratum rependere illi, qui gratum fecerit; ita h. l. est: gratum rependere illi qui ingratum passus sit: *den ehemals Verrathenen einen neuen Verrath zur Entschädigung bringen.*’ Stroth.—3 ‘ Immo *Pyrrhique* ob seq. *tertium.*’ Rupert. Pro *proditorem* conj. Duk. *proditores.*—4 Conj. Rupert. *is sit.*—5 *Qui* abest ab Edd. ante Drak.—6 *Desciscant, et non vocitent, documentum autem ducant statui o.* Edd. ante Drak. Vet. lib. apud Sigon.

NOTÆ

erat, sed Arporum Apuliæ civitatis.

[z] *Ad Faleriorum*] De Faliscorum puerorum magistro proditore, ad patres eorum remisso per Camillum, supra lib. v. cap. 27.

[a] *Pyrrhive*] Fabricius Pyrrho Epirotarum regi proditionem medici indicaverat: Livii Epit. XIII. Plut. in Pyrrho, Eutrop. lib. II. cap. 18. Id Florus Curio tribuit.

[b] *Id non cogitent* [*et non vocitent*]

quis resipiscat, et antiquam societatem respiciat. Quod si abire ab Romanis liceat, redire ad eos non liceat; cui dubium esse, quin brevi deserta ab sociis Romana res fœderibus Punicis omnia in Italia juncta visura sit? Se tamen non eum esse, qui Altinio fidei quicquam censeat habendum, sed mediam consecuturum[c] consilii viam. Neque eum pro hoste, neque pro socio in præsentia habitum, libera custodia haud procul a castris placere in aliqua fida civitate servari per belli tempus: perpetrato bello, tum consultandum, utrum defectio prior plus merita sit pœnæ, an hic reditus veniæ.' Fabio assensum est; catenisque ligatus,[d] traditur et ipse et comites: et auri satis magnum pondus, quod secum tum attulerat, ei servari jussum. Calibus eum interdiu solutum custodes sequebantur: nocte clausum asservabant. Arpis domi primum desiderari quærique est cœptus: dein fama, per totam urbem vulgata, tumultum, ut principe amisso, fecit: metuque rerum novarum extemplo nuntii ad Hannibalem[7] missi. Quibus nequaquam offensus[e] Pœnus, quia et ipsum, ut ambiguæ fidei virum, suspectum jam pridem habebat, et causam nactus erat tam ditis hominis bona possidendi vendendique: ceterum ut iræ magis, quam avaritiæ, datum crederent homines, crudelitatem quoque gravitati addidit;[8] conjugemque ejus

et non nocitivum documentum.—7 Voces *ad Hannibalem* absunt fere ab omnibus Mss.—8 ' *Crudelitatem quoque gravitati* (severitati) *addidit* e Ms. Flor. et al. pro vulg. *crudelitati q. gravitatem a.* recepi cum Str. qui tamen recte simul monuit, pro *gravitati*, quæ ab h. l. aliena sit, (cum de duobus potius Hannibalis vitiis sit sermo, de *avaritia*, quam *habita quæstione de auro argentoque domi relicto*, et de *ira* seu *crudelitate*, quam *comburendo vivos* liberos conjugemque Altinii significaverit,) legendum *aviditati*, aut cum Gron. *rapacitati.* Suspicari etiam possis *cupiditati*, et *gravem* vel *feram* vel *diram aviditati.* Minus apte Ern. conj. *crudelitati q. pravitatem.* Ceterum eandem crudelitatem Hannibalis memorat Appian. b. Hann. XXXI. et aliud ejus exemplum cap. 44. extr.' *Rupert.*

NOTÆ

An modo hos, modo illos non advocent, et partes mutent? an potius scribendum, *non vacillent?*

[c] *Consecuturum*] Compositum pro simplici *secuturum.*

[d] *Catenisque ligatus*] Altinius.

[e] *Nequaquam offensus*] Vult haud gravate id accepisse Hannibalem, non sane quod eam defectionem probaret, sed quod Altinium amotum, ejusque bona invadendi occasionem sibi datam lætaretur.

ac liberos in castra accitos, quæstione prius habita, primum de fuga Altinii, dein quantum auri argentique domi relictum esset, satis cognitis omnibus, vivos combussit.

46. Fabius, ab Suessula profectus, Arpos primum institit oppugnare. Ubi cum a quingentis fere passibus[9] castra posuisset, contemplatus ex propinquo situm urbis mœniaque, quæ pars tutissima mœnibus erat, qua maxime neglectam custodiam[10] vidit, ea potissimum aggredi statuit. Comparatis omnibus, quæ ad urbes oppugnandas usui sunt, centurionum robora ex toto exercitu delegit, tribunosque viros fortes eis præfecit, et milites sexcentos, quantum satis visum est, attribuit: eosque, ubi quartæ vigiliæ signum cecinisset, ad eum locum scalas jussit ferre. Porta ibi humilis et angusta erat, via infrequenti per desertam partem urbis. Eam portam scalis prius transgressos ad murum pergere, et ex interiore parte vi claustra[11] refringere jubet, et tenentes partem urbis cornu signum dare, ut ceteræ copiæ admoverentur: parata omnia atque instructa sese habiturum. Ea impigre facta; et, quod impedimentum agentibus fore videbatur, id maxime ad fallendum adjuvit. Imber, ab nocte[12] media coortus, custodes vigilesque, dilapsos e stationibus, suffugere in tecta coëgit; sonituque primo largioris procellæ strepitum molientium[13] portam exaudiri prohibuit; lentior deinde æqualiorque accidens auribus[a] magnam partem hominum sopivit. Postquam portam[14] tenuerunt, cornicines in via paribus intervallis dispositos canere jubent, ut consulem excirent. Id ubi factum ex composito est, signa efferri consul jubet, ac paulo ante lucem per effractam portam urbem ingreditur.

47. Tum demum hostes excitati sunt, jam et imbre conquiescente, et propinqua luce. Præsidium in urbe erat

[a] *Minus crebro et æquabiliori sonitu ad aures perveniens.*

9 *A mille fere passibus* Edd. ante Gronov.—10 *Custodia* Edd. ante Crevier. —11 Al. *ex interiore parte claustra.*—12 Al. *ad fallendum juvit. imber a nocte.* —13 *Demolientium* Edd. ante Gronov.—14 *Partem* Francof. Gruter.

Hannibalis, quinque millia ferme armatorum: et ipsi Arpini tria millia hominum armabant.[15] Eos primos Pœni, ne quid ab tergo fraudis esset, hosti opposuerunt. Pugnatum primo in tenebris angustisque viis est; cum Romani non vias tantum, sed tecta etiam proxima portæ, occupassent, ne peti superne ac vulnerari possent. Cogniti inter se quidam Arpinique et Romani; atque inde colloquia cœpta fieri, percunctantibus Romanis, quid sibi vellent Arpini; quam ob noxam Romanorum, quod aut meritum[16] Pœnorum, pro alienigenis ac barbaris Italici adversus veteres socios Romanos bellum gererent, et vectigalem ac stipendiariam Italiam Africæ facerent? Arpinis purgantibus, ignaros omnium se venum a principibus datos Pœno,[17] captos oppressosque a paucis esse. Initio orto,[b] plures cum pluribus colloqui. Postremo prætor Arpinus ab suis ad consulem deductus; fideque data inter signa aciesque, Arpini repente pro Romanis adversus Carthaginiensem[18] arma verterunt. Hispani quoque, paulo minus mille homines, nihil præterea cum consule pacti, quam ut sine fraude Punicum emitteretur præsidium, ad consulem transtulerunt signa. Carthaginiensibus portæ patefactæ, emissique cum fide incolumes ad Hannibalem Salapiam venerunt. Arpi, sine clade ullius, præterquam unius veteris proditoris, novi perfugæ, restituti ad Romanos.[19] Hispanis duplicia cibaria dari jussa: operaque eorum forti ac fideli persæpe res publica usa est. Cum consul[20] alter in Apulia, alter in Lucanis esset, equites centum duodecim nobiles Campani, per speciem prædandi ex hostium agro, permissu magistratuum ab Capua profecti, ad castra Romana, quæ super Suessulam erant, venerunt. Stationi militum,

[b] *Facto colloquendi initio.*

15 'Dukerus bene conjicit *armarant*.' Stroth.—16 'Ita optimi Mss. *quod ob meritum* plerique Mss. et Edd. ante Gronov. *quod autem ob meritum* e cod. Palat. 2. recepit Stroth. auctore Duk. Non male, etsi Doering. putet, non *autem* sed *aut* requiri, quia meritum Pœnorum noxæ Rom. oppositum sit. Sæpe *autem* est fere id. qd. *aut* vel *etiam*.' Rupert.—17 *Pœne* Edd. ante Gronov.—18 *Carthaginienses* Edd. ante Drak.—19 Olim *restituti Romanis*.—

qui essent, dixerunt, colloqui sese cum prætore velle. Cn. Fulvius castris præerat: cui ubi[1] nuntiatum est, decem ex eo numero jussis inermibus deduci ad se, ubi, quæ postularent, audivit, (nihil autem aliud petebant, quam ut, Capua recepta, bona sibi restituerentur) in fidem omnes accepti. Et ab altero prætore Sempronio Tuditano oppidum Aternum[2] [f] expugnatum. Amplius septem millia hominum capta, et æris argentique signati aliquantum. Romæ fœdum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit: solo æquata omnia inter Salinas [g] ac portam Carmentalem, cum Æquimælio Jugarioque [h] vico. In templis Fortunæ ac Matris Matutæ et Spei[3] extra portam [i] late vagatus ignis sacra profanaque multa absumsit.

48. Eodem anno P. et Cn. Cornelii, cum in Hispania res prosperæ essent, multosque et veteres reciperent socios, et novos adjicerent, in Africam quoque spem extenderunt. Syphax erat rex Numidarum,[k] subito Carthaginiensibus hostis factus: ad eum centuriones tres legatos

20 *Consulum* Edd. ante Jac. Gronov.—1 ' Forte leg. *ut* pro *ubi*, quod bis positum haud placet.' *Rupert.*—2 Conj. Cluver. *Claternum:* Rupert. *Tifernum* vel *Ravennam.*—3 Put. uterque Pet. Voss. abolent τὸ *Spei.*

NOTÆ

[f] *Aternum*] In Marrucinis fuit Aternum oppidum, a flumine, cujus ostiis imminet, sic dictum. Commune fuit eorum Vestinorumque emporium; hodie *Pescara*, in Aprutio Citeriori.

[g] *Inter Salinas*] Id est, a Capitolini fere montis radicibus, ad Tiberim fluvium. Salinæ dicebantur Romæ locus ubi sal venale, inter Aventinum ac Tiberim.

[h] *Jugarioque*] Jugarius vicus, quo ab Æquimelio ad Tiberim ibatur, nomen accepit a templo Junonis, Jugæ cognomine, id est, Jugalis.

[i] *Extra portam*] Carmentalem, de qua supra.

[k] *Rex Numidarum*] Plures fuere Numidarum populi: celeberrimi Massyli et Massæsyli ex Strabone. Horum rex Syphax, illorum Masinissa, ut probat Sigonius ex veteribus libris Livianis, et Epitomarum. Tota regio inter Africam proprie dictam et Mauritaniam sita fuit; et Massæsylorum regionem a Mauritania interfluente Molochath flumine dividi auctor est idem Strabo lib. XVII. ex quo eruitur Syphaci occidentalem Numidiam paruisse: in illa fuit inprimis *Siga;* in hac *Zama* Jubæ regia. Transiit post Numidia sub imperatoribus in Mauritaniæ nomen; tum Cæsariensis, quæ ad occasum; tum Sitifensis quæ ad ortum: illa Algerii, hæc Bugiæ, regnum hodie vocantur.

miserunt,[c] qui cum eo amicitiam societatemque facerent, et pollicerentur, si perseveraret urgere bello Carthaginienses, gratam eam rem fore senatui populoque Romano, et annisuros, ut in tempore et bene cumulatam gratiam referant. Grata ea legatio barbaro fuit; collocutusque cum legatis de ratione belli gerundi,[4] ut veterum militum verba audivit, quam multarum rerum ipse ignarus esset, ex comparatione tam ordinatæ disciplinæ, animum advertit.[5] Tum, primum ut pro bonis ac fidelibus sociis facerent, oravit, ' ut duo legationem referrent ad imperatores suos; unus apud sese magister rei militaris remaneret.[6] Rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem. Ita jam inde a principiis gentis majores suos bella gessisse, ita se a pueris insuetos; sed habere hostem pedestri fidentem Marte. Cui si æquari robore virium velit, et sibi pedites comparandos esse; et ad id multitudine hominum regnum abundare: sed armandi ornandique[7] et instruendi eos artem ignorare. Omnia, velut forte congregata turba, vasta[8] ac temeraria esse.'[1] Facturos se

[c] *Missi sunt a Scipionibus ad Syphacem tres legati ex centurionum numero.*

4 Al. *gerendi.*—5 *Animadvertit* una voce Edd. ante Gronov.—6 ' Put. *retieret.* Pet. Men. Pal. *rediret.* Pet. et Pal. alteri *resideret;* quod an genuinum sit, considera.' *J. F. Gronov.*—7 *Ordinandique* Edd. ab Mogunt. ad Gronov.—8 ' *Vasta* ex emend. Ruben. qui explicat, agrestia, rustica, rudia, incomposita, incondita, ut ap. Cic. Or. XLV. de Orat. I. 25. III. 12. 43. In Edd. ante Gronov. *sua inscia;* quod *sua* revocavit Stroth. auctore Dukero. In Mss. optimis *suaisca* et *suasca.* Inde Salamas. conj. *vasca,* et Gron. *vesca,* h. e. quasi adesa, (a *vescor,* non a *ve* et *esca,* ut placebat Gell. XVI. 5.) hinc infirma, gracilia, tenuia. Cf. Gron. ad h. l. et Intpp. Virg. Georg. III. 175.

NOTÆ

[1] *Congregata turba, vasta ac temeraria esse*] Legit Salmas. *turba vasca,* ex glossario manuscripto, ex quo profert *vascam,* inane, leve. At Gelen. corruptum esse non dubitat, et *vastum,* inane, scribendum censet. Et sane *vastum* sumitur pro agresti, incomposito, incondito; sic enim Cic. I. de Oratore, ' sunt quidam . . . vultu motuque corporis vasti atque agrestes.' Et ibid. ' Vastum hominem atque fœdum.' Et III. de Orat. ' Non vaste, non rustice :' unde hoc loco scripsisse Livium existimat *omnia velut congregata forte turba, vasta ac temeraria esse;* Gronov. mavult, *vesca.* Est enim vescus idem quod infirmus, sive tenuis, exilis, imbecillus, ut apud Virg. III. Georgic. ' Vescas Salicum frondes.' Et IV. Georg. ' Vescumque papaver.'

in præsentia, quod vellet, legati responderunt; fide accepta, ut remitteret extemplo eum, si imperatores sui non comprobassent factum. Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem[9] remansit. Cum duobus Romanis reliquis[m] Numida legatos[10] in Hispaniam misit ad accipiendam[11] fidem ab imperatoribus Romanis. Iisdem mandavit, ut protenus Numidas, qui intra præsidia[12] Carthaginiensium auxiliares essent, ad transitionem pellicerent. Et Statorius ex multa juventute regi pedites conscripsit; ordinatosque proxime morem Romanum instruendo et decurrendo signa sequi et servare ordines docuit; et operi aliisque justis militaribus[13] [n] ita assuefecit, ut brevi rex non equiti magis fideret, quam pediti; collatisque æquo campo signis, justo prælio Carthaginiensem hostem superaret. Romanis quoque in Hispania legatorum regis adventus magno emolumento fuit. Namque ad famam eorum transitiones crebræ ab Numidis cœptæ fieri. Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est.[14] Quod ubi Carthaginienses acceperunt, extemplo ad Galam, in parte altera Numidiæ[o] (Massyli[15] [p] ea gens vocatur) regnantem, legatos mittunt.

IV. 131.' *Rupert.*—9 Al. *apud regem.*—10 ' *Cum duobus Romanis reliquis Numida.* Syphax, Numidarum rex, *legatos* cet. Vox *reliquis*, a Drak. e duobus Mss. haud optimis recepta, languida est et valde dubia. In omnibus fere Mss. et Edd. est *relata*, et deinde *Numida* vel *Numidis* vel *Numidasque legatos* vel *legatosque*. In Ed. Junt. *Cum d. R. legatis Numida legatos* non improb. Gron. qui tamen illud *legatis* aut *relata* delere malebat. Pro eo forte leg. *re pacta*, aut potius *regnator.*' Rupert.—11 Al. *ad capiendam.*—12 *Intra portas seu præs.* Edd. ante Gronov.—13 *Aliisque institutis militaribus* Edd. a Tarvis. ad Gronov.—14 ' Sequitur, *Ita cum Syphace Romanis juncta amicitia est.* Optimi *cœpta* pro *juncta*. Quæ res facit, ut præcedenti membro τὸ *cœptæ* suppositititium credam.' *J. F. Gronov.*—15 *Massyla* Edd. ante Crevier.

NOTÆ

[m] *Reliquis* [*relata*] Tentari posset, num scribendum *rata ea*, id est, rem sibi convenisse, cum his duobus, scripsit ad Scipiones Syphax.

[n] *Aliisque justis* [*institutis*] *militaribus*] In scriptis et in editione Romana Andreæ est *justis militaribus*, ut justa dicantur pro iis quæ ex recepto more, ac recte, atque ad rem convenienter fiunt. Qua de re Gronov. IV. Observat. 6.

[o] *In parte altera Numidiæ*] Hæc pars Carthaginiensibus propior ab fluvio Amsaga ad Tuscam.

[p] *Massyli*] Hi Massyli Numidiam strictius sumtam incolebant in finibus Africæ, proprie dictæ.

49. Filium Gala Masinissam[16] habebat, septem et decem annos natum, ceterum juvenem ea indole, ut jam tum appareret, latius regnum opulentiusque, quam accepisset,[17] facturum. Legati, ‘ quoniam Syphax se Romanis junxisset, ut potentior societate eorum adversus reges populosque Africæ esset,’ docent, ‘ melius fore Galæ quoque Carthaginiensibus jungi quam primum, ante quam Syphax in Hispaniam, aut Romani in Africam transeant: opprimi Syphacem, nihildum præter nomen ex fœdere Romano habentem, posse.’ Facile persuasum Galæ, filio deposcente id bellum, ut exercitum mitteret; qui, Carthaginiensium legionibus conjunctis, magno prælio Syphacem devicit. Triginta millia eo prælio hominum cæsa dicuntur. Syphax cum paucis equitibus in Maurusios[q] ex acie Numidas[18] (extremi prope oceanum adversus Gades colunt) refugit: affluentibusque ad famam ejus undique barbaris, ingentes brevi copias armavit. Cum quibus antequam in Hispaniam, angusto diremtam freto,[r] trajiceret, Masinissa cum victore exercitu advenit: isque ibi cum Syphace ingenti gloria per se, sine ullis Carthaginiensium opibus, gessit bellum. In Hispania nihil memorabile gestum, præterquam quod Celtiberum juventutem eadem mercede, qua pacta[19] cum Carthaginiensibus erat, imperatores Romani ad se perduxerunt: et nobilissimos Hispanos supra

16 ‘ Al. *Masanissam.* Forte leg. *Massanassam* vel *Massanissam*, ut Græcis dicitur. v. ad Sil. XVI. 117.’ *Rupert.*—17 *Quam quod accepisset* Edd. ante Gronov. et plerique Mss. prob. Stroth.—18 ‘ Incommodum est h. l. vocabulum *Numidas.* Sigonius *Numidis* legere, alii delere plane malebant. Forsan legendum: *in Maurusios ex acie.* (*Numidarum extremi p. oc. adv. Gades colunt*) *refugit.*’ Stroth.—19 ‘ *Qua pacta* plerique et optimi Mss. *quam p.* et *quæ p.*

NOTÆ

[q] *In Maurusios*] Iidem sunt Maurusii cum Mauris, Mauritaniæ antiquæ incolis, quæ post Romanis Tingitana: hodie regna *Fessæ* et *Marochi*, Barbariæ pars maxime occidentalis. Numidiæ nomen huc quoque porrigere videtur Livius, contra quam ceteri scriptores.

In Maurusios ex acie Numidas] Si nihil hic sit corruptum, crediderim *Maurusios Numidas* dici, qui parerent Numidis, vel Syphaci. *J. Clericus.*

[r] *Diremtam freto*] Fretum per antonomasiam dicitur Herculeum, sive Gaditanum: nobis hodie *Détroit de Gibraltar;* quod exiguo intervallo Africam ab Europa disjungit.

trecentos[20] in Italiam ad solicitandos populares, qui inter auxilia Hannibalis erant,[1] miserunt. Id modo ejus anni in Hispania ad memoriam insigne est, quod mercenarium militem in castris neminem ante, quam tum Celtiberos, Romani habuerunt.

reliqui Mss. et Edd. ante Gronov. qui malebat *quam pacti . . . erant.'* Rupert. —20 *Inde* addunt Edd. ante Gronov.—1 ' *Qui inter auxilia Hann. erant.* Relativum in Cantabr. non extat; nec dubito, quin a pluribus Mss. absit, etsi excerptores neglexerint. Legendum enim, *ad solicitandos populares* (*inter auxilia Hannibalis erant*) *miserunt.'* Jac. Gronov.

T. LIVII PATAVINI

HISTORIARUM

AB URBE CONDITA

LIBER XXV.

BREVIARIUM.

Cap. 1. Hannibal in agro Tarentino æstatem consumit: et in Bruttiis Consentini ac Thurini in fidem populi Rom. redeunt; sed T. Pomponius Veientanus præfectus sociorum ab Hannone vincitur. Religio externa, novi sacrorum ritus, librique vaticini Romæ abolentur ab senatu. 2. Sacerdotibus aliquot mortuis alii sufficiuntur, et novi creantur magistratus; in his P. Cornelius Scipio ædilis curulis ante legitimam ætatem. Matronæ quædam accusantur probri, et ludi Romani diem unum, plebeii per biduum instaurantur. 3. Q. Fulvius Flaccus III. et Ap. Claudius Pulcher consulatum ineunt. Prætores sortiuntur provincias, summaque XXIII. legionum eo anno efficitur. Carvilii tribuni pl. M. Postumio Pyrgensi aliisque publicanis ob fraudem factam in iis, quæ portarentur ad exercitus, dicunt mulctam, et hi in concilium plebis cuneo irrumpunt. 4. Vim eam contra remp. factam decernit senatus, et Carvilii rei capitalis diem dicunt publicanis; qui vel in carcerem conjiciuntur, vel in exilium abeunt. 5. P. Licinius Crassus juvenis pontifex max. creatur: et ob inopiam juventutis militaris conscribuntur etiam minores XVII. annis et ingenui per agros conquisiti. 6. Residui Cannensis exercitus, in veterem quietamque provinciam in Sicilia relegati, ad Marcellum, in nova ibi provincia bellum gerentem, legatos mittunt petentes, ut sub eo militare liceat, et pugnando quærere libertatem. 7. A Marcello ad senatum Rom. et ab hoc ad illum rejiciuntur. Creantur V. viri muris turribusque, et III. viri templis reficiendis, aliique III. viri sacris conquirendis donisque persignandis. Tempestates fœdæ et prodigia. Obsides Tarentini Roma aufugiunt; sed comprehensi virgisque cæsi de saxo dejiciuntur. 8. Propter atrocitatem hujus pœnæ Tarenti nobiles conjurant juvenes, quorum principes Nico et Philemenus, nocte per speciem venandi urbem egressi, ejus prodendæ modum

ac tempus cum Hannibale componunt. 9. Is, opera illorum usus, concubia nocte Tarentum ingreditur. 10. Præsidium Romanum in arcem confugit, et Tarentini benigne a Pœnis tractantur. 11. Arcem, in peninsula positam, et muro fossaque ingenti divisam ab urbe, Hannibal alio ab ea muro ac vallo intersepire, at frustra oppugnare conatur. Ut tamen illa et mari et terra obsideatur, Tarentini naves suas, portu inclusas, inde per mediam urbem ad mare plaustris transvehunt.

12. Religionem novam Romanis objiciunt duo Marcii vatis carmina, quorum altero cladem Cannensem, altero finem belli Punici prædixerat, si quotannis Apollini comiter fierent ludi, et decemviri Græco ritu hostiis majoribus sacra facerent. Utrumque Patres decernunt: et hæc est origo ludorum Apollinarium, quos populus spectavit coronatus. 13. Capuam circumsidere parant consules, eodemque Hanno ex Bruttiis cum exercitu mittitur, ut frumenti prius copiam faciat Campanis. Qua de re a Beneventanis certior factus Fulvius consul Boviano proficiscitur in Campaniam, et castra Hannonis paulo ante lucem aggreditur. 14. Quæ, etsi arduo posita loco, capiuntur, et Hanno cum paucis in Bruttios redit. 15. Hannibal Campanis duo millia equitum auxilio mittit: Romani autem Tarentinam arcem frumento præsidioque, quod Metaponti fuerat, instruunt. Itaque Metapontini, metu, quo tenebantur, liberati, deficiunt ad Hannibalem, eorumque exemplum eadem ora maris et Thurini sequuntur. Consules Ti. Gracchum ex Lucanis Beneventum venire jubent, et inde in Campanum agrum legiones ducunt ad Capuam oppugnandam. 16. Gracchus, prius quam ex Lucanis movet, sacrificans tristi terretur prodigio, et mox, a Flavio hospite suo Lucano deductus in insidias, a Magone paratas, cum suis perit. 17. Mortis funerisque ejus varia est fama.

18. Consules ad Capuam pugna incaute inita funduntur, et Campanis crescit animus; sed mox minuitur singulari certamine inter Badium Campanum et T. Quintium Crispinum, perfamiliari hospitio junctos. 19. Hannibal, Capuam profectus, æquo ibi Marte cum Romanis confligit, et Appium consulem, abeuntem in Lucanos, sed alio itinere redeuntem, secutus, obviam venit M. Centenio Penulæ, stolido homini, et insigni olim inter primi pili centuriones et corporis et animi magnitudine, qui, acceptis a senatu octo hominum millibus et duplicato prope exercitu, conserit pugnam atque cum plerisque suorum cadit. 20. Capua a consulibus iterum summa vi obsidetur: in Lucanis autem volonum exercitus, mortuo Graccho, ab signis discedit; et Hannibal in Apuliam castra movet, oblata nova occasione inscii ducis exercitusque opprimendi. 21. Cn. Fulvius Flaccus prætor, stultitia et temeritate Centenio par, non animo, Pœno adventante, in aciem educit copias, cæco impetu ruentes, suoque arbitrio tum consistentes, tum deserentes locum, et, ubi confestim rem inclinatam videt, cum paucis equitibus effugit. 22. Reliquiæ duorum exercituum desertoresque de exercitu volonum conquiruntur; et Capua a consulibus ac Claudio Nerone prætore duplici fossa valloque cingitur. Hannibal arcem Tarentinam Brundisiumque frustra tentat, et, precibus legatorum Campanorum adductus, regreditur Capuam.

23. Interea Syracusarum oppugnatio ad finem venit, adjuta proditione intes-

tina et die festo Dianæ, quo oppidani vino somnoque gravantur. Nocte proxima Romani scalis evadunt in murum: 24. et Hexapylon Epipolasque capiunt. Sub lucem Marcellus omnibus cum copiis urbem ingreditur, reputansque secum, omnia mox arsura, illacrymat. 25. Achradinam murosque Epicydes et transfugæ tenent, Euryalumque arcem tuetur Philodemus Argivus: Neapolis vero et Tyche a Romanis diripiuntur. 26. Peste absumuntur multi Romani omnesque fere Pœni cum ipsis ducibus Hippocrate et Himilcone, qui repente advenerant. 27. Bomilcar cum classe Punica ingentique commeatu adventat, et Epicydes navigat ad eum, metuens, ne ob ventos adversos Africam repetat. Sed ubi tendere ad se Romanas naves vident circa Pachynum prom. ille Tarentum, hic Agrigentum petit. 28. Exercitus Siculorum præfectos Epicydis interficiunt, et multitudine ad concionem vocata exponunt, quæ pacta jam habeant cum Marcello. 29. Tum ad hunc Syracusani mittunt legatos, omnesque pleni sunt bonæ spei, præter transfugas et mercenarios, qui verentes, ne tradantur Romanis, prætores multosque cives obtruncant, et sex præfectos creant, ut terni præsint Achradinæ ac Naso. 30. Unus ex iis, Mericus Hispanus, Achradinam prodit Marcello, et agminibus armatorum eo concurrentibus ab Naso, hæc quoque urbis pars a Romanis, navibus ad eam expositis, capitur. 31. Transfugis spatium locusque fugæ datur, et Syracusani, omni tandem liberi metu, Marcello se permittunt. Inde urbs diripienda militi datur; in quo tumultu Archimedes perit. Frumentum quoque in tempore Syracusas mittit T. Otacilius, qui agros circa Uticam depopulatus erat.

32. In Hispania Scipiones bifariam ita dividunt exercitum, ut Publius duas ejus partes adversus Magonem et Hasdrubalem Gisgonis filium, Cnæus tertiam partem adjunctis xx. m. Celtiberis adversus Hasdrubalem Barcinum ducat. 33. Celtiberi, magna mercede a Pœnis solicitati, abeunt domos, et Cn. Scipio, nunc impar propinquo hosti, retro cedit. 34. Par terror, periculum majus, fratrem urget, tum a Masinissa, socio Pœnorum, qui cum equitatu Numidarum sæpius interdiu agmen et noctu castra ejus incursu turbat, tum ab Indibili, qui Pœnis adducit auxilia. Huic obviam it P. Scipio, et primum in pugna superior est; sed, advenientibus Numidis et paulo post ducibus Pœnorum, anceps fit prælium, in quo ipse cadit et Romani profligantur. 35. Tum tres Pœni duces conjungunt se adversus Cn. Scipionem, qui, quantum potest, recedit, 36. et tumulum capit. Is quia nudus nec satis arduus est, Romani clitellas sarcinasque accumulatas loco valli objiciunt hostibus: at mox pauci ab multis cum ipso duce cæduntur. 37. L. Marcius Septimi filius et T. Fonteius utriusque exercitus reliquias collegunt junguntque. Ille dux creatur et Hasdrubalem Gisgonis filium a vallo repellit. 38. Neque eo contentus milites ad castra illius ultro oppugnanda adhortatur; 39. et proxima nocte tum hæc, tum proxima Pœnorum capit castra.

40. Marcellus, captis Syracusis, ceterisque in Sicilia magna fide et integritate compositis, ornamenta urbis Romam devehit: unde primum initium mirandi Græcarum artium opera et sacra profanaque spoliandi factum est. Bellum quidem reparatur ab Epicyde, Hannone, et potissimum Mu-

tine Libyphœnice ac fortissimo Numidarum duce, qui totam Siciliam brevi tempore implet nominis sui fama. 41. Hoc tamen absente illi, gloriæ ejus obtrectantes, cum Marcello committunt pugnam, in qua Numidæ stant quieti, Pœnique ingentem accipiunt cladem. Novi consules prætoresque creantur Romæ.

1. Dum hæc in Africa atque in Hispania geruntur, Hannibal in agro Tarentino æstatem consumsit, spe per proditionem urbis Tarentinorum potiundæ. Ipsorum interim Sallentinorum[1][a] ignobiles urbes ad eum defecerunt. Eodem tempore in Bruttiis ex duodecim populis, qui anno priore ad Pœnos desciverant, Consentini et Thurini[b] in fidem populi Romani redierunt. Et plures rediissent, ni T. Pomponius Veientanus præfectus socium, prosperis aliquot populationibus in agro Bruttio justi ducis speciem nactus, tumultuario exercitu coacto,[2] cum Hannone conflixisset. Magna ibi vis hominum, sed inconditæ turbæ agrestium servorumque, cæsa aut capta est: minimumque jacturæ fuit, quod præfectus inter ceteros est captus,[3] et tum temerariæ pugnæ auctor, et ante publicanus, omnibus malis artibus et rei publicæ et societatibus infidus[c] damnosusque. Sempronius consul in Lucanis multa prælia parva, haud ullum dignum memoratu, fecit;[4] et ignobilia oppida Luca-

1 Legendum monet J. F. Gronov. cum Rubenio, *ipsorum interim et Sallentinorum.*—2 ' Put. Pet. *exercitu actu coacto.* Forte: *exercitu ad id coacto.*' J. F. Gronov.—3 ' Videntur abundare duæ voculæ, et opportuna epexegesi scripsisse Livius, *minimumque jacturæ fuit præfectus inter ceteros captos.*' J. F.

NOTÆ

[a] *Ipsorum interim Sallentinorum*] *Ipsorum* nomine intelligi debent Tarentini, de quibus in fine prioris periodi: ideo Ruben. conjunctionem addit, *ipsorum interim et Sallentinorum.*

[b] *Thurini*] At nondum Thurini ad Pœnos desciverant, sed anno demum sequente, ut probat Sigonius ex c. 15. hujus libri: unde ratiocinatur legendum *Terinæi;* Terinam enim Bruttiorum urbem, (a qua sinus Terinæus,) in potestatem Hannibalis una cum Consentia venisse, atque ab eo deinde eversam, quod eam se tueri posse desperaret, testis est Strabo lib. VI. Hodie *Nocera*, inter Marturanum et Turrem, ad mare Tyrrhenum, in extremis Calabriæ citerioris ad meridiem finibus.

[c] *Et societatibus infidus*] Societatibus nempe publicanorum, quibus innexus fuerat, et quorum negotia non ex fide gesserat.

norum aliquot expugnavit. Quo diutius trahebatur bellum, et variabant secundæ adversæque res non fortunam magis, quam animos, hominum; tanta religio, et ea magna ex parte externa, civitatem incessit, ut aut homines, aut Dii repente alii viderentur facti. Nec jam in secreto modo atque intra parietes abolebantur[5] [d] Romani ritus; sed in publico etiam ac foro Capitolioque mulierum turba erat, nec sacrificantium, nec precantium Deos patrio more. Sacrificuli ac vates ceperant hominum mentes: quorum numerum auxit rustica plebs, ex incultis diutino bello infestisque agris egestate et metu in Urbem compulsa, et quæstus ex alieno errore facilis,[e] quem velut ex concessæ artis usu exercebant. Primo secretæ bonorum indignationes exaudiebantur, deinde ad Patres etiam et ad publicam querimoniam excessit res. Incusati graviter ab senatu ædiles triumvirique capitales, quod non prohiberent, cum emovere[6] eam multitudinem e foro, ac disjicere apparatus sacrorum conati essent, haud procul abfuit, quin violarentur. Ubi potentius jam esse id malum apparuit, quam ut minores per magistratus[f] sedaretur, M. Atilio[7] prætori Urbis negotium

Gronov.—4 Vet. lib. apud Sigon. *haud ulla digna memoria fecit.*—5 ' *Ab hosteque temnebantur* Tarvis. 1485. Venet. 1501. aliique quibus utor vett. *intra parietes ac postes contemnebantur* Frob. Francof. Grut. al. *intra parietes contemnebantur* Doujatius, qui impudenter affirmat, ita scriptos habere; dum ipse unum modo scriptum, nempe Colbertinum, commemorare potest; atque hic cum reliquis facit, ingenti consensu exhibentibus *ab hoste tenebantur.* Ceterum in Ms. Havercampiano est *ad hosce teneb.* Cantabr. *ad hos teneb.* Putean. *abotetebantur*, unde Gronovius effecit *abolebantur*, i. e. non colebantur.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—6 Al. *emoveri.*—7 ' *M. Atilio* tum h. l. tum cap. 3. et 12. pro vulg. *M. Æmilio* legendum esse, jam recte monuit Sigon. nam ille fuit prætor urbanus, hic peregrinus, qui deinde Luceriam provinciam habuit.' *Rupert.* Idem Sigon. pro *urbis* malebat *urbano.*

NOTÆ

[d] *Intra parietes abolebantur* [*contemnebantur*] Ita scripti. Vulgo *inter parietes ac postes:* ubi *parietes* intelligere possis privatos: at *postes* videntur dici de templis. Sed cum parum sint emendatæ scripturæ veterum codicum, (in quibus Colb. habet *intra parietes ab hoste tenebantur,*) legendum Gronov. putat, *atque intra parietes abolebantur Romani ritus.*

[e] *Quæstus ex alieno errore facilis*] Gall. *La facilité que trouvoient ces étrangers à profiter de la superstition du peuple.*

[f] *Quam ut minores per magistratus*] Non tantum triumviri capitales, qui in foro de servorum aliorumque vilium hominum criminibus cognosce-

ab senatu datum est, ut his religionibus populum liberaret. Is et in concione senatus consultum recitavit et edixit, 'Ut, quicumque libros vaticinos [a] precationesve aut artem sacrificandi conscriptam haberet, eos libros omnes literasque ad se ante Kalendas Apriles deferret: neu quis, in publico sacrove loco, novo aut externo ritu sacrificaret.'

2. Et aliquot publici sacerdotes mortui eo anno sunt: L. Cornelius Lentulus pontifex maximus, et C. Papirius C. F. Maso pontifex, et P. Furius Philus augur, et C. Papirius L. F. Maso decemvir sacrorum. In Lentuli locum M. Cornelius Cethegus, in Papirii Cn. Servilius Cæpio, pontifices suffecti sunt. Augur creatus L. Quintius Flamininus, decemvir sacrorum [g] L. Cornelius Lentulus. Comitiorum consularium jam appetebat tempus; sed, quia consules a bello intentos avocare [8] non placebat, T. Sempronius consul comitiorum causa dictatorem dixit C. Claudium Centhonem. Ab eo magister equitum est dictus Q. Fulvius Flaccus. Dictator primo comitiali die creavit consules Q. Fulvium Flaccum, magistrum equitum, et Ap. Claudium Pulchrum, cui Sicilia provincia in prætura fuerat. Tum prætores creati Cn. Fulvius Flaccus, C. Claudius Nero, M. Junius Silanus, P. Cornelius Sylla. Comitiis perfectis, dictator magistratu abiit. Ædilis curulis fuit eo anno cum M. Cornelio Cethego [9] P. Cornelius Scipio, [h] cui post Africano fuit cognomen. Huic petenti ædilitatem cum ob-

[a] *Divinatorios codices.*

8 *Consules bello intentos advocare* leg. e 2. Mss. Doering.—9 Conj. Rupert.

NOTÆ

bant; sed ædiles curules, quamvis de rebus venalibus cognoscerent, minoribus magistratibus connumerabantur comparatione consulum, prætorum, &c.

[g] *Decemvir sacrorum*] Qui prius duumviri libris Sibyllinis, seu fatidicis, inspiciendis, et sacris ex eorum monitu curandis præpositi erant; postea aucto numero decemviri facti sunt an. U. C. 380. ita ut quinque ex patriciis, totidem ex plebeiis crearentur.

[h] *P. Cornelius Scipio*] Auctor est lib. x. Polyb. Pub. Scipionem cum Luc. Scipione fratre ædilem fuisse, idque observat etiam Velleius lib. II. quod omnino rarum, ut collegæ fratres essent.

sisterent tribuni plebis, negantes rationem ejus habendam esse, quod nondum ad petendum legitima ætas esset:[i] 'Si me,' inquit, 'omnes Quirites ædilem facere volunt, satis annorum habeo.' Tanto inde favore ad suffragium[10] ferendum in tribus discursum est, ut tribuni repente incepto destiterint. Ædilitia largitio[k] hæc fuit: ludi Romani pro temporis illius copiis magnifice facti, et diem unum instaurati, et congii olei in vicos singulos[11] dati. L. Villius Tappulus et M. Fundanius Fundulus, ædiles plebeii, aliquot matronas apud populum probri accusarunt; quasdam ex eis damnatas in exilium egerunt. Ludi plebeii per biduum instaurati: et Jovis epulum fuit ludorum causa.

3. Q. Fulvius Flaccus tertium, Ap. Claudius consulatum ineunt.* Et prætores provincias sortiti sunt; P. Cornelius Sylla urbanam et peregrinam, quæ duorum ante sors fuerat, Cn. Fulvius Flaccus Apuliam, C. Claudius Nero Suessulam, M. Junius Silanus Tuscos.[12] Consulibus bellum cum Hannibale et binæ legiones decretæ: alter a Q. Fabio superioris anni consule, alter a Fulvio Centumalo acciperet. Prætorum, Fulvii Flacci, quæ Luceriæ sub Æmilio prætore; Neronis Claudii, quæ in Piceno sub C. Terentio fuissent, legiones essent. Supplementum in eas quisque scriberet sibi.[13] M. Junio in Tuscos legiones urbanæ

cum L. Cornelio fratre germano.—10 Idem malit *in ovile* vel *septum.*—11 'Probabilis est Perizonii conjectura *in viros singulos.*' Stroth.

12 *Syllanus inter consules* Edd. ante Sigon. et plerique Mss.—13 *In eas ipsi scriberent sibi* Crev. et ita plerique Mss. nisi quod in his sit *ipse* pro *ipsi.*—

NOTÆ

[i] *Nondum ad petendum legitima ætas esset*] Ex lege annali ædilitatem petere non poterant nisi qui annos septem ac triginta nati essent, quemadmodum majoribus magistratibus, ad quos per ædilitatem aditus, anni præfiniti erant, prætoribus quadragesimus, consulibus tertius supra quadragesimum.

[k] *Ædilitia largitio*] Solebant ædiles, quo sibi ad majores dignitates viam aperirent, populum sibi demereri, editis quanta quisque poterat magnificentia, ludis, et aliqua præterea munificentia, ut hic olei.

[l] *Congii olei*] Erat congius octava pars amphoræ, ac libras Romanas decem, sive uncias centum et viginti continebat.

* A. U. C. 541.

prioris anni datæ. Ti. Sempronio Graccho et P. Sempronio Tuditano imperium provinciæque Lucani et Galliæ[14] cum suis exercitibus prorogatæ: item P. Lentulo, qua vetus provincia in Sicilia esset; M. Marcello Syracusæ, et qua Hieronis regnum fuisset: T. Otacilio classis: Græcia M. Valerio: Sardinia Q. Mucio Scævolæ: Hispaniæ P. et Cn. Corneliis. Ad veteres exercitus duæ urbanæ legiones a consulibus scriptæ, summaque trium et viginti legionum eo anno effecta est. Delectum consulum M. Postumii Pyrgensis[m] cum magno prope motu rerum factum impediit.[b] Publicanus erat Postumius, qui multis annis parem fraude avaritiaque neminem in civitate habuerat, præter T. Pomponium Veientanum, quem, populantem temere agros in Lucanis, ductu Hannonis priore anno ceperant Carthaginienses. Hi, quia publicum periculum erat a vi tempestatis in iis, quæ portarentur ad exercitus,[c] et ementiti erant falsa naufragia,[15][n] et ea ipsa, quæ vera renuntiaverant, fraude ipsorum facta erant, non casu. In veteres quassasque[16] naves paucis et parvi pretii rebus impositis, cum mersissent eas in alto, exceptis in præparatas scaphas nautis, multiplices fuisse merces ementiebantur.[17] Ea fraus indicata M. Atilio prætori priore anno fuerat, ac per eum ad senatum delata, nec tamen ullo senatus consulto notata; quia Patres ordinem publicanorum in tali tempore

[b] *Factum M. Postumii Pyrgensis impedimento fuit cum tumultu ingenti, ne consules delectum militum agerent.*

[c] *Quoniam respublica periculum in se susceperat tempestatis, quantum ad ea quæ mari vehebantur ad exercitus.*

14 'In Ms. Flor. a m. sec. *Lucaniæ*, prob. Str. Præstiterit *Lucania:* sed et populus, adversus quem bellum geritur, *provincia* sæpissime dicitur, ut supra *Tusci.* Pro *Galliæ* quædam Edd. antt. *Gallia;* rectius, puto.' *Rupert. Gallia* dat Kreyssigius.—15 Al. *facta naufragia.*—16 *Quassatasque* Edd. ante

NOTÆ

[m] *Posthumii Pyrgensis*] Sic dictus, opinor, a patria, nempe *Pyrgis*, Etruriæ oppido maritimo, quod fuit inter Castrum novum et Cæretani amnis ostium, ubi nunc *S. Severa*, in Patrimonio S. Petri.

[n] *Ementiti erant falsa naufragia*] Sic meliores codices habent, Gronov. probante, quem non offendit pleonasmus ille *ementiti falsa.* Vulgati, *facta naufragia:* id est, facta fuisse naufragia.

offensum nolebant. Populus severior vindex fraudis erat;[o] excitatique tandem duo tribuni plebis Sp. et L. Carvilii, cum rem invisam infamemque cernerent, ducentum millium æris mulctam[p] M. Postumio dixerunt. Cui certandæ[q] cum dies advenisset, conciliumque tam frequens plebis adesset, ut multitudinem area Capitolii vix caperet; perorata causa, spes una videbatur esse, si C. Servilius Casca tribunus plebis, qui propinquus cognatusque[18] Postumio erat, prius, quam ad suffragium tribus vocarentur, intercessisset. Testibus datis,[19][r] tribuni populum summoverunt; sitellaque allata est,[20][s] ut sortirentur, ubi Latini suf-

Gronov.—17 Pro *ementiebantur* conj. Rupert. *comminiscebantur.*—18 Idem conj. *cognatione.*—19 ' Perperam in Mog. Frob. aliisque Edd. legitur *Testulis datis.*' Stroth.—20 *Summoverunt: super re illa, quæ lata est* Tarvis. Venet.

NOTÆ

[o] *Populus severior vindex fraudis erat*] Supple, futurus: et *populi* nomine intelligitur plebs, nam tribuni plebis eam ad comitia tributa ea de re vocaverant.

[p] *Ducentum millium æris mulctam*] Pronuntiabant hanc mulctam tribuni, ac dicebant: quam deinde populus aut irrogabat, aut remittebat, ut ostendit Sigon. ex Cicerone III. de Legib. et Philipp. II. Ducenta autem millia æris eo tempore respondebant libris nostratibus 5833. additis 6. assibus, ac denariis 8.

Ducentum millium æris] Hoc est, monetæ Hollandicæ sex millium florenorum. *J. Clericus.*

[q] *Cui certandæ*] Vulgo *cujus certandæ;* sed parum refert: hic *certare* est disceptare de mulcta a magistratu dicta: eoque pertinet illud Cic. ante laudati. ' Cum magistratus judicassit, irrogassitve, mulctæ pœnæ certatio esto.'

[r] *Testibus datis*] Sic scripti, inquit Gronov. Moguntiacenses, et qui secuti sunt, maluerunt *testulis datis:* sed melior videtur prior lectio; nam Cic. II. de Finib. ' cum datis testibus, alii tamen citarentur.' Et Livius lib. III. ' Jamque editis testibus, cum tribus vocari, et populum inire suffragia oporteret.' Alia exempla Sigon. suggerit. Itaque tribuni plebis, post testes editos, populum summovent, ut tribus ad suffragandum vocentur.

[s] *Sitellaque allata* [*illata*] *est*] Vulgo legitur, *cistellaque allata est;* eodem sensu: Cicero quippe sitellæ nomine utitur lib. I. de Nat. Deorum: ' Tiberium Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem sitellam.' ὑδρίας vocat Plut. id est, ' urnas.' Sitella tribus sortiebatur, qui legem ferebat, ut eam in suffragium mitteret cujus nomen primum exiisset: in cistas autem sive cistellas populus tabellas sui suffragii mittebat per pontes transiens. Unde apud auctorem Rhetoricor. ad Herenn. ' pontes disturbat, cistas dejicit.' Multi autem erant pontes, multæque cistæ, cum multæ essent tribus, quemadmodum Turnebus Observat. 13. Advers. XIII.

fragium ferrent.[1] [t] Interim publicani Cascæ instare, ut concilio diem eximeret. Populus reclamare: et forte in cornu primus sedebat Casca,[d] cui simul metus pudorque animum versabat. Cum in eo parum præsidii esset, turbandæ rei causa publicani per vacuum in summoto locum [u] cuneo irruperunt,[2] jurgantes simul cum populo tribunis-

[d] *Ut dicendo, vel alia ratione impediret ne quid eo die tributis illis comitiis conficeretur. At plebs contra nitebatur. Casca primus extremam partem sedilis, in quo tribuni erant, casu occupabat.*

1501. aliique vett. ante quos erat, *si te illaque lata est.*—1 *Ac dein suffragium ferrent* conj. J. F. Gronov. *ut sortirentur, ac sortiti s. f.* vel potius *ubi laturi suffr. essent* Stroth. *ut s. qui suffr. ferrent* Doering. Vid. inf. et Not. Var.— 2 ' *Per vacuum vi summo occupato loco in eos irrup.* Edd. ante Gron. *per vacuum in summoto locum cuneo irr.* Gronovius ex Mss. vestigiis conjecit; quod esset, per viam in summoto populo, hinc illinc stante, cuneo irruperunt; scil. in concilii locum. At si per vacuum in summoto (populo) locum irrupissent, non opus fuisse videtur *cuneo*, quo in confertam turbam semper irrumpi solet, ut via demum fiat. In Mss. longe plurimis, in quibus et Florent. est, *in summoto loco in eo* (vel *eos*) *irruperunt.* in Cant. *in summoto loco meo irrup.* Harlei. *in summo loco eruperunt.* Palat. 2. *in summo loco in eos irrup.* in optimo Puteaneo *in summo tolo cuneo irrup.* unde Gronovius suum effecit. Sed indidem eodem, immo meliore, jure, effici posse puto: *in summotos cuneo irruperunt.* Mutato enim l in s solum redundabit o. Atqui ex reliquorum Mss. vesti-

NOTÆ

[t] *Ubi Latini suffragium ferrent*] Hæc non placent Gronovio, qui scribendum existimat, *ut sortirentur tribus, ac dein suffragium ferrent.* Ut sortiti intelligantur tribuni quæ esset tribus prærogativa: Latinos hic nullos admittit. Potuere tamen ex Latinis urbibus civitate donatis, multi in urbe esse, et invitantibus tribunis suffragia ferre; quod fieri non poterat nisi tribus sorte ipsis assignaretur.

Ut sortirentur, ubi Latini] Recte conjicere videtur J. F. Gronovius: *ut sortirentur tribus, ac dein suffragium ferrent.* Neque enim Latini suffragium ferebant de capite civium Romanorum. Sitella autem admovebatur, ut tribus, cujus nomen primum exisset, in suffragium mitteretur. De ratione ferendorum suffragiorum vide Nic. Gruchium de Comitiis Pop. Rom. l. 1. *J. Clericus.*

[u] *Per vacuum in summoto locum*] Editi habent, *per vacuum, vi summo occupato loco, in eos irruperunt:* quod quidem satis apertum, nec forte damnandum. Sed correctio Alb. Rubenii, a Gron. prolata, ex Put. videtur non improbabilis. Dicebantur enim magistratus Romani *summoto* agere, cum quid, summota lictorum ministerio frequentia, agebant. Hic itaque *vacuum in summoto locum*, intelligere oportet intervallum quod, plebe per viatores tribunicios discedere jussa, inter ipsam plebem et tribunos intercedebat. Quamvis enim tribuni summovendi proprie jus non haberent, tamen in comitiis suis *summoto* considebant. *Cuneo* autem irrumpere est, vi subintrare graduum ordines, sive loca in quibus vulgus stabat inter sedentium subsellia.

que. Nec procul dimicatione res erat, cum Fulvius consul tribunis, ‘ Nonne videtis,’ inquit, ‘ vos in ordinem coactos esse,[x] et rem ad seditionem spectare, ni propere dimittitis plebis concilium? ’

4. Plebe dimissa, senatus vocatur, et consules referunt de concilio plebis turbato vi atque audacia publicanorum. ‘ M. Furium Camillum, cujus exilium ruina Urbis secuta fuerit, damnari se ab iratis civibus[3] passum esse. Decemviros ante eum, quorum legibus ad eam diem viverent, multos postea principes civitatis, judicium de se populi passos. Postumium Pyrgensem suffragium populo Romano extorsisse,[4] concilium plebis sustulisse, tribunos in ordinem coëgisse, contra populum Romanum aciem instruxisse,[5] [y] locum occupasse, ut tribunos a plebe interclude-ret, tribus in suffragium vocari prohiberet. Nihil aliud a cæde ac dimicatione continuisse homines, nisi patientiam magistratuum, quod cesserint[6] in præsentia furori atque audaciæ paucorum, vincique se ac populum Romanum passi sint: et comitia, quæ reus vi atque armis prohibiturus erat, ne causa quærentibus dimicationem daretur, voluntate ipsius[7] sustulerint.’ Hæc cum ab optimo quoque pro atroci-

giis patet, ex *toscuneo* natum esse *locoineo*. Neque tamen sic locum satis restitutum puto, sed transpositis præpositionibus legendum, *in vacuum per summotos locum cuneo irruperunt:* id est, facto cuneo per turbam irruperunt, in eum locum, quem antea plebis pars occupaverat, qua summota locus ille vacuefactus erat: ut ita starent inter tribunos suffragia colligentes et plebem. Quod ex cap. seq. patet.’ *Stroth.* ‘ Non puto recte dici posse, locum vacuum fieri *per* summotos, sed potius *a* summotis. Legendum igitur fortasse, *per vacuum a summotis locum cuneo irruperunt:* intelligo autem locum, ubi tribuni, quod paulo ante dictum est, populum summoverant; ne igitur publicani quoque summoveri possent a tribunis, cuneo irruperunt; *cunei* descriptionem dedit Noster supr. Lib. XXII. 37.’ *Doering.* Vid. Not. Var.

3 *Ab ingratis civ.* Edd. ante Gronov.—4 *Populo per vim ext.* Edd. ante Drak. —5 *Aciem introduxisse* Edd. ante Crevier.—6 Conj. J. F. Gronov. *qui cesserint.*

NOTÆ

x *Vos in ordinem coactos esse*] *In ordinem coacti*, sive in ordinem redacti, dicuntur, qui, nulla eorum honoris ratione habita, contemnuntur, ut probat ex Prisciano ipsoque Livio, Sigon.

y *Aciem instruxisse* [*introduxisse*] Non male: id quippe novo more factum: sed quidam codices habent *intruxisse:* unde conjicias, *aciem instruxisse.*

tate rei acta[8] essent,[z] vimque eam contra rem publicam[a] et pernicioso[9] exemplo factam, senatus decresset; confestim Carvilii tribuni plebis, omissa mulctæ certatione, rei capitalis[b] diem Postumio dixerunt; ac, ni vades daret, prehendi a viatore atque in carcerem duci jusserunt. Postumius, vadibus datis, non affuit. Tribuni plebem rogaverunt, plebesque ita scivit:[10] 'Si M. Postumius ante Kalendas Maias non prodisset,[e] citatusque eo die non respondisset neque excusatus esset, videri eum in exilio esse, bonaque ejus venire, ipsi aqua et igni[c] placere interdici.' Singulis[11] deinde eorum, qui turbæ ac tumultus concitatores fuerant, rei capitalis diem dicere ac vades poscere cœperunt. Primo non dantes, deinde etiam eos, qui dare possent, in carcerem conjiciebant: cujus rei periculum vitantes plerique in exilium abierunt.

5. Hunc fraus publicanorum, deinde fraudem audacia protegens, exitum habuit. Comitia inde pontifici maximo creando sunt habita. Ea comitia novus pontifex[d] M. Cor-

[e] *Non adesset, seque populo judicandum sisteret.*

—7 *Ipsi* legendum conjicit Dukerus.—8 *Jacta* reposuit Gron. ex conj. Ursini, probb. Stroth. Rupert.—9 *Rempublicam pern.* sine *et* Edd. ante Gronov.—10 *Tribuni vocaverunt plebem, quæ ita scivit* Edd. ante Gronov. *Tribuni plebem vocaverunt, plebesque ita sc.* Mss. plurimi.—11 Quidam Mss. *Singulos.*

NOTÆ

[z] *Acta* [*jacta*] *essent*] Ita melius esse vidit Fulvius, censetque Gronov. cum scribatur ubique, *acta essent.* Mihi tamen arridet magis recepta lectio. *Agendi* quippe verbum, ut et *actionis* nomen, ad ea, quæ cum vehementia quadam oratoria dicuntur, pertinere nemo ignorat.

[a] *Vimque eam contra rem p. &c.*] Cum reus, qui contra legem fecerat, damnabatur, moris non erat indicari pœnam; sed id tantum pronuntiabatur, eum contra legem fecisse videri.

[b] *Rei capitalis*] Quasi reum violatæ legis de vi publica, vel potius majestatis populi Romani.

[c] *Aqua et igni*] Alibi dictum aqua et igni solitum interdici iis, qui exilio damnabantur. Cum enim usu horum elementorum, quæ maxime ad vitam necessaria sunt, prohiberentur; cogebantur solum vertere, atque extra Romanam ditionem migrare. Ei pœnæ successit postea deportatio, quæ et ipsa exilii species est, adimitque jus civitatis.

[d] *Novus pontifex*] Hic Cornelius Cethegus, in L. Lentuli pontificis

nelius Cethegus habuit. Tres ingenti certamine petierunt: Q. Fulvius Flaccus consul, qui et ante bis consul et censor fuerat; et T. Manlius Torquatus, et ipse duobus consulatibus et censura insignis; et P. Licinius Crassus, qui et ædilitatem curulem petiturus erat. Hic senes honoratosque juvenis in eo certamine vicit.[12] Ante hunc, intra centum annos et viginti, nemo præter P. Cornelium Calussam,[13] [e] pontifex maximus creatus fuerat, qui sella curuli non sedisset. Consules cum ægre delectum conficerent, quod inopia juniorum non facile in utrumque, ut et novæ urbanæ legiones, et supplementum veteribus scriberetur, sufficiebat; senatus 'absistere eos incepto' vetuit, 'et triumviros binos creari' jussit: 'alteros, qui citra, alteros, qui ultra quinquagesimum lapidem in pagis forisque et conciliabulis[14] [f] omnem copiam ingenuorum inspicerent, et, si qui roboris satis ad ferenda arma habere viderentur, etiamsi nondum militari ætate essent, milites facerent. Tribuni plebis, si iis videretur, ad populum ferrent, ut, qui minores septem et decem annis[15] sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si septem et decem annorum, aut majores, milites facti essent.' Ex hoc senatus consulto creati triumviri bini conquisitionem ingenuorum per agros habuerunt. Eodem tempore ex Sicilia literæ M. Marcelli de postulatis militum, qui cum P. Lentulo militabant,[g] in senatu recita-

12 *Devicit* Edd. ante Drak.—13 'Forte legendum *Cæsullam* cum Gronov. vel potius *Scapulam* cum Sigon.' *Rupert.*—14 Olim legebatur *in plateis foris-*

NOTÆ

maximi locum suffectus, in pontificis quidem dignitatem successerat, sed non in pontificatum maximum.

[e] *P. Cornelium Calussam*] Quid hoc cognominis est *Calussam?* Sigonius *Scapulam* legit, satis verisimili conjectura. Gronov. *Cæsullam* suspicatur, quasi a cæsiis oculis sic appellatum.

[f] *Forisque et conciliabulis*] Jam notavimus fori et conciliabuli nominibus loca intelligi frequentiora, in quibus jus dicebatur, et non modo in nundinas, sed in concilium quoque conveniri solebat: sed conciliabula paulo minoris fuisse dignationis.

[g] *Cum P. Lentulo militabant*] Hic Siciliam provinciam prætor aut pro prætore per triennium rexerat cum militibus qui fuga ex Cannensi pugna evaserant.

tæ sunt. Cannensis reliquiæ cladis hic exercitus[16] erat, relegatus in Siciliam, sicut ante dictum est, ne ante Punici belli finem in Italiam reportaretur.

6. Hi permissu Lentuli primores equitum centurionumque, et robora ex legionibus peditum, legatos in hyberna ad M. Marcellum miserunt, e quibus unus, potestate dicendi facta, 'Consulem,' inquit, 'te, M. Marcelle,[17] in Italiam adissemus, cum primum de nobis, etsi non iniquum, certe triste senatus consultum factum est, nisi hoc sperassemus, in provinciam nos morte regum turbatam ad grave bellum adversus Siculos simul Pœnosque mitti, et sanguine nostro vulneribusque nos senatui satis facturos[18] esse;[h] sicut patrum memoria, qui capti a Pyrrho ad Heracleam[i] erant, adversus Pyrrhum ipsum pugnantes satis fecerunt. Quanquam quod ob meritum nostrum succensuistis, Patres conscripti, nobis, aut succensetis? Ambo[19] mihi consules et universum senatum intueri videor, cum te, M. Marcelle, intueor: quem si ad Cannas consulem habuissemus, melior et rei publicæ et nostra fortuna esset. Sine, quæso, prius quam de conditione nostra queror, noxam, cujus arguimur, nos purgare. Si non Deum ira, nec fato, cujus lege immobilis rerum humanarum ordo seritur, sed

que et c.—15 Vet. lib. ap. Sigon. *ac si septem et decem annorum.*—16 Al. *is exercitus.*

17 Al. *Consulem te M. Marcelle.*—18 '*Vulneribusque nos* et *nostris senatui satis facturos* pauci Mss. Illud recepit Drak. hoc Crev. et Stroth. Pro *nos senatui* in plerisque Mss. et in Edd. ante Gronov. *magistratibus,* at in optimis codd. *nostratui:* unde J. F. Gronov. reposuit *nos patriæ;* et Jac. Gronov. conj. *nos reatui satis facturos,* h. e. luituros commissa, et cum maxime navata fortiter opera prius crimen et ignominiosam hanc relegationem abolituros. Sed vocis *reatus* significatio hæc recentior est. v. Duk. ad h. l. Quintil. I. O. VIII. 3. et impr. Bentl. ad Hor. Od. III. 6. 20.' *Rupert.*—19 Al. *Ambos.*—

NOTÆ

[h] *Vulneribusque nos senatui satis facturos* [*patriæ satisfacturos*] Ex suspicione Gronovii est: legitur vulgo, *et sanguine nostro vulneribusque magistratibus satisfacturos:* veteres libri, *vulneribusque nostra tuis satisfacturos:* quidni *nos patribus satisfacturos?* Pœna certe militandi in Sicilia ipsis irrogata senatusconsulto fuerat.

[i] *A Pyrrho ad Heracleam*] Prima hæc Romanorum pugna fuerat cum Pyrrho, P. Valerio Lævino consule duce, anno U. C. 473. Qua de re Flor. Plut. Oros. Eutrop. Zonar.

culpa periimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? militum, an imperatorum? Equidem miles nihil unquam dicam de imperatore meo,[20 k] cui præsertim gratias sciam ab senatu actas, quod non desperaverit de re publica; cui post fugam ab Cannis[1 l] per omnes annos prorogatum imperium. Ceteros item ex reliquiis cladis ejus, quos tribunos militum habuimus, honores petere et gerere, et provincias obtinere audivimus. An vobis vestrisque liberis ignoscitis facile, Patres conscripti, in hæc vilia capita sævitis?[2] et consuli primoribusque aliis civitatis fugere, cum spes alia nulla esset, turpe non fuit; milites utique morituros in aciem misistis? Ad Alliam prope omnis exercitus fugit: ad Furculas Caudinas, ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti, ut alias pudendas clades exercituum taceam: tamen tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur,[3 m] ut et urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat, recuperaretur; et Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eundem illum hostem sub jugum miserint, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Cannensem vero quisquam exercitum fugæ aut pavoris insimulare potest, ubi plus quinquaginta millia hominum ceciderunt? unde consul cum equitibus septuaginta fugit?[n]

20 Al. *eo.*—1 'Ita ex emend. Gron. qui etiam bene conj. *ad Cannas.* In Ms. Put. *actannis*, in aliis et Edd. ante Gron. *actam nisi* et *actam sit.*' Rupert.—2 '*Sævi* Gron. et rell. post eum, ex vestigiis optimorum codd. in quibus est *sæviret consuli.* Licet autem Livium ita nonnunquam variare sciam, tamen vulgatum, quod in omnibus ante Gron. Edd. est, h. l. melius et aptius vide-

NOTÆ

[k] *De imperatore meo*] Vulgo, *eo.* Mutavit Gron. ex optimo cod. quem tamen non nominat. Malim tamen *eo.*

[l] *Post fugam ab Cannis*] Hæc ex Gronov. conjectura, cui displicet omnino, *agere fugam;* et ex consequenti communis lectio, *cui post fugam actam;* cum Sallust. ipseque Livius dixerint, *fugam facere.*

[m] *Iis exercitibus quæreretur*] Valla, quem plerique secuti, *inureretur.* Sed *quæri*, quod est in veteribus libris, nativum est hoc sensu: et Noster lib. IV. 'nec tum agrum plebi, sed sibi invidiam quæri.'

[n] *Unde consul cum equitibus septuaginta fugit*] Verus numerus fuit *septuaginta*, quem sequuntur scripti plerique: in aliis est *quinquaginta:* et

unde nemo superest, nisi quem hostis cædendo fessus reliquit? Cum captivis redemtio negabatur, nos vulgo homines laudabant, quod rei publicæ nos reservassemus; quod ad consulem Venusiam redissemus, et speciem justi exercitus fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerant captivi. Quippe illis arma tantum atque ordo militandi, locusque, in quo tenderent in castris, est mutatus: quæ tamen, semel navata rei publicæ opera, et uno felici prælio, recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exilium est: nemini spes emerendi stipendia ademta: hostis denique est datus, cum quo dimicantes, aut vitam semel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus, nisi quod commisimus, ut quisquam ex Cannensi acie miles Romanus superesset, nihil objici potest, non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam, relegati sumus; ubi senescamus in exilio, ne qua spes, ne qua occasio[4] abolendæ ignominiæ, ne qua placandæ civium iræ, ne qua denique bene moriendi sit. Neque ignominiæ finem, nec virtutis præmium petimus; modo experiri animum et virtutem exercere liceat. Laborem et periculum petimus, ut virorum, ut militum officio fungamur. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatione geritur: urbes alias Pœnus, alias Romanus expugnat: peditum, equitum acies concurrunt; ad Syracusas terra marique res geritur: clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus, resides ipsi ac segnes, tanquam nec manus, nec arma habeamus. Servorum legionibus Ti. Sempronius consul toties jam cum hoste signis collatis pugnavit. Operæ pretium habent, libertatem civitatemque. Pro servis saltem ad hoc bellum emtis vobis simus. Congredi[5] cum hoste liceat, et

tur.' *Stroth.*—3 *Inureretur* conj. Valla.—4 '*Ne qua opes* Drak. operarum manifesto errore: servato tamen a Cel. Ernestio.' *Stroth.*—5 *Emtis nobis simul congredi* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

quid vetat ab eo, qui in se sibique similes ob fugam sæviri queratur, verum eorum numerum aliquatenus imminui, qui fugientem consulem secuti?

pugnando quærere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus oppugnandis experiri virtutem? Asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus, ut, quod ad Cannas faciendum fuit, quam primum fiat; quoniam, quicquid postea viximus, id omne destinatum ignominiæ est.'

7. Sub hæc dicta ad genua Marcelli procubuerunt. Marcellus id nec juris, nec potestatis suæ esse dixit. Senatui scripturum se, omniaque de sententia Patrum facturum esse. Hæ literæ ad novos consules allatæ, ac per eos in senatu recitatæ sunt: consultusque de his literis ita decrevit senatus: 'Militibus, qui ad Cannas commilitones suos pugnantes deseruissent, senatum nihil videre, cur res publica committenda sit.[6] [o] Si M. Claudio proconsuli aliter videretur, faceret, quod e re publica fideque sua duceret; dum ne quis eorum munere vacaret,[f] neu dono militari virtutis ergo donaretur, neu in Italiam reportaretur, donec hostis in terra Italia[7] esset.' Comitia deinde a prætore urbano de senatus sententia plebisque scitu sunt habita: quibus creati sunt quinqueviri muris turribusque reficiendis, et triumviri bini; uni sacris conquirendis donisque persignandis;[p] alteri reficiendis ædibus Fortunæ et matris

f Modo eorum nullus vacationem onerum militarium haberet.

6 *Senatui nihil videri rempublicam committendam esse* Edd. ante Gronov.—

NOTÆ

[o] *Senatum nihil videre* [*senatui nihil videri*] *cur res publica committenda esset*] Ita malim, conjectura ducta ex Colb. cod. ubi, *Senatui nihil videretur res p. committenda esse*, non solum, quam ut vulgo, *Senatui nihil videri rem publicam committendam esse*, sed etiam quam, ut scribit Gron. levi mutatione ex Put. et Pet. *Senatum nihil videre cur res publica committenda sit.* Etenim solennis pronuntiandi formula vocem passivam *videri* potius amat, quam activam *videre*, ut cuivis notum.

[p] *Uni sacris conquirendis donisque persignandis*] Potest intelligi conquisitio vel librorum sacrorum, vel piaculorum primis hisce triumviris mandata. Gutherius improbante Gronov. legit *coinquiendis*, quod verbum de sacris tantum lucis amputandis hic accipi posset; nam apud Festum *coinquire* est, deputare; eoque verbo usi sunt hoc sensu jurisconsulti. Alphenus l. XXIX. ff. 'locati;' et Paulus l. v. 'arborum furtim cæsarum.' *Persig-*

Matutæ intra portam Carmentalem, sed[8] et Spei extra portam, quæ priore anno incendio consumtæ fuerant. Tempestates fœdæ fuere. In Albano monte biduum continenter lapidibus pluit. Tacta de cœlo multa: duæ in Capitolio ædes: vallum in castris multis locis supra Suessulam, et duo vigiles exanimati. Murus turresque quædam Cumis non ictæ modo fulminibus, sed etiam decussæ. Reate saxum ingens visum volitare: sol rubere solito magis sanguineoque similis. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit, et per aliquot dies consules rebus divinis operam dederunt; et per eosdem dies sacrum novemdiale fuit. Cum Tarentinorum defectio jam diu et in spe Hannibali, et in suspicione Romanis esset, causa forte extrinsecus maturandæ ejus intervenit. Phileas Tarentinus, diu jam per speciem legationis Romæ cum esset, vir inquieti animi, et minime otium, quo tum diutino[9] senescere videbatur, patientis, aditum sibi ad obsides Tarentinos invenit. Custodiebantur in atrio Libertatis[q] minore cura, quia nec ipsis, nec civitati eorum fallere Romanos expediebat. Hos, crebris colloquiis solicitatos, corruptis ædituis duobus, cum primis tenebris custodia eduxisset, ipse comes occulti itineris factus profugit. Luce prima vulgata per urbem fuga est: missique,[10] qui sequerentur, ab Tarracina comprehensos omnes retraxerunt. Deducti[r] in comitio, virgisque, approbante populo, cæsi,[11] de saxo dejiciuntur.

7 *Hostis intra Italiam* Edd. ante Gronov.—8 'Particula *sed* vix ferenda est hoc loco; fortasse latet in hac particula nomen Deæ, v. c. Fidei.' *Doering.*—9 Al. *diuturno.*—10 Al. *emissique.*—11 'Lege vel *in comitium* cum Stroth. vel *reducti in comitio virgis a. p. cæsi* cum Gron.' *Rupert.*

NOTÆ

nare autem *dona* est, dona templorum recognita scriptis mandare, aut potius obsignare.

[q] *In atrio Libertatis*] In Aventino fuit templum et atrium libertatis.

[r] *Deducti*] Stare non potest *deducti, in comitio,* nec *deducti, in comitio virgisque cæsi:* melius *reducti,* quod vult Gron. Certe in sequentibus vel delenda particula conjunctiva *que,* ut sit, *reducti, in comitio virgis cæsi,* quemadmodum idem censet; vel mutandus ex sententia Tan. Fabri situs nominum, et legendum, *virgisque in comitio cæsi.*

8. Hujus atrocitas pœnæ duarum nobilissimarum in Italia Græcarum[s] civitatium animos irritavit, cum [12] publice, tum etiam singulos privatim, ut quisque tam fœde interemtos aut propinquitate, aut amicitia contingebat. Ex iis tredecim fere nobiles juvenes Tarentini conjuraverunt, quorum principes Nico et Philemenus [13] erant. Hi, prius, quam aliquid moverent, colloquendum cum Hannibale rati, nocte per speciem venandi urbem [14] egressi, ad eum proficiscuntur: et, cum haud procul castris abessent, ceteri sylva prope viam sese occuluerunt; Nico et Philemenus, progressi ad stationes comprehensique, ultro id petentes, ad Hannibalem deducti sunt. Qui cum et causas consilii sui, et quid pararent, exposuissent; collaudati oneratique promissis jubentur, ut fidem popularibus facerent, prædandi causa se urbem egressos, pecora Carthaginiensium, quæ pastum propulsa essent, ad urbem agere. Tuto ac sine certamine id facturos, promissum est. Conspecta ea præda juvenum est; minusque, iterum ac sæpius id eos audere, miraculo fuit. Congressi cum Hannibale rursus, fide sanxerunt, liberos Tarentinos leges suaque omnia habituros, neque ullum vectigal Pœno pensuros, præsidiumve invitos recepturos: prodita præsidia Carthaginiensium fore.[t] Hæc ubi convenerunt, tunc vero Philemenus consuetudinem nocte egrediundi redeundique in urbem frequentiorem facere: (et erat venandi studio insignis) canesque et alius apparatus sequebatur; captumque ferme aliquid, aut ab hoste ex præparato ablatum reportando, donabat aut præfecto, aut custodibus portarum. Nocte maxime commeare propter metum hostium, credebant. Ubi jam eo consuetu-

12 *Tum* Edd. ante Gronov.—13 Al. *Philomenus* et *Philomenes*.—14 ‘Ita optimi Mss. ut et mox *se urbem egressos*, quod ex Palat. 2. recepi pro vulg.

NOTÆ

[s] *Duarum nobilissimarum in Italia Græcarum*] Tarenti et Thuriorum, ex quibus pars obsidum, infra cap. 15.

[t] *Prodita præsidia Carthaginiensium fore*] Sensus hujus loci expiscandus ex Polybio, lib. VIII. ubi refert convenisse ut Carthaginiensibus liceret, urbe capta, ædes ac diversoria Romanorum qui præsidium Tarenti agitabant, diripere.

dinis adducta res est, ut, quocumque noctis tempore sibilo dedisset signum, porta aperiretur, tempus agendæ rei Hannibali visum est. Tridui viam[15] aberat: ubi, quo minus mirum esset uno eodemque loco stativa eum tamdiu habere, ægrum simulabat. Romanis quoque, qui in præsidio Tarenti erant, suspecta esse jam segnis mora ejus desierat.

9. Ceterum postquam Tarentum ire constituit, decem millibus peditum atque equitum, quos in expeditione[16] velocitate corporum ac levitate armorum aptissimos esse ratus est, electis, quarta vigilia noctis signa movit: præmissisque octoginta fere Numidis equitibus præcepit, ut discurrerent circa vias perlustrarentque omnia oculis, ne quis agrestium procul spectator agminis falleret;[g] prægressos[17] retraherent, obvios occiderent, ut prædonum magis, quam exercitus, accolis species esset. Ipse, raptim agmine acto,[18] quindecim ferme millium spatio castra ab Tarento posuit; et, ne ibi quidem nuntiato,† quo pergerent,[19] tantum convocatos milites monuit, via omnes irent, nec deverti quenquam, aut excedere ordinem agminis paterentur, et inprimis intenti ad imperia accipienda essent, neu quid nisi ducum jussu facerent: se in tempore editurum,[20] quæ vellet agi. Eadem ferme hora Tarentum fama pervenerat, Numidas equites paucos populari agros, terroremque late agrestibus injecisse. Ad quem nuntium nihil ultra motus præfectus Romanus, quam ut partem equitum postero die luce prima juberet exire ad arcendum populationibus hostem. In cetera adeo nihil ob id intenta cura est,[1] ut contra pro argumento fuerit illa procursatio Numidarum, Hanni-

[g] *Ne rusticorum quis lateret, qui prætereuntes copias e longinquo esset conspicatus.*

urbe.' Rupert.—15 *Via* Edd. ante Gronov.

16 Conj. Rupert. *in expeditionem.*—17 Al. *progressos.*—18 *Facto* Edd. ante Gronov.—19 *Quo pergeret* emend. Periz.—20 Conj. Doering. *edicturum.*—1 ' *Hostem. Interea adeo nihil obedienter curatum est* Edd. ante Gronov. qui id, quod nunc est, partim ex Mstorum vestigiis, partim ex Lipsii conjectura

NOTÆ

† *Nuntiato*] Aut legendum *pronuntiato*, aut idem est simplex *nuntiato*. Polybius lib. VIII. c. 20. utitur verbo διέσαφεν. *J. Clericus.*

balem exercitumque castris non movisse. Hannibal concubia nocte movit.[u] Dux Philemenus erat, cum solito captæ venationis onere. Ceteri proditores ea, quæ composita erant, expectabant. Convenerat autem, ut Philemenus, portula assueta venationem inferens, armatos induceret: parte alia portam Temenida[x] adiret Hannibal. Ea mediterranea regione orientem spectabat. Aliquantum intra mœnia includuntur.[2 y] Cum portæ appropinquaret,[3] editus ex composito ignis ab Hannibale est refulsitque. Idem redditum ab Nicone signum: extinctæ deinde utrimque flammæ sunt. Hannibal silentio ducebat ad portam. Nico ex improviso adortus sopitos[4 z] vigiles in cubilibus suis

dedit.' *Stroth.*—2 '*Includitur* in Edd. ante Gronov. sed *includuntur* in omnibus Mss. et *regio est orientem spectabest* in optimis. *orientem spectat ad monumenta, quæ intra mœnia includuntur* conj. J. Fr. Gron. *orientem spectat ad busta, quæ Tarenti intra m. i.* Sigon. prob. Stroth. sed refrag. J. F. Gron. qui hæc interposita satis ex seqq. intelligi monet. Forte leg. *parte alia portam T. adiret Hannibal: (ea m. r. o. spectat) essentque alii,* (Nico et Tragiscus cum sociis) *qua* (parte) *tumuli intra mœnia includerentur.* Cf. Polyb. qui etiam docet, cur Tarenti contra morem Græcorum sepulcra fuerint intra mœnia.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—3 '*Cum portæ appropinquaret* sc. Hannibal: quod mallem adjecisset Livius, et deinde *ab eo* pro *ab Hannibale* scripsisset. Forte leg. *appropinquaretur.*' Rupert.—4 *Ex improviso ad portas sopitos* Edd. ante

NOTÆ

[u] *Concubia nocte movit*] A loco ubi cœnaverant ad præruptam fluvii ripam, profectos primis se intendentibus tenebris Pœnos, ut ad muros circa noctis dimidium pervenirent, refert Polybius, qui rem totam accuratius longe describit.

[x] *Portam Temenida*] Hujus portæ nomen a Temeno deductum verisimile est, quem constat Herculis abnepotem, cum Cresphonte et Aristodemo fratribus natu minoribus, Peloponnesum, pulsis Pelopidis, occupasse, primumque ex Heraclidarum gente Argivorum regnum tenuisse. Ab Aristodemo ejus fratre orti Lacedæmoniorum reges: Tarentum autem colonia fuit Lacedæmoniorum: sic etiam et Syracusis (quæ urbs ab Archia, Heraclida et ipso condita) fuit Apollo Temenites Ciceroni laudatus, a cujus templo Neapolin Syracusarum partem Thucydides *Temeniten* appellat.

[y] *Aliquantum intra mœnia includuntur* [*includitur*] Laborant hic merito interpretes; et quia nihil ejusmodi de porta est apud Polybium, qui sepulcra quædam ad quæ Nico et socii ejus venerunt, et unde ignem excitarunt, intra mœnia fuisse scribit, et in veteribus libris legitur, *includuntur*, vel *includunt;* idcirco addito supplemento Sigon. legit, (*ea mediterranea regione orientem spectabat*) *Nico, cum sociis ad monumenta esset, ea aliquantum intra mœnia includuntur.*

Aliquantum] Recte J. F. Gronovius: *ad monumenta, quæ intra, &c.* Vide Polybium in hac historia lib.

obtruncat, portamque aperit. Hannibal cum peditum agmine ingreditur, equites subsistere jubet; ut, quo res postulet, occurrere libero campo possent. Et Philemenus portulæ parte alia,[a] qua commeare assuerat, appropinquabat. Nota vox ejus et familiare jam signum cum excitasset vigilem, dicenti,[5] vix sustinere grandis bestiæ onus, portula aperitur. Inferentes aprum duos juvenes secutus ipse cum expedito venatore, vigilem, incautius miraculo magnitudinis in eos, qui ferebant, versum, venabulo trajicit. Ingressi deinde triginta fere armati ceteros vigiles obtruncant, refringuntque portam proximam:[6] et agmen sub signis confestim irrupit. Inde cum silentio in forum ducti, Hannibali sese conjunxerunt. Cum duobus millibus Gallorum Pœnus, in tres divisis partes, per urbem dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia[7] occupare jubet;[b] tumultu orto, Romanos passim cædi, oppidanis parci. Sed, ut fieri id posset, præcipit juvenibus Tarentinis, ut, ubi quem suorum procul vidissent, quiescere et silere, ac bono animo esse juberent.

10. Jam tumultus erat clamorque, qualis esse in capta urbe solet: sed, quid rei esset, nemo satis pro certo scire. Tarentini Romanos ad diripiendam urbem credere coortos:

Gronov.—5 '*Dicenti* e 2. Mss. recepi cum Stroth.' In aliis est *dicente*, et in reliquis Edd. *dicentis*.' Rupert.—6 *Portam maximam* Edd. ante Gronov.—7 *Tum duo millia Gallorum Pœnus in tres divisa partes, per urbem dimittit. Tarentinos et Afros quam maxima frequentia* Edd. ante Gronov.

NOTÆ

VIII. cap. 23. *J. Clericus.*

[a] *Adortus* [*ad portas*] *sopitos*] Non video quæ hic novandi causa Gronovio. Quid enim habet corrigendum, quod dicitur Nico, vigiles, sopitos ad portas, ex improviso obtruncasse? An melius se res habebit, si legeris *adortus sopitos vigiles?* immo redundabit participium *adortus* in eo qui obtruncasse narratur.

[a] *Portulæ parte alia*] Rhinopylam Polyb. vocat hanc alteram portam, qua egredi et regredi solitus Philemenus, *Portula*. Gall. *le guichet*.

[b] *Dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia occupare jubet*] Sic emendavit Gronov. ex Polybio, qui vicos, qui ad forum ferrent, expressit; quod per itinera maxime frequentia reddere satis habuit Livius. Quæ hic Sigonius aliique augurantur referre supervacuum ducimus.

Romanis seditio aliqua cum fraude videri ab oppidanis mota. Præfectus primo excitatus tumultu,[c] in portum effugit: inde, acceptus scapha, in arcem circumvehitur. Terrorem[8] et tuba audita ex theatro faciebat. Nam et Romana erat, a proditoribus ad hoc ipsum præparata; et inscienter a Græco inflata,[9] quis, aut quibus signum daret, incertum efficiebat. Ubi illuxit, et Romanis Punica et Gallica arma cognita, tum dubitationem exemerunt; et Græci, Romanos passim cæde stratos cernentes, ab Hannibale captam urbem senserunt. Postquam lux certior erat, et Romani, qui cædibus superfuerant, in arcem confugerant, conticescebatque paulatim tumultus; tum Hannibal Tarentinos sine armis convocare[10] jubet. Convenere omnes, præterquam qui, cedentes in arcem, Romanos ad omnem adeundam simul fortunam prosecuti fuerant. Ibi Hannibal, benigne allocutus Tarentinos, testatusque, quæ præstitisset civibus eorum, quos ad Trasimenum aut ad Cannas cepisset, simul in dominationem superbam Romanorum invectus, recipere se in domos suas quemque jussit, et foribus nomen suum inscribere: se domos eas, quæ inscriptæ non essent, signo extemplo dato, diripi jussurum. Si quis in hospitio civis Romani (vacuas autem tenebant[11] do-

8 'Forte *Errorem*, quod jam monuere Lips. et Duk.' *Rupert.* *Errorem* in textum suum recepit Kreyssigius.—9 '*Scienter a Græco inflata* in vet. libro recte legi putabat Sigon. improb. Duk. qui monet, si *scienter* inflata fuisset tuba, eam non potuisse 'incertum efficere, quis aut quibus signum daret;' Livii vero narrationem hic aliquantum abire a Polybiana. Στάντες περὶ τὸ θέατρον, ἐσήμαινον Polyb. qui etiam docet, Romanos, signo hoc audito, per plateas passim advenientes, in Pœnos Gallosque incidisse et ab his esse trucidatos. Mox legendum puto: *et Romanis Punica et Gallica arma cognita eam dubitationem exemerunt.* Τὸ *tum* hic delendum videri, saltem frigere aut vacare, jam alii monuere, et Duk. conj. *omnem.*' Rupert.—10 Muretus e vet. lib. leg. *convocari.*—11 Al. *cernebat.*

NOTÆ

[c] *Præfectus primo excitatus tumultu*] Polybius scribit C. Livium præfectum Romanum, producto ad multam noctem convivio, temulentum per Rhinopylam ad portum, indeque ad arcem cum suis delatum. Sigon. præfecti nomen a Nostro data opera prætermissum esse vult, ne familiæ suæ nomini notam inureret, fatendo C. Livii præfecti culpa Tarentum amissum; quasi ex eadem familia Livius Patavinus tempore Augusti, cum hoc C. Livio Romano esset: quod mihi valde dubium.

mos)[d] nomen inscripsisset, eum se pro hoste habiturum. Concione dimissa, cum titulis notatæ fores discrimen pacatæ ab hostili domo fecissent, signo dato, ad diripienda hospitia Romana passim discursum est: et fuit prædæ aliquantum.

11. Postero die ad oppugnandam arcem ducit. Quam cum et mari,[12] quo in peninsulæ modum pars major circumluitur, præaltis rupibus, et ab ipsa urbe [13] muro et fossa ingenti septam videret, eoque nec vi, nec operibus expugnabilem esse; ne aut se ipsum cura tuendi Tarentinos a majoribus rebus moraretur, aut in relictos sine valido præsidio Tarentinos impetum ex arce, cum vellent, Romani facerent, vallo urbem ab arce intersepire statuit: non sine illa [14] etiam spe, cum prohibentibus opus Romanis manum posse conseri, et, si ferocius procucurrissent,[15] magna cæde ita attenuari præsidii vires, ut facile per se ipsi Tarentini urbem ab iis tueri possent. Ubi cœptum opus est, patefacta repente porta, in munientes impetum fecerunt Romani: pellique se statio passa est, quæ pro opere erat,[h] ut successu cresceret audacia, pluresque[f] et longius pulsos persequerentur.[16] Tum signo dato coorti undique Pœni sunt, quos instructos ad hoc Hannibal tenuerat; nec sustinere impetum Romani, sed ab effusa fuga loci angustiæ eos, impeditaque [17] alia[g] opere jam cœpto, alia apparatu operis, morabantur. Plurimi in fossam præcipitavere,[18] occisique sunt plures in fuga, quam in pugna. Inde et opus nullo prohibente fieri cœptum. Fossa ingens ducta,

[h] *Quæ excubabat ad opera.*

12 Legendum monet J. F. Gronov. *et a mari.*—13 Al. *circumluitur, et præaltis r. et ab i. u.*—14 *Ulla* Edd. ante Gronov.—15 Al. *procurrissent.*—16 *Prosequerentur* Grut. Gronov. Doujat. Crevier.—17 *Impedimentaque* Edd. pleri-

NOTÆ

[d] *Vacuas autem tenebant domos*] Vulgo *cernebat;* sed omnis lectio vetus, *tenebat.* Scribendum *tenebant:* Romani scilicet. Non enim permixtim cum civibus diversabantur: unde facile milites Romani a civibus distingui poterant ex ædium inscriptione, ut Lipsius notat.

[f] *Pluresque*] Scilicet Romanos.

[g] *Impeditaque alia*] Loca.

et vallum intra eam erigitur: modicoque post intervallo murum etiam eadem regione addere parat,[h] ut vel sine præsidio tueri se adversus Romanos possent.[i] Reliquit tamen modicum præsidium, ut simul in faciendo [19] muro adjuvaret. Ipse, profectus cum ceteris copiis, ad Galæsum flumen [k] (quinque millia ab urbe abest) posuit castra. Ex iis stativis regressus ad inspiciendum opus (quod aliquantum opinione ejus celerius creverat) spem cepit, etiam arcem expugnari posse. Et est non altitudine, ut cetera, tuta, sed loco plano posita, et ab urbe muro tantum ac fossa divisa. Cum jam machinationum omni genere et operibus oppugnaretur, missum a Metaponto præsidium Romanis fecit animum, ut nocte ex improviso opera hostium invaderent. Alia disjecerunt, alia igni corruperunt. Isque finis Hannibali fuit ea parte arcem oppugnandi. Reliqua erat in obsidione spes, nec ea satis efficax, quia arcem tenentes, quæ in peninsula posita imminet faucibus portus, mare liberum habebant; urbs contra exclusa maritimis commeatibus, propiusque inopiam erant obsidentes, quam obsessi. Hannibal, convocatis principibus Tarentinorum,[20] omnes præsentes difficultates exposuit: 'neque arcis tam munitæ expugnandæ viam cernere, neque in obsidione quicquam habere spei, donec mari potiantur hostes. Quod si naves sint,[1] quibus commeatus invehi prohibeant, extemplo aut abscessuros,[2] aut dedituros se hostes.' Assentiebantur Tarentini; ceterum ei, qui consilium afferret, opem quoque in eam rem afferendam esse, censebant. 'Punicas enim naves ex Sicilia accitas id posse facere: suas, quæ

que ante Gronov.—18 *Præcipitati* Edd. ante Gronov.—19 Optimi libri *simul interfaciendo;* unde Periz. conj. *simul ut in perficiendo,* et J. F. Gronov. *simul in perficiendo* vel *simul ut in faciendo.*—20 *Tarentinis* Edd. ante Gronov.—1 Al. *Quo si naves sint.*—2 ' Put. Pet. Voss. *arcessuros.* Men. *accersuros.* An

NOTÆ

[h] *Addere parat*] Hannibal.

[i] *Tueri se adversus Romanos possent*] Tarentini.

[k] *Ad Galæsum flumen*] Qua regione sit hoc flumen satis hic indicat Livius: hodie *Tara* vocari volunt. De hoc Virgilius: 'et pinguia culta Galæsi.'

sinu exiguo intus inclusæ essent,[3] cum claustra portus hostis haberet, ecquem ad modum[4] inde in apertum mare evasuras?' 'Evadent,' inquit Hannibal. 'Multa, quæ impedita natura sunt, consilio expediuntur. Urbem in[5] campo sitam habetis. Planæ et satis latæ viæ patent in omnes partes. Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est,[6] plaustris transveham naves haud magna mole. Et mare nostrum erit, quo nunc hostes potiuntur; et illinc mari, hinc terra circumsidebimus arcem. Immo brevi aut relictam ab hostibus, aut cum ipsis[7] hostibus capiemus.' Hæc oratio non spem modo effectus, sed ingentem etiam ducis admirationem fecit. Contracta extemplo undique plaustra junctaque inter se; et machinæ ad subducendas naves admotæ, munitumque iter, quo faciliora plaustra minorque moles in transitu esset.[i] Jumenta inde et homines contracti, et opus impigre cœptum: paucosque post dies classis instructa ac parata circumvehitur arcem, et ante os ipsum portus[8] ancoras jacit. Hunc statum rerum Hannibal Tarenti reliquit, regressus ipse in hyberna. Ceterum defectio Tarentinorum utrum priore anno, an hoc, facta sit, in diversum auctores trahunt. Plures propioresque ætate memoriæ rerum[k] hoc anno tradunt factam.[9]

12. Romæ consules prætoresque usque ante diem quintum Kalendas Maias Latinæ[10] tenuerunt.[l] Eo die per-

[i] *Ut currus essent expeditiores, et difficultas minor esset ad trajiciendum.*

[k] *Et qui ætate propius accedunt ad tempora, quibus homines meminisse poterant rerum gestarum.*

[l] *Feriæ Latinæ retinuerunt Romæ tum consules, tum prætores usque ad 27. Aprilis.*

---

arce cessuros?' J. F. Gronov.—3 Al. *interclusæ essent.* Vid. Not. Var.—4 *Quemadmodum* sine *ec* Edd. ante Gronov.—5 *Urbem enim in* iidem.—6 '*Via, quæ in portum per mediam urbem ad mare transmissa est;* at Polyb. dicit *τὴν πλατείαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος, φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν.* Hinc *ex portu* conj. Sigon. et *quæ in portu* (sc. incipiens) *præter mœnia urbana ad mare t. est* Jac. Gron. *portu* legitur h. l. in optimis Mss. et *præter mœnia* sic VII. 8. XXXVIII. 3. Sed *per mediam urbem* etiam Appian. expressit: *λεωφόρον ὁδὸν, ἣ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἔφερεν ἀπὸ τῶν λιμένων ἐπὶ τὴν νότιον θάλασσαν.*' *Rupert.* Vid. Not. Var.—7 *Ipsis* abest a Grut. Gronov. Doujat.—8 *Et ante ipsum portum* Edd. ante Gronov. '*Ancoras* scripsi pro *anchoras*, ut semper, quia est Gr. *ἄγκυρα.*' *Rupert.*—9 Vulg. *factum.*

petrato sacro in monte,†[1] in suas quisque provincias proficiscuntur. Religio deinde nova objecta est ex carminibus Marcianis. Vates hic Marcius illustris fuerat, et, cum conquisitio[11] priore anno ex senatus consulto talium librorum fieret, in M. Atilii[12] prætoris urbani,[m] qui eam rem agebat, manus venerant. Is protenus novo prætori Syllæ tradiderat. Ex hujus Marcii duobus carminibus, alterius post rem actam editi cum rato auctoritas[13] eventu,[n] alteri quoque, cujus nondum tempus venerat, afferebat fidem. Priore carmine Cannensis prædicta clades in hæc ferme verba erat: 'Amnem Trojugena Cannam Romane fuge: ne te alienigenæ cogant in campo Diomedis conserere manus. Sed neque credes tu mihi, donec compleris sanguine campum; multaque millia occisa tua deferat[14] amnis in pontum magnum ex terra frugifera; piscibus atque avibus ferisque, quæ incolunt terras, iis fuat[15] esca caro tua. Nam mihi ita Jupiter fatus est.' Et Diomedis Argivi campos[o] et Cannam flumen,[p] qui militaverant in iis locis, juxta atque

10 *Feriæ* addunt Mss. nonnulli.—† 'Scil. Albano, quod diserte addit Ms. unus.' *Stroth.*—11 *Inquisitio* Edd. ante Gronov.—12 *Æmilii* Edd. vett. mox *urbis* omnes Edd. ante Gronov. præter Put. et Pet. qui *urbem* habent.—13 '*Alterius postea est acta dediti curato auctoritas* Edd. principp. *alterius postea est aucta dedit curato auctoritas* Tarvis. et al. hujus ætatis. *alterius postea est aucta declarato auctoritas* Venet. 1501. al. vett. *alterius postea aucta declarato auctoritas* Frob. *alt. postea aucta declarato auct.* Francof. Grut. et all. ante Gron. Nostrum Gronovius ex conjectura Vallæ ab optimis Mss. prope comprobata recepit. Præferunt enim hi: *postrameacta dediti cum rato auct.*' Stroth.—14 *Deferet* Francof. Grut. Gronov. Doujat. Crevier. al.—15 *Fiat*

NOTÆ

[1] *In monte*] Albano.

[m] *In M. Atilii prætoris urbani*] Sic, etiam nolentibus Mss. legendum, non ut vulgo *M. Æmilii*, probatur ex lib. XXIV. cap. 44. et hujus lib. cap. 1. idque recte annotarunt Sigon. et Gronov.

[n] *Alterius post rem actam editi cum rato auctoritas eventu*] Restitutus ex Vallæ conjectura locus, quam merito probat Gronov. adductis etiam auctoritatibus. Sensus est, cum duo essent illius Marcii carmina, seu vaticinia ejus libris comprehensa; auctoritas alterius carminis, quod post rem peractam editum fuerat eventu jam certo, fidem afferebat alteri de re quam prædicebat, et quæ nondum advenerat. Vulgo legebatur, *postea aucta est declarato auctoritas eventu.*

[o] *Et Diomedis Argivi campos*] Diomedes Argis post excidium Trojanum profugus, Arpos in Apulia condiderat, in qua Cannæ.

[p] *Et Cannam flumen*] Quod vicum Cannas alluebat.

ipsam cladem agnoscebant. Tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura præteritis sunt, sed perplexius etiam scripturæ genere. 'Hostem, Romani,[q] si expellere vultis, vomicamque, quæ gentium venit longe, Apollini vovendos censeo ludos, qui quotannis comiter[16] Apollini fiant: cum populus dederit ex publico partem, privati uti conferant pro se suisque.[17] Iis ludis faciendis præerit prætor is,[18] qui jus populo plebeique dabit summum. Decemviri Græco ritu hostiis sacra faciant. Hæc si recte faxitis,[19] gaudebitis semper, fietque res vestra melior. Nam is Divus extinguet perduelles vestros, qui vestros campos pascunt[20] placide.' Ad id carmen explanandum[1] diem unum sumserunt. Postero die senatus consultum factum est, ut decemviri libros,[2] de ludis Apollini reque divina faciunda, inspicerent. Ea cum inspecta relataque[r] ad senatum essent, censuerunt Patres: 'Apollini ludos vovendos faciundosque; et, quando ludi facti essent, duodecim millia æris[s] prætori ad rem divinam, et duas hostias majores dandas.'[t] Alterum senatus consultum factum est, 'Ut decemviri sacra Græco ritu facerent, iisque hostiis:[3] Apollini bove aurato[u] et capris duabus albis auratis, Latonæ bove[4] fœmina aurata.' Lu-

Edd. post principp. usque ad Gronov.—16 *Communiter* Edd. principp. et Macrobius.—17 Malit Sigon. *pro se quisque.*—18 *His l. f. præsit is prætor* Macrob.—19 *Hoc si recte facietis* Mss. haud pauci et Macrob.—20 Al. *pascit.*—1 Conj. Sigon. *expiandum.* Vid. Not. Var.—2 'Vox *libros* abest ab omnibus fere Mss. prob. Jac. Gron. qui monet, decemviros jussos esse, ipso carmine explorato, de religione, quæ in eo aperiretur, et de ludis decernere, idque innui verbis seqq. *ea cum inspecta relataque essent*, sc. carmina, non libri. Sed vulgatam lect. firmat Macrob. Sat. I. 17. unde etiam probabile fit, Livium scripsisse: *Ea* vel *Eadem cum reperta* vel *inventa relataque* cet.' *Rupert.*—3 Legendum monet Sigon. ex Macrob. *hisce hostiis.*—4 Vid. Not. Var.—

NOTÆ

[q] *Hostem, Romani*] Hoc Marcii vaticinium refert Macrob. I. Saturnal. cap. 17.

[r] *Ea cum inspecta relataque*] Mirum, quod narrat loco ante laudato Macrobius, in libris Sibyllinis eadem reperta nuntiatum Senatui esse.

[s] *Duodecim millia æris*] Assium, quæ hisce temporibus in usu, millia duodecim, libras nostrates 350. haud excesserint.

[t] *Dandas*] Num potius *danda?* millia nempe æris duodecim ad eas res

[u] *Bove aurato*] Auratis nempe cornibus.

dos prætor in circo maximo cum facturus esset, edixit, ut populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret. Hæc est origo ludorum Apollinarium, victoriæ, non valetudinis, ergo, ut plerique rentur, votorum [5] factorumque. Populus coronatus spectavit: matronæ supplicavere: vulgo apertis januis in propatulis [6] epulati sunt, celeberque dies omni cærimoniarum genere fuit.

13. Cum Hannibal circa Tarentum, consules ambo in Samnio essent, sed circumsessuri Capuam viderentur; quod malum diuturnæ obsidionis esse solet, jam famem Campani sentiebant, quia sementem facere prohibuerant eos Romani exercitus. Itaque legatos ad Hannibalem miserunt, orantes, ut prius, quam consules in agros suos educerent legiones, viæque omnes hostium præsidiis insiderentur, frumentum ex propinquis locis convehi juberet Capuam. Hannibal, Hannonem ex Bruttiis cum exercitu in Campaniam transire, et dare operam, ut frumenti copia fieret Campanis, jussit. Hanno, ex Bruttiis profectus cum exercitu, vitabundus castra hostium consulesque, qui in Samnio erant,[x] cum Benevento jam appropinquaret, tria passuum millia ab ipsa urbe loco edito castra posuit. Inde ex sociis circa populis, quo æstate comportatum erat, devehi frumentum in castra jussit; præsidiis datis, quæ commeatus eos prosequerentur. Capuam inde nuntium misit, qua die in castris [7] ad accipiendum frumentum præsto essent, omni undique genere vehiculorum jumentorumque ex agris contracto. Id pro cetera socordia negligentiaque a Campanis actum.[m] Paulo plus quadringenta [8] [y] vehicula

[m] *Eadem incuria, seu juxta negligentiam, qua in reliquis rebus uti Campani soliti.*

5 Post *votorum* interpunctio major, sequentisque periodi initium hoc: *Factosque populus, &c.* Edd. ante Crevier.—6 *In propatulo* Edd. ante Gronov. quod et dat Stroth.

7 Voces *in castris* absunt ab Edd. ante Gronov.—8 *Quadraginta* e vet. lib.

NOTÆ

[x] *Consulesque, qui in Samnio erant*] Refert ad *vitabundus*, id est, cum vitaret Hanno consules.

[y] *Paulo plus quadringenta*] Cave,

missa, et pauca præterea jumenta. Ob id castigatis ab Hannone, quod ne fames quidem, quæ mutas accenderet bestias, curam eorum stimulare posset, alia prodicta dies[9] ad frumentum majore apparatu petendum. Ea omnia, sicut acta erant, cum enuntiata Beneventanis essent, legatos decem extemplo ad consules (circa Bovianum castra Romanorum erant) miserunt. Qui cum, auditis, quæ ad Capuam agerentur, inter se comparassent, ut alter in Campaniam exercitum duceret; Fulvius, cui ea provincia obvenerat,[10] profectus, nocte Beneventi[11] mœnia est ingressus. Ex propinquo cognoscit, Hannonem cum exercitus parte profectum frumentatum: per quæstorem Campanis datum frumentum:[12] duo millia[z] plaustrorum, inconditam inermemque aliam turbam, advenisse: per tumultum ac trepidationem omnia agi, castrorumque formam et militarem ordinem, immixtis agrestibus iis[13] ex terris, sublatum. His satis compertis, consul militibus edicit, signa tantum armaque in proximam noctem expedirent: castra Punica oppugnanda[14] esse. Quarta vigilia profecti, sarcinis omnibus impedimentisque Beneventi relictis, paulo ante lucem cum ad castra pervenissent, tantum pavoris injecerunt, ut, si in plano castra posita essent, haud dubie primo impetu capi potuerint. Altitudo loci et munimenta defenderunt, quæ

Sigon. Vid. inf. et Not. Var.—9 '*Alia prodicta dies* e Mss. Flor. Voss. et Crevier. recepi cum Stroth. quia hoc est proprium in hac re verbum, et reliquæ lectiones ex hac ortæ, *prodita*, (quod a Drak. editum et firmatum est exemplo Terent. Andr. II. 1. 13.) *producta*, et *prædicta*.' Rupert.—10 *Evenerat* Edd. ante Gronov.—11 *Beneventum* Edd. ante Gronov.—12 Verba, *per quæstorem Campanis datum frumentum* desunt in Edd. ante Gronov. et multis Mss.—13 'Pronomen jungendum sequenti substantivo *terris*, non superiori *agrestibus*. Sed nescio an lateat aliquod ulcus.' *Stroth.* 'An in *iis* latet forte *sociis?* paulo ante enim dicebatur: 'Inde ex sociis circa populis . . . devehi frumentum in castra jussit.'' *Doering*.—14 *Expugnanda* Edd. ante Aldum et Mss.

NOTÆ

quadraginta legas cum Sigonio, contra veterum fidem. Esset enim ridiculus hic numerus adeo exiguus, ad convehendam annonam pro necessitate urbis, quæ magnitudine ac frequentia cum ipsa Roma certabat.

[z] *Profectum frumentatum . . . . duo millia*] Vulgo ita scriptum erat, sed ex pluribus manuscriptis interjecit apposite Gronov. *per quæstorem Campanis datum frumentum.*

nulla ex parte adiri, nisi arduo ac difficili ascensu,[15] poterant. Luce prima prælium ingens accensum est: nec vallum modo tutantur Pœni, sed, ut quibus locus æquior esset, deturbant nitentes per ardua hostes.

14. Vicit tamen omnia pertinax virtus, et aliquot simul partibus[a] ad vallum ac fossas perventum est; sed cum multis vulneribus ac militum pernicie. Itaque convocatis tribunis militum consul, 'absistendum temerario incepto,' ait: 'tutius sibi videri, reduci eo die exercitum Beneventum: dein postero castris se hostium jungi, ne exire inde Campani, neve Hanno regredi posset. Id quo facilius obtineatur, collegam quoque et exercitum ejus se acciturum, totumque eo versuros[16] bellum.'[b] Hæc consilia ducis, cum jam receptui caneret, clamor militum aspernantium tam segne imperium disjecit. Proxima portæ[17] hostium erat cohors Peligna; cujus præfectus Vibius Accuæus[18] arreptum vexillum[c] trans vallum hostium trajecit. Execratus inde seque et cohortem, si ejus vexilli hostes potiti essent, princeps ipse per fossam vallumque in castra irrumpit. Jamque intra vallum Peligni pugnabant, cum altera parte, Valerio Flacco tribuno militum tertiæ legionis exprobrante Romanis ignaviam, qui sociis captorum castrorum concederent decus, T. Pedanius, princeps primus

plurimi.—15 'Gud. Voss. Mureti, *aditu* pro *ascensu*. An fuit, *quæ nulla ex parte, nisi ardua ac difficili, adiri poterat?*' J. F. Gronov.

16 Al. *versurum*.—17 'Put. *proxime portas*. Ita scribe: vel *portam*.' J. F. Gronov.—18 Cognomen abest ab Edd. ante Gronov. qui addendum hoc et ita scribendum monuit. *acaus* optimi Mss. at cap. extr. *Accæus*; alii *Acceus* et

NOTÆ

[a] *Aliquot simul partibus*] Gall. *Par divers endroits; de plusieurs côtés.*

[b] *Eo versuros bellum*] Nempe se et collegam. Sigon. *versurum.*

[c] *Cujus præfectus Vibius Accuæus arreptum* [*Vibius ereptum*] *vexillum*] Ita vulgata editio, et Colb. quæ nullam exigere mutationem videtur. Ceterum *Vibium* hunc *Accæum* cognominant; et plures hic Livii codices, et Valerius lib. III. cap. 2. num. 20. quod corrigit Gron. legitque *Accuæus*, quasi ab *Accua* oppido, cujus mentio lib. XXIV. cap. 20. Sed ibidem *Æcurum* Noster meminit, unde *Æcæus*, quod minus ab *Accæo* distaret. At horum oppidorum neutrum in Pelignis: unde et cognomen Vibio aliunde esse potuit. Et in quibusdam Livii libris *Acceius.*

centurio,[19] † cum signifero signum ademisset, 'Jam hoc signum et hic centurio,' inquit, 'intra vallum hostium erit. Sequantur, qui capi signum ab hoste prohibituri sunt.' Manipulares sui primum transcendentem fossam,[20] dein legio tota secuta est. Jam et consul, ad conspectum transgredientium vallum mutato consilio, ab revocando[1 d] ad incitandos hortandosque versus milites, ostendere, in quanto discrimine ac periculo fortissima cohors sociorum et civium legio esset. Itaque pro se quisque omnes per æqua atque iniqua loca, cum undique tela conjicerentur, armaque et corpora hostes objicerent, pervadunt irrumpuntque. Multi vulnerati, etiam quos vires sanguisque desereret, ut intra vallum hostium caderent, nitebantur. Capta itaque momento temporis, velut in plano sita nec permunita castra. Cædes inde, non jam pugna erat, omnibus intra vallum permixtis. Supra sex millia hostium occisa, supra septem millia capitum,[2 e] cum frumentatoribus Campanis omnique plaustrorum et jumentorum apparatu, capta: et alia ingens præda fuit, quam Hanno, populabundus passim cum isset, ex sociorum populi Romani agris traxerat. Inde, dejectis[3] hostium castris, Beneventum reditum est, prædamque ibi ambo consules (nam et Ap. Claudius eo post paucos dies venit) vendiderunt diviseruntque. Et donati, quorum opera castra hostium capta erant: ante alios Accuæus Pelignus,

Acceius. Vid. Not. Var.—19 Lips. Mil. Rom. II. 8. et Duk. conj. *princeps primæ* aut *prioris centuriæ.* 'Viris doctis suspectum fuit vocabulum *primus*, mihi potius *centurio* glossa *τοῦ primus* videretur.' *Stroth.*—20 Vet. lib. ap. Sigon. *primum transcenderunt fossam.*—1 *Revocandis* Edd. ante Gronov.—2 *Cæsa, supra VII. millia capiuntur* Edd. ante Gronov.—3 Conj. Rupert. *direptis.*

NOTÆ

† *Princeps primus centurio*] Hoc est, primus centurio legionis III. omnium princeps, aut ante alios (vide infra) arrepto signo castra Punica ingressus est. De primo centurione vide J. Lipsium de milit. Rom. c. 2. Dial. 8. *J. Clericus.*

[d] *Ab revocando* [*revocandis*] Veteres quidam habent *ab revocando* non magno discrimine, sive sententiam, sive constructionem spectes.

[e] *Supra septem millia capitum*] Ita melius meo judicio, quam ut vulgo, *septem millia capiuntur*: cum in fine periodi *capta* dicantur: quæ repetitio parum Livio digna.

et T. Pedanius princeps tertiæ legionis.† Hanno ab Cominio Cerito,[f] quo nuntiata castrorum clades est, cum paucis frumentatoribus, quos forte secum habuerat, fugæ magis, quam itineris, modo in Bruttios rediit.

15. Et Campani, audita sua pariter sociorumque clade, legatos ad Hannibalem miserunt, qui nuntiarent, 'duos consules ad Beneventum esse, diei iter a Capua; tantum non ad portas et muros bellum esse. Ni propere subveniat, celerius Capuam, quam Arpos, in potestatem hostium venturam. Ne Tarentum quidem, non modo[4] arcem,[g] tanti debere esse, ut Capuam, quam Carthagini æquare sit solitus, desertam indefensamque populo Romano tradat.' Hannibal, curæ sibi fore rem Campanam pollicitus, in præsentia duo millia equitum cum legatis mittit, quo præsidio agros populationibus possent prohibere. Romanis interim, sicut aliarum rerum, arcis Tarentinæ præsidiique, quod ibi obsideretur, cura esse. C. Servilius legatus, ex auctoritate Patrum a P. Cornelio prætore in Etruriam ad frumentum coëmendum missus, cum aliquot navibus onustis in portum Tarentinum inter hostium custodias pervenit. Cujus adventu, qui ante, in exigua spe, vocati sæpe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, ultro ad transeundum hostes vocabant solicitabantque. Et erat satis validum præsidium, traductis ad arcem Tarenti tuendam, qui Metaponti erant, militibus. Itaque Metapontini extemplo,

NOTÆ

† *Princeps tertiæ legionis*] Primus omnium ex tertia legione donatus est. *J. Clericus.*

[f] *Ab Cominio Cerito*] *Cominium* hoc fuisse in Samnitum et Hirpinorum limitibus dixi lib. x. cap. 39. Et sane in extremis Hirpinorum finibus circa Taurasinos campos fuisse suadet viginti millium spatium inter Aquiloniam et Cominium, a Livio notatum, et fuga hostium versus Bovianum. *Ceriti* vero cognomen ad discrimen alterius Cominii quod in Samnitum, Volscorum, et Marsorum collimitio, adhuc *Comino* dicitur; vel *Cominorum*, quos in Æquicolis interiisse testatur Plin. lib. III. cap. 12. Additum forte fuit a Cerito Samnitum oppido, inde non admodum dissito, cujus nominis vestigia supersunt in eo loco quem vocant *Cerito*, in confinio Terræ Laboris ac Principatus Ulterioris et Comitatus Molisii, ad dextram Tamari, inter Telesiam, Sæpinum, et Beneventum.

[g] *Non modo arcem*] Tarentinam, quæ ab Hannibale obsidebatur, urbe potito.

metu, quo tenebantur, liberati, ad Hannibalem defecere. Hoc idem eadem ora maris et Thurini[h] fecerunt. Movit eos non Tarentinorum magis defectio Metapontinorumque, quibus, indidem ex Achaia oriundi,[5][i] etiam cognatione juncti erant, quam ira in Romanos propter obsides nuper interfectos.[k] Eorum amici cognatique literas ac nuntios ad Hannonem Magonemque, qui in propinquo in Bruttiis erant, miserunt, 'si exercitum ad mœnia admovissent, se in potestatem eorum urbem traditurus esse.' M. Atinius Thuriis cum modico præsidio præerat. Quem facile elici ad certamen temere ineundum rebantur posse; non militum,[6] quos perpaucos habebat, fiducia, quam juventutis Thurinæ. Eam ex industria centuriaverat armaveratque ad tales casus. Divisis copiis inter se, duces Pœni cum agrum Thurinum ingressi essent, Hanno cum peditum agmine infestis signis ire ad urbem pergit. Mago cum equitatu, tectus collibus, ad tegendas[7] insidias oppositis,[l] subsistit. Atinius, peditum tantum agmine per exploratores com-

4 'Mss. explicandi studio pro *non modo* dederunt *nedum*.' Stroth.—5 *Quibus itidem ex Achaia oriundis* conj. J. F. Gronov.—6 *Non tam militum* Edd. ante Gronov.—7 'Non placet illud *tectus ad tegendas*. Sic tamen omnes libri. Forte *celandas*.' J. F. Gronov. 'Propius crediderim: *septus collibus ad tegendas insidias oppositis*.' XXV. 25. 'Castraque tectis parietum pro muro septa.'

NOTÆ

[h] *Thurini*] *Thurium*, vel *Thuriæ*; *Sybaris*, *Copiæ*, ejusdem urbis diversa fuere nomina. Ea olim opibus omnique deliciarum genere affluens, ad Sybaris et Crathidis amnium in sinum Tarentinum sese exonerantium ostia, in Magna Græcia, Lucanorumque et Bruttiorum confinio fuit. Nunc in Calabria inferiori nomen servant ruinæ; vulgo, *Sibari rovinata*, haud procul turri *Brodogneto*.

[i] *Ex Achaia oriundi*] Tarentum Lacedæmoniorum, Metapontus Pyliorum ex Elide, Sybaris Achæorum opus, cujus a Crotoniatis eversæ loco Athenienses Thurium condidere, ut ex Strabone, Dionys. et aliis constat. Fuere hi omnes Græci, non tamen ex Achaia, nisi late sumto Achaiæ nomine.

[k] *Propter obsides nuper interfectos*] Vide cap. 7. et 8.

[l] *Ad tegendas insidias oppositis*] Τὸ *tegendas* nemo non videt supervacaneum esse: nolim tamen vocem *oppositis* mutare in *appositis*, cum Fabro; id est, ut inquit, idoneis: tum quod nullum profert codicem, in quo ita scriptum sit: tum quod optime dicuntur colles *oppositi* tegere insidias, ut qui hostium conspectui opponantur.

perto, in aciem copias educit, et fraudis intestinæ,[n] et hostium[8] insidiarum ignarus. Pedestre prælium fuit persegne, paucis in prima acie pugnantibus Romanis; Thurinis expectantibus magis, quam adjuvantibus, eventum: et Carthaginiensium acies de industria pedem referebat, ut ad terga collis ab equite suo insessi hostem incautum pertraheret. Quo ubi ventum est, coorti cum clamore equites prope inconditam Thurinorum turbam,[9] nec satis fido animo, unde pugnabat, stantem,[o] extemplo in fugam averterunt. Romani, quanquam circumventos hinc pedes, hinc eques urgebat, tamen aliquamdiu pugnam traxere. Postremo et ipsi terga vertunt, atque ad urbem fugiunt. Ibi proditores conglobati, cum popularium agmen patentibus portis accepissent, ubi Romanos fusos ad urbem ferri viderunt, conclamant, 'instare Pœnum, permixtosque et[10] hostes urbem invasuros, ni propere portas claudant.' Ita exclusos Romanos præbuere hosti ad cædem. Atinius tamen cum paucis receptus.[11] Seditio inde paulisper tenuit; cum alii urbem tuendam,[12] inde alii cedendum fortunæ,[m] et tradendam urbem victoribus censerent. Ceterum, ut plerumque, fortuna et consilia mala vicerunt: Atinio cum suis ad mare ac naves deducto, magis quia ipsi, ob imperium in se mite ac justum, consultum volebant, quam respectu Romanorum, Carthaginienses in urbem accipiunt. Con-

[n] *Et proditionis Thurinorum.*

[o] *Et quæ parum fidis animis a partibus Romanorum stabat, quas tueri dimicando simulabat.*

Jac. Gronov. Pro *oppositis* conj. Tan. Faber *appositis.*—8 Conj. J. F. Gronov. *hostilium.*—9 '*Coorti cum clamore equites prope inconditam Thurinorum turbam* e quibusdam Mss. recepi cum Stroth. pro vulg. *propere*, quod male cum *extemplo* jungitur; et quo servato saltem post *propere*, non post *equites*, quod vulgo factum, suadente Jac. Gron. distinguendum.' *Rupert.*—10 *Et* deest in Edd. ante Gronov.—11 Vet. lib. ap. Sigon. *cum paucis se recepit.*—12 'Verba *alii urbem tuendam* desunt fere in omnibus Mss. extant tamen in Edd. omnibus.

NOTÆ

[m] *Alii cedendum fortunæ*] Desunt hæc in Mss. et suppleri potest sensus ex eo quod dicitur 'aliquamdiu seditio tenuisse,' inter diversa nempe volentes: *inde*, id est, nunc tandem; post ejusmodi scilicet casum, alios censuisse fortunæ cedendum.

sules a Benevento in Campanum agrum legiones ducunt, non ad frumenta modo, quæ jam in hybernis [13] erant, corrumpenda, sed ad Capuam oppugnandam; nobilem se consulatum tam opulentæ urbis excidio rati facturos, simul et ingens flagitium imperio demturos, quod urbi tam propinquæ tertium annum [n] impunita defectio esset. Ceterum, ne Beneventum sine præsidio esset, et ut ad subita belli, si Hannibal (quod facturum haud dubitabant) ad opem ferendam sociis Capuam venisset, equites vim sustinere possent, Ti. Gracchum ex Lucanis cum equitatu ac levi armatura Beneventum venire jubent: legionibus stativisque ad obtinendas res in Lucanis aliquem præficeret.[14]

16. Graccho, prius quam ex Lucanis moveret, sacrificanti triste prodigium factum est. Ad exta, sacrificio perpetrato, angues duo ex occulto allapsi, edere [15] jecur,[o] conspectique repente ex oculis abierunt. Id cum haruspicum monitu sacrificium instauraretur, atque intentius exta reserata servarentur; [16 p] iterum ac tertium venisse [17] tradunt,

Ob geminum *alii* excidisse videri possunt.' *Stroth.* Vid. Not. Var.—13 '*In herbis* conj. Jac. Gronov. certe *hybernis* vix locum habere poterit.' *Stroth.* *In herbis* dat Kreyssigius.—14 'Conjiciebam *præficere*, ut suspensa esset oratio ab τῷ *jubent*. Video nunc id e lib. vet. notasse Muretum.' *J. F. Gronov.*

15 Conj. J. F. Gronov. *adedere* vel *ambedere*. Vid. Not. Var.—16 'Ita Edd. ante Gronov. et plurimi Mss. *exta reservata s.* quidam Mss. *exta resereservarentur* cod. Put. *exta reservareniur* Flor. Cant. et Crev. quod recepit Stroth. [et Kreyssig.] qui inde reliquas lectiones ortas monet. Sed τὸ *intentius* postulare videtur *servare* vel *observare*, non *reservare*; Doer. 'diligentiusque asservatis extis' dixit Valer. Max. 1. 6. 8. *extares ollæ servarentur* Gron. Crev. et al. ex emend. Salmas. *extar servaretur* conj. Ruben. ('*Extar olla*, ubi exta coquebantur.' Glossar. Cf. ad Intpp. Plaut. Rud. 1. 2. 47.) *exta prosecta servarentur* malebat Drak. ut v. 21.' *Rupert.* Conjecturam Drakenborchii probat Doering.—17 Gallici omnes et Voss. spernunt τὸ *venisse*, dein ha-

NOTÆ

[n] *Tertium annum*] Cum defecisset Capua anno 536. et nunc annus ageretur 541. jam quintus a defectione Capuæ numerandus videbatur. Verum extremi duo non computantur ab Auctore.

[o] *Edere jecur*] Variant lectiones, et scribendum videtur, cum Valerio Maximo lib. 1. c. 6. *adedere*, vel *ambedere*.

[p] *Exta reserata* [*extares ollæ*] *servarentur*] Conjectura est Salmasii, quod exta in sacrificiis, non in veru coquerentur, sed in olla, ex Varrone; quæ *olla*, sive *aula*, inde *extaris*, ex Plauto. Vulgo *exta reserata servarentur*.

libatoque jecinore intactos angues abiisse. Cum haruspices, ad imperatorem id pertinere prodigium, præmonuissent, et ab occultis cavendum hominibus consultisque;[18] nulla tamen providentia fatum imminens moveri potuit. Flavius[19] Lucanus fuit, caput partis ejus Lucanorum, cum pars ad Hannibalem defecisset, quæ cum Romanis stabat: et jam anno[20] in magistratu erat; ab eisdem illis creatus prætor. Is, mutata repente voluntate, locum gratiæ apud Pœnum quærens, neque transire ipse, neque trahere ad defectionem Lucanos satis habuit, nisi imperatoris et ejusdem hospitis proditi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisset. Ad Magonem, qui in Bruttiis præerat, clam in colloquium venit, fideque ab eo accepta, si Romanum iis imperatorem tradidisset,[1] liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos; deducit Pœnum in locum, quo erat cum paucis Gracchum adducturus.[2] [q] Magonem ibi

bent *jocinore*.—18 Al. *consiliisque*.—19 ' In Ms. Put. *Flavos* et deinde *Flavus:* mox verba *cum pars ad Hannibalem defecisset* forte a glossatore profecta.' *Rupert.*—20 *Annuo* Gronov. Doujat.—1 *Si Romanorum imperatorem sibi tradidisset* Grut. Gronov. al. *si Rom. is imp. trad.* Mog. Frob. all.—2 ' *In locum, quo erat cum paucis Gracchum a.* ex uno Ms. Pal. recepi cum Str. pro vulg. *in locum pacis G. a.* quod ineptum est: *paucis* etiam extat in Ms. Put. et iteratio τοῦ *cum* effecit, ut verba *quo erat cum* post *locum* exciderent; Str. *deducit Pœnum, quo cum paucis Gracchum ait ducturum: Mago ubi pedites e. armasset, caperet eas latebras, ubi i. n. occuleret* conj. Gron. et sic fere Ms. Put. *deducit P. in locum paucis G. adducturum mago ibi p. e. armareset capere eas* cet. Verbum *jubet* a plerisque Mss. abest, et, si retinendum, pro *ibi* potius substi-

NOTÆ

q *Deducit Pœnum in locum, quo erat cum paucis* [*in locum pacis*] *Gracchum adducturus*] Locus difficilis, cui nec satis lucis ex Mss. Regius major, et Colbertinus sic habent: *Fideque ab eo accepta, si Romanum is imperatorem tradidisset, liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, dedit Pœnus in locum pacis Gracchum adducturus.* Et hæc sic accipi possent, ut Pœnus Mago, accepta fide a Flavio, ut is Romanum imperatorem traderet; dederit ipse quoque (fidem) fore ut, si id fieret a Flavio, Lucani liberi ac salvis legibus suis reciperentur in amicitiam Carthaginiensium: atque in id Pœnus fidem dederit, quo in insidias Gracchum adduceret. Sed quid est *in locum pacis?* Cogitabam num scribendum esset *in locum necis.* Qua ratione tolerabilis fieret sententia. Verum margini Colbertini libri pro *dedit Pœnus,* ascriptum legitur, ' alias, *deducit Pœnum.*' Ex qua lectione sequentia scite Gronov. conjicit, *quo cum paucis Gracchum ait ducturum:* Flavius nempe Magonem deducit in locum, ad quem dixit fore

pedites equitesque armare, et capere eas latebras, ubi ingentem numerum occuleret, jubet. Loco satis inspecto atque undique explorato, dies composita gerendæ rei est. Flavius ad Romanum imperatorem venit: 'Rem se,' ait, 'magnam inchoasse, ad quam perficiendam ipsius Gracchi opera opus esse.[3] Omnium populorum[4] prætoribus, qui ad Pœnum in illo communi Italiæ motu descissent, persuasisse, ut redirent in amicitiam Romanorum; quando res quoque Romana, quæ prope exitium clade Cannensi venisset, in dies melior atque auctior fieret; Hannibalis vis senesceret, ac prope ad nihilum venisset. Veteri delicto haud implacabiles fore Romanos: nullam unquam gentem magis exorabilem, promtioremque veniæ dandæ fuisse. Quoties rebellioni etiam majorum suorum ignotum? Hæc ab se,' ait, 'dicta:[p] [5] ceterum ab ipso Graccho eadem hæc audire malle eos, præsentisque contingere dextram: id pignus fidei secum ferre. Locum se consiliis[6] dixisse[r] a conspectu amotum, haud procul a castris Romanis. Ibi paucis verbis transigi rem posse, ut omne nomen Lucanum in fide ac societate Romana sit.' Gracchus, fraudem et sermoni et rei abesse ratus, ac similitudine veri captus, cum

[p] *Flavius Graccho dixit, se hujusmodi sermones habuisse apud prætores Lucanorum.*

tuendum videtur.' *Rupert.*—3 Al. *opus esset.*—4 'Perperam Lipsius emendare volebat *popularium*, cui assentiebatur Modius, vanus homo.' *Stroth.*—5 In Mss. *sint* pro *ait*. Conj. J. F. Gronov. *sane dicta.*—6 'Scil. super hac re agendis: *consciis* Gron. Crev. Drak. et rell. post Gron. ex hujus conjectura. Nos probam superiorum Edd. lectionem reduximus, cum in Mss. omnibus vel *consiliis* vel *conciliis*, solenni permutatione, reperiatur: mox *edixisse*

NOTÆ

ut ipse Gracchum adduceret.

In locum pacis Gracchum, &c.] Legit J. F. Gronovius, *quo cum paucis Gracchum ait ducturum.* Cum minori mutatione legere possis: *in locum, cum paucis Gracchum adducturus, &c.* vel, *in locum, quo cum paucis Gracchum erat adducturus.* J. Clericus.

[r] *Locum se consiliis dixisse* [*conciliis edixisse*] Scribit Gronov. *consciis;* sed stare fortassis potest, quod habent plerique scripti, *locum se conciliis edixisse;* id est, variorum Lucaniæ populorum cœtibus locum indicasse ad colloquendum: vel, ut quidam editi, *consiliis*, hoc est, ad perficienda consilia.

lictoribus ac turma equitum e castris profectus, duce hospite in insidias præcipitatur.[7] Hostes subito exorti; et, ne dubia proditio esset, Flavius his se adjungit. Tela undique in Gracchum atque equites conjiciuntur. Gracchus ex equo desilit.[8] Idem ceteros facere jubet, hortaturque, 'Ut, quod unum reliquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute.[9] Reliquum autem quid esse paucis, a multitudine in valle, sylva ac montibus septa, circumventis, præter mortem? Id referre, utrum præbentes corpora pecorum[10] modo inulti trucidentur,[s] an, toto animo[11] [t] a patiendo expectandoque eventu in impetum atque iram verso, agentes audentesque, perfusi hostium cruore, inter expirantium inimicorum cumulata armaque et corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. Qui eam victimam præ se ad Inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatium suæ morti inventurum.' Inter hæc dicta, paludamento circum lævum brachium intorto, (nam ne scuta quidem secum extulerant,) in hostes impetum fecit. Major, quam pro numero hominum, editur pugna. Jaculis maxime aperta corpora Romanorum, et, cum undique ex altioribus locis in cavam vallem conjectus esset,[q] transfiguntur. Gracchum, jam nudatum præsidio, vivum capere Pœni nituntur. Ceterum ille, conspicatus Lucanum hospitem inter hostes, adeo infestus confertos invasit, ut parci

[q] *Et cum facilis undique esset e locis editioribus in vallem depressam jactus telorum.*

Edd. ante Gronov.' *Stroth.*—7 *Præcipitatus* Edd. ante Gronov.—8 Al. *desiluit.*—9 '*Id honestent virtute.* Men. *id obstent.* Voss. *id eo obstent.* Pet. melior *ideo honestent.* Put. denique *id cohonestent virtute.*' J. F. Gronov.—10 '*Utrum præsenti torpore* male Edd. ante Gronov.' *Rupert.*—11 'Vox *animo* non conspicitur in Put. Pet. Men. Voss. Scribe: *an toti a patiendo expectandoque eventu in impetum atque iram versi, agentes.* Horatius, 'totus in illis.' Noster: 'plebs novarum rerum atque Hannibalis tota esse.'' *J. F. Gronov.*

NOTÆ

[s] *Utrum præbentes corpora pecorum modo inulti trucidentur*] Ita in uno Pal. apud Gron. melius quam ut vulgo *utrum præsenti torpore:* aut, ut in Reg. Colb. aliisque, *præsentes corpora, &c.*

[t] *An toto animo*] Alias, *toti, a patiendo expectandoque eventu in impetum atque iram versi.*

ei sine multorum pernicie non posset. Exanimem eum Mago extemplo ad Hannibalem misit, ponique cum captis simul fascibus ante tribunal imperatoris jussit. Hæc vera fama est. Gracchus in Lucanis ad campos, qui Veteres vocantur, periit.

17. Sunt, qui in agro Beneventano, prope Calorem fluvium,[u] ostendant,[12] [x] a castris cum lictoribus ac tribus servis lavandi causa progressum, cum forte inter salicta innata ripis laterent hostes, nudum atque inermem, saxisque, quæ volvit amnis, propugnantem, interfectum. Sunt, qui haruspicum monitu quingentos passus a castris progressum, uti loco[13] puro[y] ea, quæ ante dicta prodigia sunt, procuraret, ab insidentibus forte locum duabus turmis Numidarum circumventum scribant. Adeo nec locus, nec ratio mortis, in viro tam claro et insigni constat. Funeris quoque Gracchi varia est[14] fama. Alii in castris Romanis sepultum ab suis, alii ab Hannibale (et ea vulgatior fama est) tradunt in vestibulo Punicorum castrorum rogum exstructum esse: armatum exercitum decucurrisse[15] cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum, suæ cuique genti assuetis,[16] ipso Hannibale omni rerum verborumque honore exequias celebrante. Hæc tradunt, qui in Lucanis rei gestæ auctores sunt. Si illis, qui ad Calorem fluvium in-

12 Conj. Ruben. *contendant.*—13 *Loco* abest a Ms. Cantabr. prob. Jac. Gron. ut intell. *flumine.* Forte leg. *pure.*—14 Quidam codd. omittunt *τὸ est.*—15 *Decurrisse* Edd. ante Drak. et plurimi Mss.—16 Voss. *suæ quisque genti assuetis.*

NOTÆ

[u] *Prope Calorem fl.*] Hic amnis, eodem adhuc nomine dictus, in Sabatum influit, qui labitur in Vulturnum.

[x] *Ostendant*] Ruben. suspicatur ab Auctore fuisse scriptum *contendant.* Sed neque his magna *contendendi* materia. Et *ostendere* aliquando sumitur pro declarare, et narrando significare, ut apud Plaut. in Asin. 'Tua oratione animum ostendisti tuum.'

[y] *Loco puro*] Hic *purum locum* suspicari quis posset de eo dici, qui opponitur religioso, in quem cadavera illata sunt, (sine quibus vix castra fuerint;) vel alias, sanguine polluto: sed verior significatio est, ut purus dicatur locus, in quo nihil obstat, et qui nulla re occupatur, quæ visum impediat, ut apud Horat. 'verum Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obsit.'

terfectum memorant, credere velis, capitis tantum Gracchi hostes potiti sunt. Eo delato ad Hannibalem, missus ab eo confestim Carthalo, qui in castra Romana ad Cn. Cornelium quæstorem [z] deferret. Is funus imperatoris in castris, celebrantibus cum exercitu Beneventanis, fecit.

18. Consules, agrum Campanum ingressi, cum passim popularentur, eruptione oppidanorum et Magonis [17] cum equitatu territi et trepidi, ad signa milites palatos passim revocarunt; et, vixdum instructa acie fusi, supra mille et quingentos milites amiserunt. Inde ingens ferocia superbæ suopte ingenio genti crevit, multisque [18] præliis [a] lacessebant Romanos. Sed intentiores ad cavendum consules una pugna fecerat, incaute atque inconsulte inita. Restituit tamen his animos et illis minuit audaciam parva una res. Sed in bello nihil tam leve est, quod non magnæ interdum rei momentum faciat. T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus. Creverat consuetudo, quod æger Romæ apud Crispinum Badius ante defectionem Campanam liberaliter comiterque curatus fuerat. Tum Badius, progressus ante stationes, quæ pro porta stabant, vocari [19] Crispinum jussit. Quod ubi est Crispino nuntiatum, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria, etiam in discidio [20] publicorum fœderum,[b] privati juris,[r] paulum a ceteris processit. Post-

[r] *Quasi rupto fœdere publico, superesset tamen aliquis sensus amicitiæ et hospitalitatis.*

17 Conj. Duk. *Hannonis* vel *Bostaris.*—18 *Minutisque* malebat Ruben. et *multique* J. F. Gronov.—19 Al. *evocari.*—20 *Dissidio* Edd. ante Gronov.—

NOTÆ

[z] *Ad .... quæstorem*] Ejus scilicet exercitus, cui Gracchus imperabat.

[a] *Multisque præliis*] Quia dici videntur non posse *præliis lacessi,* qui præliari recusant; corrigit Gronov. *multique præliis lacessebant,* id est, sæpe, identidem lacessebant, *multi erant in lacessendis prælio Romanis.* Verum idem superest absurdum: inutiliter quippe lacessantur præliis, qui refugiunt, prælumque nullum committunt; nisi velis *præliis* interpretari, ad prælia. Facilius Rubenii correctionem admiserim, *minutisque præliis lacessebant:* nam ab velitationibus abstineri vix potest inter vicinos exercitus.

[b] *In discidio publicorum fœderum*]

quam in conspectum venere, 'Provoco te,' inquit, 'ad pugnam, Crispine,' Badius: 'conscendamus equos, summotisque aliis, uter bello melior sit, decernamus.' Ad ea Crispinus, 'nec sibi, nec illi,' ait, 'hostes deesse, in quibus virtutem ostendant: se, etiamsi[1] in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde dextram violet,' conversusque abibat. Enimvero ferocius tum Campanus increpare mollitiem ignaviamque, et se digna probra in insontem jacere,[s] 'hospitalem hostem' appellans, 'simulantemque parcere, cui sciat parem se non esse. Si parum publicis fœderibus ruptis diremta simul et privata jura esse putet, Badium Campanum T. Quintio Crispino Romano palam, duobus exercitibus audientibus,[2] [c] renuntiare hospitium.[d] Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti[3] cum hoste,[e] cujus patriam ac penates publicos privatosque oppugnatum venisset. Si vir esset, congrederetur.' Diu

[s] *Convitia in Badium ipsum magis convenientia; (utpote vere ignavum;) vel digna homine humanitatis experte qualis ipse Badius.*

1 *Se ab eo etiamsi* Edd. ante Drak. contra plerosque et optimos Mss.— 2 '*Palam, duobus exercitibus audientibus, renuntiare hospitium,* cf. XXXVI. 3. XXXVIII. 31. XLII. 25. et ad Tac. Ann. II. 70. 3. *palam* abundat, ut ap. Cic. Verr. V. 26. *ducibus* pro *duobus* conj. Jac. Gron. quia Claudiani, Fulviani, Campani ac Punici exercitus affuerint. Forte pro *duobus* leg. *omnibus,* quod post *palam* adjiciunt Edd. ante Drak. Sed duos Romanos exercitus ab una parte pro uno, et Campanum immixtis Pœnis ab altera itidem pro uno exercitu haberi posse, bene monet Duk.' *Rupert.*—3 *Hospiti* Edd. ante

NOTÆ

Multis hic probat Gronov. *discidium* pro distractione corporis, aut quasi corporis dici. *Dissidium* autem pro animorum dissensione, contentione, rixa.

[c] *Palam* [*omnibus,*] *duobus exercitibus audientibus*] Veretur Gronov. ne ab auctore scriptum fuerit *palam duobus exercitibus,* expunctis reliquis, quæ sane redundant. Et certe Livius idem lib. VI. 'Creditori rem palam populo solvi contendit.' Potest tamen pleonasmus ille ferri in Badio, vano homine, ac se ultra modum jactante.

[d] *Renuntiare hospitium*] Hic mos fuit, quemadmodum inter amicos, ita et inter hospites, ut interveniente dissidio, alter alteri amicitiam aut hospitium renuntiaret: neque antea censebantur honeste inimicitias exercere hospites aut amici.

[e] *Nihil fœderatum hosti cum hoste*] Vulgo *hospiti cum hoste,* quasi velit Badius bello aboleri et tolli privatas amicitias.

cunctantem Crispinum perpulere turmales,[t] ne impune insultare Campanum pateretur. Itaque tantum moratus, dum imperatores consuleret, permitterentne sibi extra ordinem in provocantem hostem pugnare, permissu eorum arma cepit equumque conscendit, et Badium, nomine compellans, ad pugnam evocavit. Nulla mora a Campano facta est. Infestis equis concurrerunt.[4] Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta transfixit, superque delapsum cum vulnere ex equo desiluit, ut pedes jacentem conficeret. Badius, prius quam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad suos aufugit.[f] Crispinus, equum armaque capta et cruentam[5] cuspidem insignis spoliis ostentans, cum magna laude et gratulatione militum, ad consules est deductus, laudatusque ibi magnifice et donis donatus.

19. Hannibal ex agro Beneventano castra ad Capuam cum movisset, tertio post die, quam venit, copias in aciem eduxit; haudquaquam dubius, quod Campanis, absente se, paucos ante dies secunda fuisset pugna, quin multo minus se suumque toties victorem exercitum sustinere Romani possent. Ceterum, postquam pugnari cœptum est, equitum maxime incursu, cum jaculis obrueretur, laborabat Romana acies; donec signum equitibus datum est, ut in hostem admitterent equos. Ita[6] equestre prælium erat, cum procul visus Sempronianus exercitus, cui Cn. Cornelius quæstor præerat, utrique parti parem metum præbuit, ne hostes novi adventarent. Velut ex composito utrimque signum receptui datum; reductique in castra prope æquo Marte discesserunt. Plures tamen ab Romanis primo incursu equitum ceciderunt. Inde consules, ut averterent Capua Hannibalem, nocte, quæ secuta est, diversi, Fulvius in

[t] *Qui in eadem equitum turma militabant.*

Gronov.—4 Al. *concurrere.*—5 Al. *armaque capta cruentam.*

NOTÆ

[f] *Aufugit*] Cæsum scribit Val. Max. IV. 1.

agrum Cumanum, Claudius in Lucanos abiit.[7] Postero die, cum vacua castra esse Romanorum[8] nuntiatum Hannibali esset, et duobus agminibus diversos abiisse; incertus primo, utrum sequeretur, Appium institit sequi. Ille, circumducto hoste, qua voluit, alio itinere ad Capuam rediit. Hannibali alia in his locis bene gerendæ rei fortuna oblata est. M. Centenius fuit cognomine Penula, insignis inter primipili centuriones et magnitudine corporis et animo.[9] Is, perfunctus militia, per P. Cornelium Syllam prætorem in senatum introductus, petit a Patribus, uti sibi quinque millia militum darentur. 'Se, peritum et hostis et regionum, brevi operæ pretium facturum; et, quibus artibus ad id locorum nostri et duces et exercitus capti forent, iis adversus inventorem usurum.' Id non promissum magis stolide, quam stolide[10] creditum: tanquam eædem militares et imperatoriæ artes essent. Data, pro quinque, octo millia militum; pars dimidia cives, pars socii: et ipse aliquantum voluntariorum itinere in agris concivit, ac, prope duplicato exercitu, in Lucanos pervenit; ubi Hannibal, nequicquam secutus Claudium, substiterat. Haud dubia res est,[g] quippe inter Hannibalem ducem et centurionem, exercitusque, alterum vincendo veteranum, alterum novum totum, magna ex parte[11] etiam tumultuarium ac semiermem. Ut conspecta inter se agmina sunt, et neutra pars detrectavit pugnam, extemplo instructæ acies. Pugnatum tamen, ut in nulla pari re, duas amplius horas, concitata et, donec dux stetisset, Romana acie.[u] [12] Postquam is, non pro vetere fama solum, sed etiam metu futuri dedecoris, si sua

[u] *Quamvis nulla in re pares essent Romani, nihilominus ultra duas horas pugnatum est, ardore pugnæ incitatis illorum copiis quamdiu dux superstes fuit.*

6 Al. *Itaque.*—7 '*Abierunt* Edd. a Froben. ad Drak. rectius, opinor.' *Rupert.*—8 Olim *vacua castra Romanorum.*—9 Al. *corporis et animi.*—10 Alterum *stolide* vacare putat J. F. Gronov.—11 *Et magna ex p.* Edd. ante Drak.

NOTÆ

[g] *Haud dubia res est*] Certa erat hinc Hannibalis victoria, hinc Romanorum strages: Gallice, *la chose étoit sans difficulté.*

temeritate contractæ cladi superesset, objectans se hostium telis, cecidit; fusa extemplo est Romana acies. Sed adeo ne fugæ quidem iter patuit, omnibus viis ab equite insessis, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint; ceteri passim, alii alia peste, absumti sint.[x] [13]

20. Capua a consulibus iterum [14] summa vi obsideri cœpta est, quæque in eam rem opus erant, comportabantur parabanturque. Casilinum frumentum convectum: ad Vulturni ostium, ubi nunc urbs est,[h] castellum communitum: [15] (ante Fabius Maximus[i] munierat:) præsidium impositum, ut [16] mare proximum et flumen in potestate essent. In ea dua maritima castella frumentum, quod ex Sardinia nuper missum erat, quodque M. Junius [17] prætor ex Etruria coëmerat, ab Ostia convectum [18] est, ut [19] exercitui per hyemem copia esset. Ceterum super eam cladem, quæ in Lucanis accepta erat,[y] volonum quoque exercitus, qui, vivo Graccho, summa fide stipendia fecerat, velut exauctoratus morte ducis, ab signis discessit.[20] Hannibal non

[x] *Diversis exitii generibus.*
[y] *Præter stragem Centenii in Lucania editam ab Hannibale.*

—12 Vid. Not. Var.—13 Al. *sunt.*
14 *Interim* Frob. Francof. Grut. all.—15 ‘*Puteolis* post *communitum* inserit Cluver. Ital. Ant. I. 2. et *alteri* Stroth. *alterum Fabius* cet. vel *castello communito, quodque Fabius* cet. conj. Gron. Forte leg. *castellum communitum, utque Puteolis,* (*Maximus munierat*) *præsidium impositum:* nam Puteolis, a Fabio munitis, præsidium simul ab eo jam impositum erat, et Fabius passim simpl. *Maximus* dicitur, v. c. XXIV. 12. med. Hinc facile ex *Puteolis* fieri potuit *Fabius,* vel per socordiam librariorum, vel ex glossa, quæ deinde in contextum recepta, extrusa voce *Puteolis.*’ Rupert. Vid. Not. Var.—16 *Ut et* Edd. ante Drak.—17 *Munitius* Edd. principp. *Minutius* Tarvis. Venett. all. *Mutius* Frob. Grut. all.—18 ‘Forte *congestum,* ne idem repetatur verbum.’ *Rupert.*—19 Al.

NOTÆ

[h] *Ubi nunc urbs est*] Tunc castellum, postea oppidum fuit *Vulturni* appellatione, ad fluvii cognominis ostium: hodie *Castello di Volturno.*

[i] *Ante Fabius Maximus*] Non ægre in Gronovii sententiam ierim, qui addendam censet vocem, *alterum,* ut legatur, *alterum ante Maximus.* Et intelligatur de Puteolis, quos communitos esse a Fabio jam scripserat lib. XXIV. unde factum ut tria fuerint per hoc bellum munita hoc tractu a Romanis castella: Casilinum in mediterraneis, paulo supra Capuam: Vulturnum in ore fluminis, a quo nomen traxit: et Puteoli: quorum trium mentio infra c. 22.

Capuam neglectam, neque, ut tanto discrimine,[1] desertos volebat socios; sed, prospero ex temeritate unius Romani ducis successu, in alterius ducis exercitusque opprimendi occasionem imminebat. Cn. Fulvium prætorem Apuli legati nuntiabant, primo, dum urbes quasdam Apulorum, quæ ad Hannibalem descivissent, oppugnaret, intentius rem egisse; postea nimio successu et ipsum et milites, præda impletos, in tantam licentiam socordiamque effusos, ut nulla disciplina militiæ esset. Cum sæpe[2] alias, tum paucis diebus ante expertus, qualis sub inscio duce exercitus esset, in Apuliam castra movit.

21. Circa Herdoniam Romanæ legiones et prætor Fulvius erant. Quo ubi allatum est, hostes adventare, prope est factum, ut injussu prætoris signis convulsis in aciem exirent. Nec res ulla magis tenuit, quam spes haud dubia, suo id[3] arbitrio, ubi vellent, acturos. Nocte insequenti Hannibal, cum tumultuatum in castris et plerosque ferociter, signum ut daret, institisse duci ad arma vocantes sciret, haud dubius prosperæ pugnæ occasionem dari, tria millia expeditorum militum in villis circa vepribusque et sylvis disponit, qui, signo dato, simul omnes e latebris existerent;[4][k] et Magonem ac duo ferme millia equitum, qua fugam inclinaturam credebat, omnia[5] itinera insidere jubet. His nocte præparatis, prima luce in aciem copias educit. Nec Fulvius est cunctatus, non tam sua ulla spe, quam militum impetu fortuito tractus. Itaque eadem temeritate, qua processum in aciem est, instruitur ipsa acies ad libidinem militum forte procurrentium consistentiumque, quo

ubi.—20 Al. *decessit.*—1 *In tanto discrimine* Edd. ante Drak. *ut in tanto d.* Ms. Hav. prob. Doering. ut sensus sit: quippe vel præcipue in tanto d.—2 *Hannibal cum sæpe* Edd. ab Ascens. ad Gronov.

3 *Id* del. Edd. a Francof. ad Drak.—4 *Exilirent* Edd. ante Gronov.—5 ' Non facile dixerim τὸ *omnia* ab Livio prodiisse. Certe in Cantabr. libro

NOTÆ

[k] *E latebris existerent*] Vulgo, *e latebris exilirent.* Sed *existere* pro erumpere, exire, Ciceroni aliisque usurpatum, atque ab ipso Livio lib. XXXIX. ' Si existat hodie ab Inferis Lycurgus.'

loco ipsorum tulisset animus, deinde per libidinem aut metum deserentium locum. Prima legio et sinistra ala in primo[6] instructæ,[1] et in longitudinem porrecta acies. Clamantibus tribunis, 'nihil introrsus roboris ac virium esse, et, quacumque impetum fecisset hostis,[7] perrupturos;' nihil, quod salutare esset, non modo ad animum, sed ne ad aures quidem admittebant. Et Hannibal, haudquaquam similis dux,[m] neque simili exercitu,[8] neque ita instructo aderat. Ergo ne clamorem quidem atque impetum primum eorum Romani sustinuere. Dux, stultitia et temeritate Centenio par, animo nequaquam comparandus, ubi rem inclinatam ac trepidantes suos vidit, equo arrepto cum ducentis ferme equitibus effugit: cetera a fronte pulsa, a tergo atque alis[9] circumventa, acies eo usque est cæsa, ut ex duodeviginti millibus hominum duo millia haud amplius evaserint. Castris hostes potiti sunt.

22. Hæ clades, super aliam alia, Romam cum essent nuntiatæ, ingens quidem et luctus et pavor civitatem cepit. Sed tamen, quia consules, ubi summa rerum esset, ad id locorum[z] prospere rem gererent,[10 n] minus his cladibus commovebantur. Legatos ad consules mittunt C. Lætorium,[11] M. Metilium, qui nuntiarent,[12] ut reliquias duorum exercituum cum cura collegerent, darentque operam, ne per

[z] *Ad illud usque tempus.*

lectum mihi non est.' *J. F. Gronov.*—6 *Ala primo* Edd. ante Gronov.—7 *Fecissent hostes* Edd. ante Drak.—8 *Et Hannibal quidem haudquaquam simili exercitu*, omissis intermediis, Edd. ante Gronov. in vett. præterea est *exstructo* pro *instructo*.—9 Put. Pet. Men. *a fronte pulsa, in tergo atque alis.*

10 *Prospere gererent* Edd. ante Gronov.—11 *Lectorium* Edd. vett.—12 'Suspecta mihi τὰ *qui nuntiarent*, propter ea quæ notavi ad lib. VIII. 22.' *J. F.*

NOTÆ

[1] *In primo instructæ*] Vulgo, *primo instructæ*. Illud ex optimis libris, et melius: est enim *in primo* idem ac primo loco, in fronte, uti antea est observatum.

[m] *Haudquaquam similis dux*] Variantibus libris, Gronov. ex Put. (ubi erat, *haudquaquam similis dua*) feliciter eruit *similis dux*. Et *haudquaquam similis* significat hoc loco, non inferiorem, ut plerumque; sed superiorem longe ac meliorem.

[n] *P. rem g.* [*prospere gererent*] Gronov. suspicatur scribendum, *prospere rem gererent*, quod Petavianus corrupte habeat *prosperem gererent*.

metum [13] ac desperationem hosti se dederent, (id quod post Cannensem accidisset cladem,) et ut desertores de exercitu volonum conquirerent. Idem negotii P. Cornelio datum, cui et delectus mandatus erat: isque per fora conciliabulaque edixit, ut conquisitio volonum fieret, iique ad signa reducerentur. Hæc omnia intentissima cura acta. Ap. Claudius consul, D. Junio ad ostium Vulturni, M. Aurelio Cotta Puteolis præposito, qui, ut quæque naves ex Etruria ac Sardinia accessissent, extemplo in castra mitterent frumentum, ipse ad Capuam regressus, Q. Fulvium collegam invenit Casilini, omnia inde portantem [14] molientemque ad oppugnandam Capuam. Tum ambo [15] circumsederunt urbem, et Claudium Neronem prætorem ab Suessula ex Claudianis castris [o] exciverunt. Is quoque, modico ibi præsidio ad tenendum [16] locum relicto, ceteris omnibus [17] copiis ad Capuam descendit. Ita tria prætoria circa Capuam erecta, tres et exercitus,[18] diversis partibus opus aggressi, fossa valloque circumdare urbem parant, et castella excitant modicis intervallis; [p] multisque simul locis cum prohibentibus opera Campanis eo eventu pugnant, ut postremo portis muroque se contineret Campanus. Prius tamen, quam hæc continuarentur opera, legati ad Hannibalem missi, qui quererentur, desertam ab eo Capuam, ac prope redditam Romanis; obtestarenturque, ut tunc saltem [19] opem non circumsessis modo, sed etiam circumvallatis, ferret. Consulibus literæ [†] a P. Cornelio prætore

Gronov.—13 Vet. lib. apud Sigon. *ne qui per metum.*—14 *Casilino omnia importantem* Edd. ante Drak.—15 *Ambo consules* Edd. ante Crevier.—16 Olim *præsidio ad tuendum.*—17 *Cum ceteris omnibus* Edd. ante Gronov.—18 Al. *tres exercitus.*—19 Conj. Rupert. *ut nunc s.*

NOTÆ

[o] *Ex Claudianis castris*] Quæ scilicet ante aliquot annos munita fuerant a M. Claudio Marcello; nomenque adhuc retinebant, prætore Claudio Nerone.

[p] *Et castella excitant modicis intervallis*] Munimenta hæc in minorum castellorum formam nostris dicuntur, *des Forts;* et si angustiora sint, *des Redoutes;* inter hæc continuato vallo perficitur circumvallatio.

[†] *Consulibus literæ, &c.*] Senatus,

missæ, 'Ut, prius quam clauderent Capuam operibus, potestatem Campanis facerent, ut, qui eorum vellent, exirent ab Capua, suasque res secum auferrent. Liberos fore suaque omnia habituros, qui ante Idus Martias exissent. Post eam diem, quique exissent, quique ibi mansissent, hostium futuros numero.' Ea pronuntiata Campanis, atque ita spreta, ut ultro dicerent contumelias minarenturque. Hannibal ab Herdonea Tarentum duxerat legiones; spe, aut vi, aut dolo, arcis Tarentinæ potiundæ. Quod ubi parum processit, ad Brundisium flexit iter, prodi id oppidum ratus.[a] Ibi quoque cum frustra tereret tempus, legati Campani ad eum venerunt, querentes simul orantesque. Quibus Hannibal magnifice respondit, et antea solvisse obsidionem, et nunc adventum suum consules non laturos. Cum hac spe dimissi legati vix regredi Capuam, jam duplici fossa valloque cinctam, potuerunt.

23. Cum maxime Capua circumvallaretur, Syracusarum[20] oppugnatio ad finem venit, præterquam vi ac virtute ducis exercitusque, intestina etiam proditione adjuta. Namque Marcellus initio veris incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem et Hippocraten verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret, quanquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem, nec fame, quam prope[1] liberi[q] ab Carthagine commeatus alerent, tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui

[a] *Sperans fore ut ea urbs sibi traderetur.*

20 *Quoque* addunt Edd. ante Gronov.—1 'Duo optimi, *nec fame unquam prope.* Scribe, *nec fame, ut quam prope.* Valet utpote.' *J. F. Gronov.*—

NOTÆ

nimirum, neque enim prætor quicquam imperare majori potestati poterat. Suspicarer legendum, *literæ a P. C. a P. Cornelio, &c.* et literas *a P. C.* propter repetitionem omissas. Alii judicent. *J. Clericus.*

[q] *Quam prope liberi*] *Quam,* nempe urbem. Ex duobus manuscriptis, in quibus est, *nec fame unquam prope, &c.* scribendum censet Gronov. *nec fame, ut quam prope liberi, &c.* Ubi *ut* valet utpote.

nobilissimi viri, inter defectionem ab Romanis,[b] quia ab novis consiliis abhorrebant, pulsi) colloquiis suæ partis tentare hominum animos jussit, et fidem dare, si traditæ forent Syracusæ, liberos eos ac suis legibus victuros esse. Non erat colloquii copia, quia multorum animi suspecti omnium curam oculosque converterant, ne quid falleret tale admissum.[c] Servus unus exulum, pro transfuga intromissus in urbem, conventis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. Deinde in piscatoria[2] quidam navi, retibus operti, circumvectique ita ad castra Romana, collocutique cum transfugis: et idem sæpius eodem modo alii atque alii. Postremo ad octoginta facti. Et, cum jam composita omnia ad proditionem essent, indicio delato ad Epicyden per Attalum quendam, indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt.[3] Alia subinde spes, postquam hæc vana evaserat, excepit. Damippus[4] [r] quidam Lacedæmonius, missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab Romanis navibus erat. Hujus utique redimendi et Epicydæ cura erat ingens; nec abnuit Marcellus, jam tum Ætolorum, cujus gentis socii[5] Lacedæmonii erant, amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemtione ejus missis, medius maxime atque utrisque opportunus locus,[6] ad portum Trogiliorum,[7] [s] propter turrim, quam vocant Galeagram,[t] est visus. Quo cum sæpius

[b] *Per tempus quo a Romanis desciverant Syracusani.*
[c] *Ita ut, si quid simile committeretur, latere vix posset.*

2 'Sigonius notat in suis non apparere τὸ *in*. Nostri etiam, *dein piscatoria*. Forte: *dein piscatoria quidam navi, retibus operti, circumvecti usque ad castra Romana.*' J. F. Gronov. Malit Rupert. *circumvecti* vel *circumvecti sunt ita*, et deinde: *At* vel *Sed, cum jam composita.*—3 *Necati omnes et cruciati sunt* Edd. plerique ante Gronov.—4 *Damasippus* Edd. ante Gron.—5 'Probissimi carent τῷ *gentis*. An, *quibus socii*, vel *queis socii?*' J. F. Gronov.—6 'Malim, *medius maxime utrisque opportunus locus visus.* Vacat enim vox *atque.*'

NOTÆ

[r] *Damippus*] Ita Plutarchus appellat, frustraque est Sigon. qui *Damasippum* nominandum conjicit.

[s] *Ad portum Trogiliorum*] *Trogilus portus* Acradinæ proximus et Tychæ, a quo incolæ Trogilii: unde navium statio quæ eo loco, portus Trogiliorum dicitur.

[t] *Turrim, quam vocant Galeagram*] Erat hæc turris ad extremam par-

commearent, unus ex Romanis, ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides æstimandoque ipse secum, quid in fronte paterent[x] singuli, altitudinem[8] muri, quantum proxime conjectura poterat, permensus, humiliorem-que aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse et vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert.[9] Haud supernenda visa. Sed, cum adiri locus, qui ob id ipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quærebatur: quam obtulit transfuga, nuntians, diem[10] festum Dianæ per triduum[y] agi, et, quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari, et ab Epicyde præbito universæ plebei, et per tribus a principibus diviso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus, electisque per eos ad rem tantam agendam audendamque idoneis centurionibus militibusque, et scalis in occulto comparatis, ceteris signum dari jubet,† ut mature corpora curarent quietique darent: nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis vi-

Sigon.—7 Edd. ante Gron. *Trogilorum.*—8 *Secum, qui in fronte paterent: simul alt.* Edd. ante Gron.—9 *Refert* Edd. nonnulli: mox *Haud spernenda res visa* Edd. ante Gronov.—10 ' Vox *diem* delenda videbatur Crev. et Jac. Gronov. Sed Latini fortassis etiam plurium dierum solennia *diem festum* dicunt, ut unius diei plur. num. *dies festos,* nec locus Front. III. 3. 2. juvat

NOTÆ

tem Tychæ, qua hæc cum Acradina versus littus conjungebatur: ut ex sequentib. probat Cluver. et ex Plut. qui per *Galeagram* turrim conscendisse Romanos scribit. Ea nunc *Scala Græca.*

x *Numerando lapides æstimandoque ipse secum, quid* [*qui*] *in fronte paterent*] Conjicit Gronov. *quid in fronte paterent,* idque in addendis confirmat ex codicibus Puteani duobus, Petavii, Menardi, Vossii, Gudii, Mureti, qui pro *simul* habent *singuli:* quibus et Regius unus congruit, et Colb. sed in his legitur *qui,* non *quid.* Est enim *qui in fronte paterent singuli.* Quod non magis mihi arridet quam communis lectio, quæ aliam quidem, sed idoneam habet sententiam, ut Romanus ille, muri Syracusani lapides numerando, eorumque mensuram æstimando, quatenus oculis patebant, et perspici poterant, conjecerit humiliorem esse murum, quam creditum fuerat.

y *Festum Dianæ per triduum*] Celebrabant Dianæ festum Artemisia, ut alii populi, sic et Syracusani, vino multo et lusu, Plutarcho teste in Marcello, ex quo Meursius Græc. Feriat. lib. I.

† *Signum dari jubet*] Vocale nem-

sum, quo de die epulatis[z] jam vini satias[11] principiumque somni esset, signi unius milites ferre scalas jussit; et ad mille fere armati tenui agmine per silentium eo deducti.[d] Ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii; cum priorum audacia dubiis etiam animum faceret.

24. Jam mille armatorum ceperant partem,[a] cum ceteræ admotæ,[12] [b] pluribusque scalis in murum evadebant, signo ab Hexapylo dato; quo per ingentem solitudinem erat perventum, quia magna pars, in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant. Paucos tamen eorum oppressos in[13] cubilibus[c] interfecerunt. Prope Hexapylon est portula magna vi refringi cœpta; et e muro ex composito tuba datum signum erat. Et jam undique, non furtim,

[d] *Milites unius manipuli, (duas continentis centurias, sive ordines, id est, milites centum viginti,) et armati milites usque ad mille, aut circiter, tacite ad locum eundem ducti sunt.*

conjecturam.' *Duker.*—11 *Quo die epulatis jam vinoque satiatis* Edd. vett. *quo de die eo jam vini* Grut.

12 'Cum Gron. leg. *ceteri admoti,* vel cum Mureto *ceteri admotis pluribus scalis.*' Rupert. Mureti emendationem probat etiam Stroth.—13 *Eorum*

NOTÆ

pe, ut lib. v. c. 36. Vide Just. Lipsium de Milit. Rom. l. v. dial. 9. et 10. *J. Clericus.*

[z] *Quo de die epulatis*] Vulgo *quo, die epulatis jam, vinoque satiatis principium somni esset.* In Colb. *Quo, die epulatis, jam vino satiatis, &c.* Lips. non improbabili conjectura legit, *de die epulatis;* id est, cum adhuc dies esset: quod etiam sine præpositione intelligi posset. Apud veteres certe Romanos hora cœnæ viris frugi vix ante noctem: sed de die epulabantur, qui genio indulgebant, ut nunc per diem festum Syracusani. Eo pertinet illud Satyrici, 'Exul ab octava Marius bibit et fruitur Dis Iratis.' ab octava, id est, nostro more, ab hora ferme secunda post meridiem. Hora nona tempus erat, non cœnæ communis, sed convivii: eoque spectat Martial. 'Imperat exstructos frangere Nona toros.' Aliam Lips. haud necessariam correctionem addit, *vino sauciatis,* pro *satiatis:* nec magis necessaria Gronovii mutatio, aut Salmasii, scribentium, *jam vini satias principiumque somni erat.*

[a] *Ceperant partem*] Muri.

[b] *Cum ceteræ admotæ*] Vel supplendum copiæ, aut scalæ, vel quid simile: vel cum Gronovio legendum, *cum ceteri admoti.*

[c] *Paucos tamen eorum oppressos* [*comprehensos*] *in cubilibus*] Ferri potest hæc vulgaris lectio: melius tamen *oppressos,* quod Gronov. subjicit ex suspicione magis, quam ex Mss.

sed vi aperta, gerebatur res. Quippe ad Epipolas,[d] frequentem custodiis locum, perventum erat, terrendique magis hostes erant, quam fallendi; sicut territi sunt. Nam simul ac tubarum est auditus cantus, clamorque tenentium muros partemque urbis; omnia teneri custodes rati, alii per murum fugere, alii salire de muro præcipitarique turba paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali erat, et gravatis omnibus vino somnoque, et, in vastæ magnitudinis urbe, partium sensu non satis pertinente[14] in omnia.[e] Sub luce, Hexapylo effracto,[f] Marcellus, omnibus copiis urbem ingressus, excitavit convertitque omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, jam captæ prope urbi ferendam. Epicydes, ab Insula, quam ipsi Nason vocant,[g] citato profectus agmine, haud dubius, quin paucos, per negligentiam custodum transgressos murum, expulsurus foret, occurrentibus pavidis, tumultum augere eos, dictitans, et majora ac terribiliora vero afferre, postquam conspexit omnia circa Epipolas armis completa, lacessito tantum hoste paucis missilibus, retro in Achradinam agmen convertit, non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oriretur, clausasque inter tumultum Achradinæ atque In-

comprehensos in Edd. plurimi.—14 Valla mavult *pertingente*, Glareanus *per-*

NOTÆ

[d] *Quippe ad Epipolas*] *Epipolæ* nomen est loci, qui a mari, et corpore, ut ita dicam, urbis Syracusanæ remotior, et ceteris partibus infrequentior, supra Tycham et Neapolim. Nam auctore Thucyd. lib. VI. locus ille præruptus urbi imminebat, non ejus proprie pars erat. Si *Epipolæ* inter urbis partes numerentur, (nam et hæc muro cincta a Dionysio,) jam quintuplices erunt Syracusæ. Eaque de causa Strabo quinque urbibus constitisse olim eam urbem scribit, 180. stadiorum muro cinctam: hoc est, plus quam 22. milliarium.

[e] *Partium sensu non satis pertinente in omnia*] Cum enim plures essent urbis partes, muris inter se disjunctæ, non facile omnia quæ extrema aliqua parte fiebant, ab reliquis partibus sensu percipi poterant, atque ad longinqua pervenire.

[f] *Hexapylo effracto*] Porta, qua in Tycham ingressus patebat.

[g] *Quam ipsi Nason vocant*] Communi dialecto insula Græce νῆσος, Dorica vero (qua Siculi utebantur) νᾶσος appellatur.

sulæ inveniret portas. Marcellus, ut, mœnia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit, illacrymasse dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersæ,[h] et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti, occurrebant, et tot bella cum Carthaginiensibus[i] tanto cum discrimine gesta; tot tam opulenti tyranni regesque;[15] præter ceteros Hiero, cum recentissimæ memoriæ rex, tum ante omnia, quæ virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Romanum insignis. Ea cum universa occurrerent animo, subiretque cogitatio, jam illa momento horæ arsura omnia et ad cineres reditura; prius quam signa Achradinam[16] admoveret, præmittit Syracusanos, qui intra[17] præsidia Romana, ut ante dictum est, fuerant, ut alloquio leni pellicerent hostes ad dedendam urbem.

25. Tenebant Achradinæ portas murosque maxime transfugæ, quibus nulla erat per conditiones veniæ spes.[e] Ii nec adire muros, nec alloqui quenquam passi. Itaque Marcellus, postquam id inceptum irritum fuit, ad Euryalum[k] signa referri jussit. Tumulus est in extrema parte urbis,

[e] *Qui sperare nullatenus poterant fore ut veniam per pacta et conditiones pacis obtinerent.*

tendente.—15 ' *Tot ac tam opulenti tyranni regesque* (Hiero, Gelo, Dionysii, et alii) Edd. ante Gron. forte rectius; vel *et* pro *ac.*' Rupert.—16 *Achradinæ* Edd. ante Crevier.—17 Al. *inter.*

NOTÆ

[h] *Atheniensium classes demersæ*] Belli Peloponnesiaci anno 19. missæ in Syracusanos classes ab Atheniensibus, post longam obsidionem, mersæ fuerant, ducesque illorum Nicias et Demosthenes cæsi a Gylippo Lacedæmonio duce, Olymp. 91. urbis Romæ anno ferme 339.

[i] *Cum Carthaginiensibus*] A Gelone inprimis Syracusanorum rege victi nobili prælio ad Himeram Carthaginienses Olympiade 74. sub annum Urbis 274. Iidem ab obsidione Syracusarum repulsi a Dionysio tyranno, Olympiadis 96. anno 1. post Romam conditam 359. ac deinde Olymp. 109. a Timoleonte Corinthio Syracusanorum duce. Denique ab Agathocle sub 118. Olympiadem, a Syracusis ad ipsam Carthaginem translata obsidio.

[k] *Ad Euryalum*] Tumulus erat, sive collis, per quem ascendebatur ad Epipolas, quarum ea arx: alias *Euryelus;* hodie *Belvedere.*

versus a mari[f] viæque imminens ferenti in agros mediterraneaque insulæ, percommode situs ad commeatus excipiendos.[18] Præerat huic arci Philodemus Argivus, ab Epicyde impositus, ad quem missus a Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, cum, longo sermone habito, dilatus per frustrationem esset, retulit Marcello, tempus eum ad deliberandum sumsisse. Cum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius, si in arcem accepisset eos, deleri Romanum exercitum inclusum muris posse; Marcellus, ut Euryalum neque tradi, neque capi vidit posse, inter Neapolim et Tycham (nomina partium[19] urbis et instar urbium sunt) posuit castra, timens, ne, si frequentia intrasset loca, contineri ab discursu miles avidus prædæ non posset. Legati eo ab Tycha et Neapoli cum infulis et velamentis[1] venerunt, precantes, ut a cædibus et ab incendiis parceretur.[m] De quorum precibus, quam postulatis, magis consilio habito, Marcellus ex omnium sententia edixit militibus, 'ne quis liberum corpus violaret. Cetera prædæ futura.' Castraque tectis parietum pro muro septa.[20] Portis regione platearum patentibus stationes

[f] *Procul a mari positus.*

18 '*Percommodus ad commeatus excipiendos.* Put. Pet. Men. Voss. *percommodestus ad.* Significant, quod clare unus e Pal. *percommode situs.*' J. F. Gronov.—19 'Put. *nomine a partium.* Pet. *nomine apertium.* Scribe, *nomina ea partium.*' Idem.—20 '*Castraque tectis parietum pro muro septa,* castra

NOTÆ

[1] *Cum infulis et velamentis*] Tradit Varro infulas esse velamenta ex lana: Festus, filamenta lanea quibus sacerdotes, et hostiæ, templaque velabantur: Isidoro infula proprie dicitur esse fasciola sacerdotalis capitis alba in modum diadematis, a qua vittæ ab utraque parte dependent, quæ infulam vinciunt: ea plerumque lata erat, plerumque tortilis de alba et cocco. Et *velamenta,* etsi pro quovis genere operimentorum sumantur, hic stricte pro iis accipiuntur quæ a supplicibus veniæ impetrandæ causa præferri solebant, cujusmodi rami olearum vittis obvoluti, ipsæque vittæ, utpote quibus uterentur Diis supplicantes. Hinc Ovid. in Metam. 'Velamenta manu prætendens supplice.'

[m] *Parceretur*] Pro, abstineretur a cædibus, incendiis.

præsidiaque disposuit, ne quis in discursu militum impetus in castra fieri posset.[g] Inde, signo dato, milites discurrerunt: refractisque foribus, cum omnia terrore ac tumultu streperent, a cædibus tamen temperatum est. Rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egessere. Inter hæc et Philodemus, cum spes auxilii nulla esset, fide accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto[1] præsidio, tradidit tumulum[n] Romanis. Aversis omnibus ad tumultum[2] ex parte captæ urbis, Bomilcar, noctem eam nactus, qua propter vim tempestatis stare ad ancoram in salo Romana classis non posset, cum triginta quinque navibus ex portu Syracusano profectus, libero mari vela in altum dedit, quinque et quinquaginta navibus Epicydæ et Syracusanis relictis; edoctisque Carthaginiensibus, in quanto res Syracusana discrimine esset, cum centum navibus post paucos dies redit, multis (ut fama est) donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

26. Marcellus, Euryalo recepto præsidioque addito, una cura erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta inclusos impeditosque mœnibus suos turbaret. Achra-

[g] *Castra hæc Marcelli (inter Neapolin et Tychen posita) parietes ædium ad eas tegendas structos loco muri, sive pro vallo habebant: castrorum eorundem portis quæ apertæ erant ea parte quæ in latiores urbis vias ducebat, Marcellus globos militum apposuit; ne invadi possent castra, cum milites ad diripiendum discurrerent.*

Marcelli, inter Neapolin ac Tychen posita, ædificiorum parietes pro muro aut vallo habuere: nisi *tecta parietum* sunt parietes ipsi ad tegendas ædes structi, seu potius leg. *tectorum parietibus;* Gron. Omnino ita potius dicendum erat; et incommoda etiam est copula *que:* quare lego: *Castra objectu parietum* vel *objectis parietibus* (ut IV. 9. XXXI. 39. XXXVIII. 7. XLII. 63. et quater inf. cap. 36.) *pro muro septa;* Str. At sic vox *tectorum* vel *domorum* desideratur; et malim delere τὸ *parietum,* ac reponere, *castra undique tectis pro muro* (muro quasi, muri loco) *septa;* Doer. *Castra pro tectis parietum muro septa* conj. Cluver. Forte leg. *Castra pæne tectis parietumque muro septa;* h. e. longe maxima earum pars, præter *portas, regione platearum patentes,* in eas spectantes et apertas: unde ad portas *stationes disposuit* militum. *Portis r. p. patentibus,* (ablat. conseq.) *stationes p. disposuit* sc. ad eas, aut *portis* dictum pro *ad portas.*' Rupert.—1 *Reducto* Edd. ante Gronov.—2 *Tumulum* Edd. multi ante Gronov.

NOTÆ

[n] *Tradidit tumulum*] Euryalum.

dinam inde, trinis[3] castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam omnium rerum inclusos redacturum,[4] circumsedit. Cum per aliquot dies quietæ stationes utrimque fuissent, repente adventus Hippocratis et Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur Romani, fecit. Nam et Hippocrates, castris ad magnum portum communitis, signoque iis dato, qui Achradinam tenebant, castra vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus præerat; et Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit; et classis Punica littori, quod inter urbem et castra Romana erat, appulsa est, ne quid præsidii Crispino summitti a Marcello posset. Tumultum tamen majorem hostes præbuerunt, quam certamen. Nam et Crispinus Hippocraten non repulit tantum munimentis,[5] sed insecutus etiam est trepide fugientem, et Epicyden Marcellus in urbem compulit: satisque jam etiam in posterum videbatur provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus periculi foret. Accessit et pestilentia,[6] commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a belli consiliis. Nam tempore autumni, et locis natura gravibus,[h] multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis æstus per utraque castra omnium ferme corpora movit. Et primo temporis ac loci vitio et ægri erant, et moriebantur:[o] postea curatio ipsa et contactus ægrorum vulgabat morbos; ut aut neglecti desertique, qui incidissent, morerentur, aut assidentes curantesque eadem vi morbi repletos secum traherent; quotidianaque funera et mors ob oculos[7] esset, et undique dies noctesque ploratus audirentur. Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos, ut non modo[8] lacrymis[p] justoque comploratu prosequeren-

[h] *Et in locis qui naturali gravitate aëris laborabant.*

3 Al. *ternis.*—4 Al. *redacturum se.*—5 *A munimentis* Edd. ante Gronov.—6 ' Put. Pet. Voss. *Accessit et ad pestilentia.* Repone, *Accesserat et pestilentia.*' J. F. Gronov.—7 *Ob omnium oculos* Edd. ante Gronov.—8 *Non modo non*

NOTÆ

[o] *Et moriebantur*] Morbo contracto ex aëris vitio, sine alieno contactu; quo accedente crescebat malum.

[p] *Non modo* [*non*] *lacrymis*] Poste-

tur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepelirent, jacerentque strata exanima corpora in conspectu similem [9] mortem expectantium; mortuique ægros, ægri validos, cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum, conficerent. Et, ut ferro potius morerentur, quidam [10] invadebant soli hostium stationes. Multo tamen vis major pestis Pœnorum castra, quam Romana, (diu circumsedendo Syracusas, cœlo aquisque assuerant magis [q]) affecerat. Ex hostium [11] exercitu Siculi, ut primum videre ex gravitate loci vulgari morbos, in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt. At Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali, traduxerat [12] in urbem suos; infirmaque corpora tecta et umbræ recreaverant. Multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumti sunt.

27. Deleto terrestri Punico exercitu, Siculi, qui Hippocratis milites fuerant, in haud magna oppida, ceterum et situ et munimentis tuta, (tria millia alterum ab Syracusis, alterum quindecim abest,[r]) eo et commeatus [13 s] e civitati-

Edd. ante Gron.—9 *Quoque* addunt Edd. ante Gron.—10 *Ferro quidam*, iterato nomine *ferro*, Grut. all.—11 *Syracusas, cæde aquisque affecerat magis. Ex host.* Edd. ante Gronov.—12 Al. *adduxerat.*

13 ' *Quindecim ab Ostio et comm.* Edd. ante Gronov. Adverbium redundans *eo*, cum jam affuisset *in oppida*, post parenthesin interpositam, perspicuitatis

NOTÆ

riorem negationem tollunt veteres codices et prisca editio, integro tamen sensu, ut Gronov. contendit, adducto loco Livii, lib. VI. ' Ut non modo ad tribunatum militum inter patricios petendum, sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos ulli animus esset.'

q *Cœlo aquisque assuerant magis*] Vulgo, *cæde aquisque affecerat magis.* Correxit Gronov. IV. Observat. 8. Indicat enim Auctor idcirco minorem fuisse Romanorum cladem, quam Pœnorum, quod illi jam aëri Syracusano, utcumque corrupto, magis essent assuefacti diuturna mora.

r *Alterum quindecim abest*] Vulgo legitur, *alterum quindecim ab ostio*, cum non appareat quod illud sit ostium. Posset quidem intelligi ostium Anapi fluminis, vel *ostium magni portus:* cujus postea meminit, cap. 30. Sed illud juxta Syracusas, hoc ad ipsa mœnia. In Colbertino scriptum est, *ab hoste;* sed a secunda manu cum antea esset *ab ostio;* et hostis horum

bus suis comportabant, et auxilia arcessebant. Interea Bomilcar, iterum cum classe profectus Carthaginem, ita exposita fortuna sociorum, ut spem faceret, non ipsis modo salutarem opem ferri posse, sed Romanos quoque in capta quodammodo urbe capi, perpulit, ut onerarias naves quam plurimas omni copia rerum onustas secum mitterent, classemque suam augerent. Igitur, centum triginta navibus longis et septingentis[14] onerariis[t] profectus a Carthagine, satis prosperos ventos ad trajiciendum in Siciliam habuit. Sed iidem venti superare eum Pachynum prohibebant. Bomilcaris adventus, fama primo, dein præter spem mora, cum gaudium et metum invicem Romanis Syracusanisque præbuisset; Epicydes metuens, ne, si pergerent iidem, qui tum tenebant,[i] ab ortu solis flare per dies plures venti, classis Punica Africam repeteret, tradita Achradina mercenariorum militum ducibus, ad Bomilcarem navigat. Classem in statione versa in Africam habentem, atque timentem navale prælium, non tam quod impar viribus aut numero navium esset, (quippe etiam plures habebat,) quam quod venti aptiores Romanæ, quam suæ, classi flarent, perpulit tandem, ut fortunam navalis certaminis experiri vellet. Et Marcellus, cum et Siculum exercitum ex tota[15] insula conciri vi-

[i] *Qui eo tempore retinebant classem, vel qui mare obtinebant.*

causa additum.' *Stroth.*—14 *Septuaginta* Edd. ab Ascens. ad Gronov.—15 Al.

NOTÆ

Siculorum non alius videtur quam Romanus, cujus exercitus et ipse Syracusis: unde commodius fuisset scribi tantum, *alterum quindecim abest*: nisi quis velit *hostis* nomine Bomilcarem intelligi Romanorum hostem, Punicæ classis prætorem, cujus statio ad Pachynum.

[s] *Eo et commeatus*] Ita Gronov. ex Put. ostenditque illud *eo* superfluum non esse, præsertim propter interjectam parenthesim, quæ sententiam suspendit: exempla congerit tum aliunde, tum ex Nostro, præsertim l. XXVI. 'Lævinus Zacynthum (parva insula est propinqua Ætoliæ: urbem unam eodem quo ipsa est nomine habet) eam, præter arcem, vi cepit.'

[t] *Et septingentis onerariis*] Vulgo *septuaginta*. Emendavit Gronov. ex multis codicibus, quibuscum conveniunt duo Colbertini, *centum triginta navibus longis, septingentis onerariis*. Et vero major fere esse solet in hujusmodi classibus numerus onerariarum navium, quibus commeatus vehuntur, quam longarum, quæ ad belli usum comparatæ armatos ferunt.

deret, et cum ingenti commeatu classem Punicam adventare, ne simul terra marique inclusus urbe hostium urgeretur, quanquam impar numero navium erat, prohibere aditu Syracusarum Bomilcarem constituit. Duæ classes infestæ circa promontorium Pachynum stabant, ubi prima [16] tranquillitas maris in altum evexisset, concursuræ. Itaque, cadente jam Euro,[u] qui per dies aliquot sævierat, prior Bomilcar movit: cujus prima [17] classis[x] petere altum visa est, quo facilius superaret promontorium. Ceterum, postquam tendere ad se Romanas naves vidit, incertum qua subita territus re, Bomilcar vela in altum dedit, missisque nuntiis Heracleam,[y] qui onerarias [18] retro in Africam repetere juberent, ipse, Siciliam prætervectus, Tarentum petit. Epicydes, a tanta repente destitutus spe, ne in obsidionem magna ex parte captæ urbis rediret, Agrigentum navigat, expectaturus magis eventum, quam inde quicquam moturus.

28. Quæ ubi in castra Siculorum[z] sunt nuntiata, Epicyden Syracusis excessisse, a Carthaginiensibus relictam insulam, et prope iterum Romanis traditam; legatos de conditionibus dedendæ urbis, explorata prius per colloquia voluntate eorum, qui obsidebantur, ad Marcellum mittunt. Cum haud ferme discreparet, quin, quæ ubique regum fuissent,[a] Romanorum essent, Siculis cetera cum

ab tota.—16 *Primum* Edd. ante Jac. Gronov.—17 Malebat Duker. *primo.*—18 *Naves* addunt Edd. ante Gronov.

NOTÆ

[u] *Cadente jam Euro*] Ubi desiit ventus ille, qui jamdiu ab Oriente vehementer flaverat.

[x] *Cujus prima classis*] Priusquam Romana moveret.

[y] *Heracleam*] Apparet hanc Heracleam urbem Siciliæ fuisse, et stationem in littore Meridionali. De hac Heraclea Minoa, inter Agrigentum et Selinuntem sita, jam diximus.

[z] *In castra Siculorum*] Eorum scilicet, qui Hippocratis milites fuerant.

[a] *Ubique regum fuissent*] Atqui antea dividebatur Sicilia a Romanis in provinciam propriam, qua scilicet pulsi fuerant ab ipsis Carthaginienses, et in ditionem Hieronis regumque: nunc videntur contra, ea quæ ditionis regiæ fuerant, atque adeo Syracusas, quibus libertatem ostentaverant, sibi vindicare velle; ea vero quæ prius ipsi possederant, libertati et legibus suis relinquere. Verum eo tendebant, ni fallor, hæc pacta, ut quæ propria regum, id est, in eorum patrimonio

libertate ac legibus suis servarentur; evocatis ad colloquium his, quibus ab Epicyde creditæ res erant,[19] 'missos se simul ad Marcellum,[b] simul ad eos ab exercitu [20] Siculorum,' aiunt, 'ut una omnium, qui obsiderentur quique extra obsidionem essent, fortuna esset; neve alteri proprie sibi paciscerentur quicquam.' Recepti deinde ab iis, ut necessarios hospitesque alloquerentur, expositis, quæ pacta jam cum Marcello haberent, oblata spe salutis perpulere eos, ut secum præfectos Epicydis, Polyclitum et Philistionem et Epicyden, cui Sindon[1] cognomen erat, aggrederentur. Interfectis iis, et multitudine ad concionem vocata,[2] et inopiam, qua ipsi inter se fremere occulte soliti erant,[3] conquesti, 'quanquam tot mala urgerent,' negarunt, 'fortunam accusandam esse, quod in ipsorum esset potestate, quamdiu ea paterentur. Romanis causam oppugnandi Syracusas fuisse caritatem Syracusanorum, non odium: nam, ut occupatas res ab satellitibus Hannibalis, deinde Hieronymi, Hippocrate atque Epicyde audierint, tum bellum movisse, et obsidere urbem cœpisse, ut crudeles tyrannos ejus, non ut ipsam urbem, expugnarent. Hippocrate vero interemto, Epicyde intercluso ab Syracusis, et præfectis ejus occisis, Carthaginiensibus omni possessione Siciliæ terra marique pulsis, quam superesse causam Romanis, cur non, perinde ac si Hiero ipse viveret, unicus

19 Al. *credita res erat.*—20 *Simul ab eo ad exercitum* Edd. ante Crevier.—1 *Sidon* Edd. ante Drak.—2 Al. *convocata.*—3 ' In cod. Put. *quæ ipsi*, et in quibusdam Mss. *quam ipsi*, quod loco III. 38. 9. non satis firmatur: *qua et ipsi* conj. Crev. et *de qua et ipsi* Doering. Ego potius crediderim, verba *et inopiam* parum apta h. l. esse, et vel ea delenda, vel legendum, *ob inopiam quæ ipsi interse fremere* cet. ut ' fremere aliquid ' III. 38. 9. et passim, pro, cum

NOTÆ

fuerant, Romanis relinquerentur: populo suarum legum usus servaretur.

[b] *Missos se simul ad Marcellum*] A quo missos? Ab Epicyde opinor. In altero ex Colb. libris desunt illa, *simul ad Marcellum*, ut appareat ab Epicyde, cujus in proximo facta mentio fuerat, *missos* ad exercitum Siculorum: quod sane aptius ad persuadendum iis, quibus creditæ res ab eodem Epicyde fuerant, quam si dicant missos a Marcello hoste. Et forte *ab eo* est ab Epicyde.

Romanæ amicitiæ cultor, incolumes Syracusas esse velint? Itaque nec urbi nec hominibus aliud periculum,[4] quam ab semet ipsis, esse, si occasionem reconciliandi se Romanis[5] prætermisissent, (eam autem, qualis illo momento horæ sit, nullam deinde fore) simul libertas[c] ab impotentibus tyrannis apparuisset.'[6]

29. Omnium ingenti assensu audita ea oratio est. Prætores tamen prius creari, quam legatos nominari, placuit. Ex ipsorum deinde prætorum numero missi oratores ad Marcellum. Quorum princeps, 'Neque primo,' inquit, 'Syracusani a vobis defecimus, sed Hieronymus, nequaquam tam in vos impius, quam in nos: nec postea pacem, tyranni cæde compositam, Syracusanus quisquam, sed satellites regii Hippocrates atque Epicydes, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbaverunt. Nec quisquam dicere potest, aliquando nobis libertatis tempus fuisse, quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certe cæde eorum, qui oppressas tenebant Syracusas, cum primum nostri arbitrii esse cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma; dedendos nos, urbem, mœnia; nullam recusandam fortunam, quæ imposita a vobis fuerit. Gloriam captæ nobilissimæ pulcherrimæque urbis Græcarum Dei tibi dederunt, Marcelle. Quicquid unquam terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo accedit. Famæ

fremitu et murmure dicere ac queri.' *Rupert.*—4 *Periculi* Froben. Grut. Gronov. Doujat.—5 *Romano* Grut. Gronov. Doujat.—6 'Parenthesin induximus cum Str. et tum post *prætermisissent* comma pro puncto posuimus, tum delevimus τὸ *si* ante *simul*, quod omnes fere Mss. respuunt. Idem jam expunxerat Gron. cujus tamen emendationibus, *deinde fore, simul liberatos ab i. t. a.* et *quam libertas ab i. t. aperuisset*, vix ulla, nedum aptior, continetur sententia: *liberatas* legitur in optimis Mss. et *aperuisset* in uno Palat.' *Rupert.*

NOTÆ

[c] *Simul libertas* [*liberatos*] Id est, si cum jam liberi essent Syracusani, pacem cum Romanis non fecissent; nam *simul apparuisset* idem est ac, statim atque apparuisset. Hæc Gronovii lectio maxime probabilis videtur. Vulgares editiones, *si simul libertas ab impotentibus tyrannis apparuisset;* quorum eadem est sententia, modo particulam *si* deleas. Plures codices habent *liberatas*, quod ad Syracusas referri posset.

ne credi velis,[7] [d] quanta urbs a te capta sit, quam posteris † quoque eam spectaculo esse, (quo quisque terra, quisque [8] mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropæa, nunc tua de nobis ostendat) incolumesque Syracusas familiæ vestræ [9] sub clientela nominis Marcellorum tutelaque habendas tradas.[10] Ne plus apud vos Hieronymi, quam Hieronis, memoria momenti faciat. Diutius ille multo amicus fuit, quam hic hostis: et illius etiam benefacta persensistis; hujus amentia ad perniciem tantum ipsius valuit.' Omnia et impetrabilia et tuta erant apud Romanos. Inter ipsos [e] plus belli ac periculi erat. Namque transfugæ, tradi se Romanis rati, mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum; arreptisque armis prætores primum obtruncant, inde ad cædem Syracusanorum discurrunt, quosque fors obtulit, irati interfecere,[11] atque omnia, quæ in promtu erant, diripuerunt.[12] Tum, ne sine ducibus essent, sex præfectos creavere, ut terni Achradinæ ac Naso præessent. Sedato tandem tumultu, exequentibus sciscitando mercenariis,[13] quæ acta cum Romanis essent,[k] dilucere, id quod erat, cœpit; aliam suam ac perfugarum [14] causam esse.

[k] *Ubi mercenarii milites percunctando sunt assecuti quæ cum Romanis tractata fuerant.*

7 *Famæne credi malis* Edd. ab Ascens. ad Gronov. *Famæne* quoque Kreyssig.—8 *Quisquis terra quisquis* Edd. ab Ald. ad Drak. Vocabulo *esse* notam interrogationis subjicit Kreyssigius et parenthesin tollit, semicolon post *ostendat* interponens.—9 Conj. Rupert. *tuæ*.—10 Post *tradas* interrogationis notam ponit Drak.—11 *Interfecerunt* Gronov. Doujat. Crevier.—12 *Diripuere* eæd.—13 '*Exequentibus sciscitando mercenariis.* Vox ultima in Putean. Pet. utroque, Men. Voss. non reperitur, et commode intelligitur ex præcedentibus.' *J. F. Gronov.*—14 Al. *transfugarum.*

NOTÆ

[d] *Famæ ne credi velis*] Vulgo quidem *ne credi malis;* sed scripti omnes habent *credi velis;* igitur illud *quam*, quod sequitur, positum pro magis quam, id est, noli id velle, ut potius famæ olim credatur quanta fuerit urbs Syracusana a te capta, quam eandem superesse a posteris spectandam: id est, noli delere Syracusas, sed eas serva.

† *Quam* [*an*] *posteris*] Sic J. F. Gronovius, recte, pro *quam*. Parenthesin etiam ex ejus sententia collocavimus. Aliud nihil mutavimus. *J. Clericus.*

[e] *Inter ipsos*] Obsessos.

30. In tempore legati a Marcello redierunt, falsa eos suspicione incitatos memorantes, nec causam expetendæ pœnæ eorum ullam Romanis esse. Erat ex tribus Achradinæ præfectis Hispanus, Mericus nomine. Ad eum inter comites legatorum de industria unus ex Hispanorum auxiliaribus est missus; qui, sine arbitris Mericum nanctus, primum, quo in statu reliquisset Hispaniam, (et nuper inde venerat,) exponit. 'Omnia Romanis ibi obtineri armis. Posse eum, si operæ pretium faciat, principem popularium esse; seu militare cum Romanis, seu in patriam reverti libeat. Contra, si malle obsideri pergat, quam spem[15] esse terra marique clauso?' Motus his Mericus, cum legatos ad Marcellum mitti placuisset, fratrem inter eos mittit; qui, per eundem illum Hispanum secretus[16] ab aliis[f] ad Marcellum deductus, cum fidem accepisset, composuissetque agendæ rei ordinem, Achradinam redit. Tum Mericus, ut ab suspicione proditionis averteret omnium animos, negat 'sibi placere, legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum quenquam, neque mittendum; et, quo intentius custodiæ serventur, opportuna[17] [g] dividenda præfectis esse, ut suæ quisque partis tutandæ reus sit.'[h] Omnes assensi sunt partibus dividundis: ipsi regio evenit ab Arethusa fonte usque ad ostium magni portus.[i]

15 *Sedem* Edd. a Sigon. ad Gronov.—16 Mss. pæne omnes *secretum:* unde Gronovius legendum putabat, *in secretum*, probante Crev. et Drak. 'Gronovii conjecturæ, *in secretum*, repugnant adjectæ voculæ, *ab aliis.*' Doering.—17 'Vocem *loca*, quam Edd. addunt, delevi, quia abest a Mss.'

NOTÆ

[f] *Secretus ab aliis*] Scripti, *qui per eundem illum Hispanum secretum ab aliis ad Marcellum deductus.* Utrum malis parum interest, sive seorsim ab aliis, et secretus Merici frater ad Marcellum deductus sit ab Hispano illo mediatore; sive hic ipse mediator, cum in comitatu legatorum esset, sese ab aliis secreverit, præmonitoque Marcello, Merici fratrem ad eum deduxerit: unde nihil apparet cur mutandum quicquam videatur.

[g] *Opportuna* [*loca*] In manuscriptis desideratur τὸ *loca;* subaudiri tamen debet, ut cum dicimus, plana urbis; *opportuna* autem dici videntur respectu hostium, quæ ipsorum conatibus magis exposita.

[h] *Ut suæ quisque partis tutandæ reus sit*] *Reum* dicit pro eo qui teneatur locum sibi creditum tueri. Gall. *afin que chacun réponde de l'endroit qu'on lui aura donné en garde.*

[i] *Ad ostium magni portus*] Inter

Id ut scirent Romani, fecit. Itaque Marcellus nocte navem onerariam cum armatis remulco quadriremis[k] trahi ad Achradinam jussit, exponitque[18] milites regione portæ, quæ prope fontem Arethusam est. Hoc cum quarta vigilia factum esset, expositosque milites porta, ut convenerat, recepisset Mericus; luce prima Marcellus omnibus copiis mœnia Achradinæ aggreditur, ita ut non eos solum, qui Achradinam tenebant, in se converteret, sed ab Naso etiam agmina armatorum concurrerent, relictis stationibus suis, ad vim et impetum Romanorum arcendum. In hoc tumultu actuariæ naves,[l] instructæ jam ante circumvectæque, ad Nasum armatos exponunt, qui improviso adorti semiplenas stationes et adapertas fores portæ, qua paulo ante excurrerant armati, haud magno certamine Nasum cepere, desertam trepidatione et fuga custodum: neque ullis minus præsidii aut pertinaciæ ad manendum, quam transfugis, fuit, quia,[19] ne suis quidem satis credentes se, medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nasum didicit, et Achradinæ regionem unam teneri,[m] Mericumque cum præsidio suis adjunctum, receptui cecinit; ne regiæ opes, quarum fama major, quam res, erat, diriperentur.

31. Suppresso impetu militum, et iis, qui in Achradina erant, transfugis spatium locusque fugæ datus est; et Syracusani, tandem liberi metu, portis Achradinæ aper-

Rupert.—18 Ita Edd. ab Froben. ad Jac. Gronov. *Exponique* Drak. Stroth. et Kreyssig.—19 Conj. Rupert. *qui.*

NOTÆ

duos portus posita fuit ea pars Syracusarum quam Insulam vocabant: Magnus portus a Naso ad Plemmyrium promontorium ac vicum protendebatur: minor inter Nason et Achradinam interjacebat.

[k] *Remulco quadriremis*] Onerariæ naves minus remis quam vento aguntur: unde hanc onerariam opus fuit remulco trahi, id est, remigio triremis, cui ea alligata: Gallice dicimus, *remorquer.*

[l] *Actuariæ naves*] Dicuntur *actuariæ naves*, quia leviores atque agiliores facile circumaguntur.

[m] *Teneri*] Adhuc retineri a Syracusanis.

tis, oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud, quam incolumitatem sibi liberisque suis. Marcellus, consilio advocato, et adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo intra præsidia Romana erant, respondit: 'non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracusas tenuerint, erga populum Romanum esse. Sed pleraque eorum, quo [20] debuerint, recidisse; [l] fœderumque ruptorum ipsos ab se graviores multo, quam populus Romanus voluerit, pœnas exegisse. Se quidem tertium annum circumsedere Syracusas: non ut populus Romanus servam civitatem [1] haberet, sed ne transfugarum duces captam et oppressam tenerent. Quid potuerint Syracusani facere, exemplo vel eos Syracusanorum esse, qui intra [2] præsidia Romana fuerint, vel Hispanum ducem Mericum, qui præsidium tradiderit, vel ipsorum Syracusanorum postremo, serum quidem, sed forte consilium. Omnium sibi laborum periculorumque, circa mœnia Syracusana terra marique tam diu exhaustorum, nequaquam tantum fructum esse,[3] [n] quam capere Syracusas potuisse.'

[l] *Sed maleficia illa magna ex parte redundasse ac recidisse in quos æquum erat, id est, in capita auctorum.*

20 Conj. Rupert. *in quos.*—1 *Nonne populus Romanus reservatam civ.* Edd. ante Sigon.—2 Al. *inter.*—3 '*Omnium sibi laborum periculorumque... nequaquam tantum fructum esse*, ex iis sibi aut ad se redire, *quam* quantum *capere Syracusas*, Syracusanos ipsos, *potuisse*, si scil. in tempore sibi consuluissent fecissentque, *quod potuissent facere;* cf. verba præc. Eodem sensu verba hæc cepere Ruben. Gron. Drak. Doer. qui tamen ita *fructum sese* (sc. *capere* aut *capere potuisse*) pro *fructum esse* legendum putarunt; quod necesse non est, tuoniam jungenda sunt *sibi fructum esse.* Malim: *quam capere Syracusæ pocuissent*, quod lectione optimorum Mss. *potuisset* firmatur: *quam si parcere*

NOTÆ

[n] *Nequaquam tantum fructum esse*] Subjicit codex Colbert. *quod capere Syracusas potuisset.* Manuscripti alii habent, *quam capere Syracusas potuisset*, cum vulgo legatur, *quam capere Syracusas potuisse.* Hoc postremum sic accipit Ruben. ut Marcellus profiteatur nequaquam ex omnibus laboribus et periculis sibi tantum fructum contingere, quantum fructum Syracusæ ipsæ, aut Syracusani capere potuissent; siquidem in tempore sibi ipsi consuluissent. Quid si conjunctis particulis *quam* et *quod*, quas scripti separatim habent, legamus, *quam quod Syracusas capere potuisset?* ut ostendat Marcellus utilitatem et opes, quas post tot labores ex Syracusarum di-

Inde quæstor cum præsidio ad Nasum ad accipiendam pecuniam regiam custodiendamque missus. Urbs diripienda militi data est, custodibus divisis per domos eorum, qui intra præsidia Romana fuerant. Cum multa iræ, multa avaritiæ,[4] fœda exempla ederentur, Archimeden, memoriæ proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat,[5] intentum formis,[o] quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite, quis esset, interfectum: ægre id Marcellum tulisse, sepulturæque curam habitam; et propinquis etiam[p] inquisitis honori præsidioque nomen ac memoriam ejus fuisse. Hoc maxime modo Syracusæ captæ: in quibus prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus æquis certabatur. Paucis ante diebus, quam Syracusæ caperentur, T. Otacilius cum quinqueremibus octoginta Uticam ab Lilybæo transmisit, et, cum ante lucem portum intrasset, onerarias frumento onustas cepit; egressusque in terram, depopulatus est aliquantum agri circa Uticam, prædamque omnis generis retro ad naves egit. Lilybæum tertio die, quam inde profectus erat, cum centum triginta onerariis navibus frumento prædaque onustis rediit; idque frumentum extemplo Syracusas misit. Quod ni tam in tempore subvenisset, victoribus victisque pariter perniciosa fames instabat.

32. Eadem æstate in Hispania, cum biennio ferme nihil admodum memorabile factum esset, consiliisque ma-

Syracusis potuisset conj. Gron.' *Rupert.* Vid. Not. Var.—4 Olim legebatur, *Cum multa iræ, multa invidiæ avaritiæque.*—5 Wakef. ad Lucret. II. 642. emend. *quantus captæ urbis . . . cieri poterat*, quia in pluribus Mss. legitur *captæ urbis.*

NOTÆ

reptione sperare posset, sibi aut reipublicæ Romanæ non perinde cordi esse, ac gloriam quam consecutus sit, quod potuerit tantam urbem capere.

[o] *Intentum formis*] Schemata, et figuras mathematicas formarum nomine intellige.

[p] *Et propinquis etiam*] Notat Grut. sacras et quasi inviolabiles esse inter bella literas et literarum amantes. Facit exemplum Alexandri, Pindari domo et propinquis in Thebarum direptione servatis.

gis, quam armis, bellum gereretur, Romani imperatores egressi hybernis copias conjunxerunt. Ibi consilium advocatum, omniumque in unum congruerunt sententiæ: quando ad id locorum id modo actum esset, ut Hasdrubalem tendentem in Italiam retinerent, tempus esse id jam agi, ut bellum in Hispania finiretur: et satis ad id virium credebant accessisse, viginti[6] millia Celtiberorum[q] ea hyeme ad arma excitata. Tres exercitus erant.[r] Hasdrubal Gisgonis filius, et Mago, conjunctis castris, quinque ferme dierum iter ab Romanis aberant. Propior erat Hamilcaris filius Hasdrubal, vetus in Hispania imperator. Ad urbem nomine Anitorgin[7][s] exercitum habebat. Eum volebant prius opprimi duces Romani: et spes erat satis superque ad id virium esse. Illa restabat cura, ne, fuso eo perculsi, alter Hasdrubal et Mago, in avios saltus montesque recipientes sese, bellum extraherent. Optimum igitur rati, divisis bifariam copiis, totius simul Hispaniæ amplecti bellum, ita inter se diviserunt,[8] ut P. Cornelius duas partes exercitus Romanorum sociorumque adversus Magonem duceret atque Hasdrubalem; Cn. Cornelius cum tertia parte veteris exercitus, Celtiberis adjunctis, cum Hasdrubale Barcino bellum gereret. Una profecti ambo duces exercitusque, Celtiberis

6 *Triginta* Edd. ante Drak.—7 Conj. Rupert. *Conistorgin.*—8 'An et hic legendum: *ita inter se jusserunt, Fabio exercitum tradi, &c.*' J. F. Gronov. 'Agnoscis hanc notam hiare et defectam esse: ascripsitque pater: 'Aliqua sunt omissa.' Nos verba ejus præstare rediviva non possumus. Locus, ubi Fabii mentio fit, est ex lib. XXIII. 32. quem ascripsit margini exemplaris, quo ut plurimum utebatur, præmisso 'an *jusserunt?*' Inde mens ejus facile penetrari potest.' *Jac. Gronov.*

NOTÆ

[q] *Viginti* [*triginta*] *millia Celtiberorum*] Plures habent *viginti millia*... et *excitati.* Quidam etiam *excitatum:* unde putat Gronovius scribendum esse *excitorum.*

[r] *Tres exercitus erant*] Pœnorum nimirum, quemadmodum tres duces, Hasdrubal, Mago, Hamilcar, quorum trina castra distinguuntur, lib. XXIII. extremo.

[s] *Urbem nomine Anitorgin*] Hoc nomine oppidum Hispaniæ nullum occurrit apud Geographos. Suspicor oppidum fuisse ad Anam fluvium, et ab eo situ sic dictum. Certe amnem exercitus dirimentem memorat statim Livius. Fuit forte *Villa harta*, vel supra Consaburum, ubi nunc *Villa Roblido*, aut non procul.

prægredientibus, ad urbem Anitorgin in conspectu hostium, dirimente amni, ponunt castra. Ibi Cn. Scipio, cum quibus ante dictum est copiis, substitit, et P. Scipio profectus ad destinatam belli partem.

33. Hasdrubal postquam animadvertit, exiguum Romanum exercitum in castris, et spem omnem in Celtiberorum auxiliis esse; peritus omnis barbaricæ et præcipue omnium[9] earum gentium, in quibus per tot annos militabat, perfidiæ, facili linguæ commercio,[10] cum utraque castra plena Hispanorum essent, per occulta colloquia paciscitur magna mercede cum Celtiberorum principibus, ut copias inde abducant. Nec atrox visum facinus. Non enim, ut in Romanos verterent arma, agebatur; et merces, quanta vel pro bello satis esset, dabatur, ne bellum gererent; et cum quies ipsa, tum reditus domum fructusque videndi suos suaque, grata vulgo erant. Itaque non ducibus facilius, quam multitudini, persuasum est: simul ne metus quidem ab Romanis erat, quippe tam paucis, si vi retinerent.[11] [t] Id quidem cavendum semper Romanis ducibus erit, exemplaque hæc vere pro documentis habenda, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. Signis repente sublatis, Celtiberi abeunt, nihil aliud quærentibus causam, obtestantibusque ut manerent, Romanis respondentes, quam domestico se avocari bello. Scipio, postquam socii nec precibus, nec vi retineri poterant, nec se aut parem sine illis hosti esse, aut fratri rursus conjungi vidit posse, nec ullum aliud salutare consilium in promtu esse, retro, quantum posset, cedere statuit; in id omni cura

9 ' Non est Livii *τὸ omnium.*' J. F. Gronov.—10 ' Nec in Put. nec in ullo antiquiorum paulo codicum inveni *commercio.* Cogitandum.' *J. F. Gronov.*— 11 In Mss. *sibi retinerent:* in Edd. ante Gronov. *sibi ne timerent* et *se ne retinerent.*

NOTÆ

[t] *Si vi retinerent*] A Gronovio est conjectura ex Mss. ubi, *sibi retinerent.* Sensus est, si conarentur Romani eos per vim in castris suis retinere. Vulgo *se ne retinerent*, id est, non metuebant Celtiberi, ne Romani, qui tam pauci erant, eos retinerent: quod non omnino spernendum.

intentus, necubi hosti æquo se committeret loco; qui, transgressus flumen, prope vestigiis abeuntium insistebat.

34. Per eosdem dies P. Scipionem par terror, periculum majus ab novo hoste, urgebat. Masinissa erat juvenis, eo tempore socius [12] Carthaginiensium, quem deinde clarum potentemque Romana fecit amicitia. Is tum cum equitatu Numidarum et advenienti P. Scipioni occurrit, et deinde assidue dies noctesque infestus aderat, ut non vagos tantum, procul a castris lignatum pabulatumque progressos, exciperet, sed ipsis obequitaret castris, invectusque in medias sæpe stationes omnia ingenti tumultu turbaret. Noctibus quoque sæpe incursu repentino in portis valloque trepidatum est; nec aut locus, aut tempus ullum vacuum a metu ac solicitudine erat Romanis: compulsisque intra vallum, ademto rerum omnium usu, cum prope justa obsidio esset, futuramque arctiorem eam appareret, si se Indibilis, quem cum septem millibus et quingentis Suessetanorum [u] adventare fama erat, Pœnis conjunxisset; dux cautus et providens [13] Scipio, victus necessitatibus, temerarium capit consilium, ut nocte Indibili obviam iret, et, quocum-

12 *Juvenis, qui eo tempore erat socius* Edd. ante Gronov.—13 Al. *prudens.*

NOTÆ

[u] *Cum septem millibus et quingentis Suessetanorum*] Nulli quod sciam in Hispania *Suessetani.* Nec Floriano aut Marianæ assentior, ex *Suestasio,* Caristorum apud Ptolemæum oppido, Suessetanos vel Suessitanos derivantibus. Nam ex *Suestasio,* Suestasienses aut Suestasitani dicendi essent. Nec plures populi in exigua Caristorum gente ponendi: et hic tractus longius a belli sede versus Aquilonem. *Sedetanos* hic pro *Suessetanis* legerem, quod Indibilis Lacetanorum rex, qui intercurrente ferme Ibero Sedetanis proximi, ut hi Celtiberis, quorum hic mentio. Verum lib. XXVIII. cap. 24. Suessitanorum et Sedetanorum, tanquam diversorum populorum, agri memorantur. Esset forte qui ibi non *agrum Suessitanum Sedetanumque,* sed *Sedetanum Edetanumque* scribi debere, non absurde conjiceret. Nam et *Sexi* et *Hexi* ejusdem Hispanici oppidi nomina sunt, a quo Exitani. Facilius tamen hoc loco res conciliabitur, si pro *Suessetanorum,* legamus *Vescitanorum,* id est, Oscensium. Osca enim Ilergetum, (quæ ingens natio,) caput Vescitaniæ Plinio est, triplo fere propior Lacetanorum finibus, quam *Suestasium:* quod in Alabansi Cantabrorum seu Basculorum tractu, circa vicum *la Venta Cibay.*

que occurrisset [14] loco, prælium consereret. Relicto igitur modico præsidio in castris, præpositoque T. Fonteio legato, media nocte profectus, cum obviis hostibus [x] manus [15] conseruit. Agmina magis, quam acies, pugnabant: [m] superior tamen, ut in tumultuaria pugna, Romanus erat. Ceterum et equites Numidæ repente, quos fefellisse se dux ratus erat, ab lateribus circumfusi, magnum terrorem intulere. Contracto adversus Numidas certamine novo, tertius insuper advenit hostis, duces Pœni, assecuti ab tergo jam pugnantes; ancepsque prælium Romanos circumsteterat, incertos in quem potissimum hostem, quamve in partem conferti eruptionem facerent. Pugnanti hortantique imperatori, et offerenti se, ubi plurimus labor erat, latus dextrum lancea trajicitur: cuneusque is hostium, qui in confertos circa ducem impetum fecerat, ut exanimem labentem [16] ex equo Scipionem vidit, alacres gaudio cum clamore per totam aciem nuntiantes discurrunt, imperatorem Romanum cecidisse. Hæc pervagata passim vox, ut et hostes haud dubie pro victoribus, et Romani pro victis essent, fecit. Fuga confestim ex acie, duce amisso, fieri cœpta est. Ceterum ut ad erumpendum inter Numidas leviumque armorum alia auxilia [17] [y] haud difficilis erat; [z] ita effugere tantum equitum,

[m] *Pugnabatur non instructa acie, sed quasi velitationibus sparsim ac manipulatim initis.*

—14 Al. *occurrissent.*—15 Vet. lib. ap. Sigon. *manum.*—16 Al. *labentemque.*—17 ' *Numidas aliaque levium armatorum aux.* Edd. ante Gronov. *Numidas leviumque armorum auxilia* Gronov. mox vocabulum *res*, quod in nonnullis ex optimis Mss. desideratur, delevit Crevier.' *Stroth.*

NOTÆ

[x] *Cum obviis hostibus*] Cum copiis ab Indibili adductis in auxilium Pœnorum.

[y] *Leviumque armorum alia auxilia* [*aliaque levium armatorum auxilia*] Vulgo ita legitur, nec deest auctoritas calamo exaratorum. Dicuntur quidem plerumque aut *leviter armati*, aut *leves*, pro velitibus: sed quidni et *leves armati*, ut ostendatur hos velites armis ultra morem instructos fuisse? Colb. unus habet *inter Numidas, leviumque armorum alia auxilia.*

[z] *Haud difficilis* [*res*] *erat*] Sed nomen *res* in Mss. nullibi extat: nec est quod desideretur, cum adjectivum *difficilis* referri facile possit ad nomen *fuga*, quod in superiori periodo est. Duo, quos nunc habeo, ignorant τὸ *ut*; et pro *difficilis res*, habent *difficile.*

æquantiumque equos velocitate peditum,[a] vix poterant; cæsique prope plures in fuga, quam in pugna, sunt. Nec superfuisset quisquam, ni præcipiti jam ad vesperum die nox intervenisset.

35. Haud segniter inde duces Pœni fortuna usi, confestim e prælio, vix necessaria quiete data militibus, ad Hasdrubalem Hamilcaris citatum agmen rapiunt; non dubia spe, cum conjunxissent,[18 b] debellari posse. Quo ubi est ventum, inter exercitus ducesque, victoria recenti lætos, gratulatio ingens facta, imperatore tanto cum omni exercitu deleto, et alteram pro haud dubia parem victoriam expectantes. Ad Romanos nondum quidem fama tantæ cladis pervenerat, sed mœstum quoddam silentium erat et tacita divinatio; qualis jam præsagientibus animis imminentis mali[c] esse solet. Imperator ipse, præterquam quod ab sociis se desertum, hostium tantum auctas copias sentiebat, conjectura etiam et ratione ad suspicionem acceptæ cladis, quam ad ullam bonam spem, pronior erat. 'Quonam modo enim Hasdrubalem ac Magonem, nisi defunctos suo bello,[19 d] sine certamine adducere exercitum potuisse? Quomodo autem non obstitisse, aut ab tergo secutum[20] fra-

18 '*Cum conjunxissent*, sc. se, e plurimis Mss. recepi. Vox *copias*, quam Edd. ante Gron. post *cum* addunt, ab omnibus fere Mss. abest, et τὸ *cum* a quibusdam tantum, sed optimis. Hinc *cum juncti essent* e conj. edidere Gron. Drak. Ern. Similiter mox inter *sed mœstum* Edd. ante Gron. inseruere *tamen*, ut sæpe alia.' *Rupert.*—19 *Defuncto suo fratre bello* Edd. ante Sigon. *Defuncto fratre suo bello* rell. Edd. Vid. Not. Var.—20 *Ab tergo non sec.* Edd.

NOTÆ

[a] *Æquantiumque equos velocitate peditum*] Numidarum: qui pedibus etiam equites sequi assueti.

[b] *Cum conjunxissent* [*juncti essent*] Vulgo *cum junxissent*. Sed vox *copias* abest a scriptis melioribus. Sunt qui et particulam *cum* ignorent. Itaque legendum, vel *cum conjunxissent;* vel *cum junxissent* Hasdrubali se, aut Hasdrubalem sibi. Gronov. legit, *cum juncti essent;* recte ad sensum: sed ex quo codice hauserit, non indicat.

[c] *Imminentis mali*] Refert ad tacitam divinationem, non ad verbum *præsagientibus*.

[d] *Nisi defunctos suo bello*] *Suum* dicit, id est, Hasdrubalis et Magonis proprium, et ipsis seorsim incumbens. Antea legebatur, *nisi defuncto fratre suo bello:* quod significare potest, nisi mortuo fratre in bello, quod sibi gerendum sumserat. Verum id minus eleganter diceretur. Reformavit Gronov. ex Put. et Pet. meliori.

trem? ut, si prohibere, quo minus in unum coirent et duces et exercitus hostium, non posset, ipse certe cum fratre conjungeret copias.' His anxius curis id modo esse salutare in præsens credebat, cedere inde, quantum posset: et inde[1] una nocte, ignaris hostibus et ob id quietis, aliquantum emensus est iter. Luce, ut senserunt[e] profectos hostes, præmissis Numidis, quam poterant maxime citato agmine sequi cœperunt: ante noctem assecuti Numidæ, nunc ab tergo, nunc in latera incursantes.[2] Consistere cœperunt, ac tutari agmen, quantum possent; tamen, tuto[3] ut simul pugnarent procederentque, Scipio hortabatur, prius quam pedestres copiæ assequerentur.

36. Ceterum nunc agendo nunc sustinendo[f] agmen cum aliquamdiu haud multum procederetur, et nox jam instaret, revocat e prœlio suos Scipio; et collectos in tumulum quendam, non quidem satis tutum, (præsertim agmini perculso,) editiorem tamen, quam cetera circa erant, subducit. Ibi primo, impedimentis et equitatu in medium receptis, circumdati pedites[n] haud difficulter impetus incursantium Numidarum arcebant: dein, postquam toto agmine tres imperatores cum tribus justis exercitibus aderant, apparebatque, parum armis ad tuendum locum sine munimento valituros esse;[g] circumspectare atque agitare[4] dux cœpit, si quo modo posset vallum circum injicere.[5] Sed erat adeo nudus tumulus et asperi soli, ut nec virgulta vallo cædendo, nec terra cespiti faciendo aut ducendæ fossæ aliive ulli operi apta inveniri posset: nec natura quicquam[6] satis

[n] *Collocati circum impedimenta et equites.*

ante Gron.—1 'Alterum *inde* tuetur Doering. quod spurium aliis visum. Me et τὸ *inde* et τὸ *una* offendit, malimque *et ingruente* vel *illuni* seu *illuna nocte*.' Rupert.—2 Al. *concursantes*.—3 Vox *tuto* suspecta erat Strothio.
4 *Cogitare* Edd. a Sigon. ad Gronov.—5 Conj. Periz. *circumjicere*.—6 *Nec*

NOTÆ

[e] *Ut senserunt*] Hasdrubal et Mago.
[f] *Nunc agendo nunc sustinendo*] Gallice, *tantôt faisant avancer ses troupes, et tantôt leur faisant faire halte, et se battant en retraite.*
[g] *Valituros esse*] Romanos.

arduum[h] aut abscissum[7] erat, quod hosti aditum ascensumve difficilem præberet; omnia fastigio leni subvexa.[8] Ut tamen aliquam imaginem valli objicerent, clitellas illigatas oneribus, velut struentes[i] ad altitudinem solitam, circumdabant; cumulo sarcinarum omnis generis objecto, ubi ad moliendum clitellæ defuerant. Punici exercitus postquam advenere, in tumulum quidem perfacile agmen erexere; munitionis vero facies nova primo eos velut miraculo quodam tenuit, cum duces undique vociferarentur, 'Quid starent? et non ludibrium illud, vix fœminis puerisve morandis satis validum, distraherent diriperentque? Captum hostem teneri, latentem post sarcinas.' Hæc contemtim duces increpabant. Ceterum, neque transilire, neque moliri onera objecta, nec cædere stipatas clitellas ipsisque obrutas sarcinis, facile erat. Tardatis diu cum amolita[9] objecta onera[k] armatis dedissent viam, pluribusque idem partibus fieret, capta jam undique castra erant: pauci ab multis, perculsique a victoribus, passim cædebantur. Magna pars tamen militum, cum in propinquas refugisset sylvas, in castra P. Scipionis, quibus T. Fonteius legatus præerat, perfugerunt. Cn. Scipionem alii in tumulo primo impetu hostium cæsum tradunt: alii cum paucis in propinquam castris turrim perfugisse: hanc igni circumdatam: atque ita exustis foribus, quas nulla moliri potuerunt vi, captam; omnesque intus cum ipso imperatore occisos.

ferme quicquam Edd. ante Gronov.—7 Al. *abscisum.*—8 In nonnullis libb. Mss. *subnixa,* vel *subnexa,* pro *subvexa* apparet.—9 '*Amoliti* optimi Mss. et quæ-

NOTÆ

[h] *Nec natura quicquam satis arduum*] Sic optime Gron. ex uno Pet. Ceteri scripti, *nec futura quicquam satis arduum.*

[i] *Velut struentes*] Supple *vallum,* cujus paulo ante meminit: quodque clitellis jumentorum et sarcinis imitari conabantur Romani.

[k] *Cum amolita objecta onera*] In scriptis fere, *amoliti objecta onera,* duces, an milites parum interest. Sed et passiva significatione aliquando accipitur verbum *amoliri,* aut certe participia ex eo derivata, ut apud Quintil. lib. III. cap. 13. 'Videndum etiam, an simul plura aggredienda, an amolienda singula.'

Anno octavo,[10] postquam in Hispaniam venerat, Cn. Scipio, undetrigesimo die post fratris mortem, est interfectus. Luctus ex morte eorum non Romæ major, quam per totam Hispaniam, fuit. Quin [11] apud cives partem doloris et exercitus amissi, et alienata provincia, et publica trahebat clades. Hispaniæ ipsos lugebant desiderabantque duces: Cnæum tamen magis, quo [12] diutius præfuerat iis, priorque et favorem occupaverat, et specimen justitiæ temperantiæque Romanæ primus dederat.[13]

37. Cum deletus exercitus amissæque Hispaniæ viderentur, vir unus res perditas restituit.[14] Erat in exercitu L. Marcius Septimi filius, eques Romanus, impiger juvenis, animique et ingenii aliquanto, quam pro fortuna, in qua erat natus, majoris. Ad summam indolem accesserat Cn. Scipionis disciplina: sub qua per tot annos omnes militiæ artes edoctus fuerat. Hic, et ex fuga collectis militibus, et quibusdam de præsidiis deductis, haud contemnendum exercitum fecerat, junxeratque cum T. Fonteio P. Scipionis legato. Sed tantum præstitit eques Romanus auctoritate inter milites atque honore, ut, castris citra Iberum communitis, cum ducem exercituum comitiis militaribus creari placuisset, subeuntes alii aliis in custodiam valli stationesque, donec per omnes suffragium iret, ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis castris convehendisque commeatibus consumtum; et omnia imperia milites, cum impigre, tum haudquaquam abjecto animo, exequebantur. Ceterum postquam Hasdrubalem Gisgonis, venientem ad reliquias belli delendas, transisse Iberum et appropinquare allatum est, signumque pugnæ propositum ab novo duce milites viderunt; recordati, quos paulo ante imperatores habuissent, quibusque et ducibus et copiis freti prodire ad

dam edd.' *Rupert.*—10 ' Al. *septimo;* rectius opinor. Cf. XXI. 32. Hinc et cap. 38. Sigon. legit, *invictos per VII. annos.*' Rupert.—11 *Quin* delendum, vel pro eo *Cum* rescribendum esse Dukerus judicat.—12 *Quod* Edd. ante Gronov.—13 ' Put. *diderat:* quasi vellet *ediderat.*' J. F. Gronov.

14 ' Vet. lib. *vir unus has restituit*, ut ad Hispanias referatur.' *Sigon.*—

pugnam[15][1] soliti essent, flere omnes repente et offensare capita; et alii manus ad cœlum tendere, Deos incusantes; alii, strati humi, suum quisque nominatim ducem implorare: neque sedari lamentatio poterat, excitantibus centurionibus manipulares, et ipso mulcente[16] et increpante Marcio,[m] 'quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus potius, quam ad tutandos semet ipsos et rem publicam secum acuerent animos? et ne inultos imperatores suos jacere sinerent:' cum subito clamor tubarumque sonus (jam enim prope vallum hostes erant) exauditur. Inde, verso repente in iram luctu, discurrere[17] ad arma, ac, velut accensi rabie, discurrunt ad portas,[n] et in hostem, negligenter atque incomposite venientem, incurrunt. Extemplo improvisa res pavorem incutit Pœnis; mirabundique,[18] unde tot hostes tam subito exorti prope deleto exercitu forent, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, quis imperator duobus Scipionibus cæsis extitisset, quis castris præesset, quis signum dedisset pugnæ; ad

15 'Sic Aldina et Gallici, quantum memini, præter Put. At vero tres Pall. Andreasque et ejus sequaces, *prodire in campum ad pugnam.* Put. *prodire in pœnam.* Posses conjicere, *in Pœnum.*' J. F. Gronov.—16 *Mulcente* et *mulctante* Mss. *minitante* Edd. ante Gronov.—17 *Discurrere* abest a Ms. Gud. recte, judice Jac. Gronov. mox *concurrunt ad portas* malit J. F. Gronov.—18 'Copula postulat suppleri *requirebant* vel simile verbum; nisi leg. *mirabundis;* Duk. *mirabundique* jungi potest cum seqq. *referunt pedem.* Sed et ipse malim legere *mirabundis*, et post verba *dedisset pugnæ* στιγμὴν τελείαν ponere.'

NOTÆ

[l] *Prodire ad pugnam*] Put. *prodire in pœnam:* unde non insubtiliter Gronovius, *prodire in Pœnum.*

[m] *Ipso mulcente et increpante Marcio*] Vulgo *et ipso minitante.* Sed non id minarum tempus, optime Gronov. observat. Alii manuscripti, *mulctante;* alii *mulcente*, aut etiam *mulcante;* ex quo Gronovio placet fieri *inculcante*, id est, frequenter admonente: illud tamen melius, quod et Sigonius probant et Rubenius. Sic Virg. I. Æn. 'et dictis mœrentia pectora mulcet:' atque in eandem sententiam Justinus lib. XII. 'ille nunc castigare milites, nunc lenibus verbis monere.' Sic itaque partim milites mulcebat, partim increpabat Marcius.

[n] *Discurrunt ad portas*] Displicet Gronovio *discurrendi* verbum e proximo repetitum: suspicatur legendum *concurrunt ad portas*, nempe castrorum. Sed Noster vocabuli ejusdem iterationes non ita anxie vitat, ut vel mox 'receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa:' et statim 'in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis.'

hæc tot tam necopinata,[19] primo omnium incerti stupentesque referunt pedem; dein, valida impressione pulsi, terga vertunt. Et aut fugientium cædes fœda fuisset, aut temerarius[20] periculosusque sequentium impetus, ni Marcius propere receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa, quosdam et ipse retinens, concitatam repressisset aciem. Inde in castra avidos adhuc cædisque et sanguinis reduxit. Carthaginienses, trepide primo ab hostium vallo acti, postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati, contemtim rursus et sedato gradu in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis fuit. Nam, etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercituum ante paucos dies deletorum succurrebat.[o] Ob hoc cum omnia neglecta apud hostes essent, exploratis iis, Marcius ad consilium, prima specie temerarium magis, quam audax, animum adjecit, ut ultro castra hostium oppugnaret: facilius[1] esse ratus, unius Hasdrubalis expugnari castra, quam, si se rursus tres exercitus ac tres duces junxissent, sua defendi: simul aut, si successisset cœptis, recepturum[2] se afflictas res; aut, si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma, contemtum sui demturum.

38. Ne tamen subita res et nocturnus terror[3] etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret,[o] alloquendos adhortandosque sibi milites ratus, concione advocata ita disseruit: 'Vel mea erga imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel præsens omnium nostrum, milites, fortuna fidem

[o] *Animo occurrebat, veniebat in mentem.*

Rupert.—19 Al. *jam necopinata.*—20 Put. Petaviani, Men. duo Pall. Voss. *aut temerabilis.*—1 *Simul facilius* Edd. ab Ascens. ad Drak.—2 'Forte leg. *erecturum* cum Periz. aut potius *refecturum* cum Duk. et Drak.' *Rupert. Refecturum* probat etiam Stroth.

NOTÆ

[o] *Et nocturnus terror etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret*] Ita veteres, et in his Reg. et Colb. ut sit, ne et subita res, et terror etiam nocturnus, perturbaret consilium præsenti fortunæ parum conveniens; vel turbaret consilium, quod etiam ipsum per se non erat fortunæ præsentis. Vul. *et terror, etiamnum suæ fortunæ.*

cuivis facere potest, mihi hoc imperium, ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac solicitum esse. Quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupefaceret, vix ita compos mei essem, ut aliqua solatia invenire ægro animo possem; cogor vestram omnium vicem (quod difficillimum in luctu est) unus consulere: [p] [4] et ne tum quidem, ubi, quonam modo has reliquias duorum exercituum patriæ conservare possim, cogitandum est, avertere animum ab assiduo mœrore libet.[5] [p] Præsto est enim acerba memoria, et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant et excitant sæpe somno; neu se, neu invictos per octo annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rem publicam patiar inultam, et suam disciplinam suaque instituta sequi jubent; et, ut imperiis[6] vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere. Vos quoque velim, milites, non lamentis lacrymisque tanquam extinctos prosequi, (vivunt vigentque[7] fama rerum gestarum,) sed, quotiescumque occurret memoria illorum, velut si adhortantes signumque dantes videatis eos, ita prælia inire. Nec alia profecto species, hesterno die oculis animisque vestris oblata, memorabile illud edidit prælium; quo documentum dedistis hostibus, non cum Scipionibus extinctum esse nomen Romanum, et, cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto sævitia fortunæ emersuram esse.[8] Nunc, quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet, quan-

[p] *Necesse est ut solus loco omnium vestrum prospiciam rebus nostris.*

3 Al. *nocturnus error.* Vid. Not. Var.—4 ' *Consolari* Edd. plurimi ante Gron. quod ex his quibus utor primum in Venet. 1501. invenio, sed puto jam ita editum fuisse in Venet. 1491. *consulere* h. l. absolute positum est, pro deliberare, consilium capere.' *Stroth.*—5 Malit J. F. Gronov. *licet*, probb. Doering. et Rupert.—6 Vid. Not. Var.—7 Al. *vivunt enim vigentque.*—8 ' *Emersurum* Tarvis. et all. vett. certe vulgata lectione nonnihil offendor, magisque Livianum videtur, addito pronomine: *eam ex omni p. sævitia f. emersuram esse.*

NOTÆ

[p] *Libet*] Suadent sequentia scribendum *licet*, ut Gronov. vult, quamvis repugnantibus libris.

tum audeatis duce vestro auctore. Non enim hesterno die, cum signum receptui dedi sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem, volui; ut postmodo præparati incautos, armati inermes, atque etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis. Nec hujus occasionis spem, milites, forte temere, sed ex re ipsa conceptam habeo. A vobis quoque profecto si quis quærat, quonam modo pauci a multis, victi a victoribus castra tutati sitis; nihil aliud respondeatis, quam id ipsum timentes vos omnia et operibus firmata habuisse, et ipsos paratos [q] instructosque fuisse. Et ita se res habet: ad id, quod, ne timeatur, fortuna facit, minime tuti sunt homines; [9] quia, quod neglexeris, incautum atque apertum habeas.[q] Nihil omnium nunc minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque oppugnati castra sua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non potest ausuros nos. Eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum [10] erit.[r] Tertia vigilia noctis silenti agmine ducam vos. Exploratum habeo, non vigiliarum ordinem, non stationes justas esse. Clamor in portis auditus et primus impetus castra ceperit. Tum inter torpidos somno paventesque ad necopinatum tumultum, et inermes in cubilibus suis oppressos, illa cædes edatur, a qua vos hesterno die revocatos ægre ferebatis. Scio, audax videri consilium: sed in rebus asperis et tenui spe fortissima [11] quæque consilia tutissima sunt; quia, si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox omissam quæras.[12] [s]

[q] *Mortales parum providi et sic parum securi sunt adversus ea quorum metum fortuna ipsorum præsens avertit: quoniam cavere ac tegere nemo solet, quod contemnit.*

Mox Edd. post principp. ad Drak. *qui* pro *quia.*' Stroth.—9 Vet. lib. ap. Sigon. *m. cauti s. h.*—10 Mss. optimi *facilius*, probb. J. F. Gronov. et Stroth.—11 *Et tenuibus fortissima* Edd. ante Grut.—12 *Amissam quæras* Gronov. Doujat.

NOTÆ

[q] *Et ipsos paratos*] Vos nempe ipsos.

[r] *Facillimum erit*] Alii *facilius*. *Delph. et Var. Clas.*

[s] *Omissam* [*amissam*] *quæras*] Ita forte melius ex Sigoniano et Puteano, quam ut vulgo *amissam queraris.*

Unus exercitus in propinquo est: duo haud procul absunt. Nunc aggredientibus spes aliqua est:[13] [t] et jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, et hesternæ eruptionis fama contemni[14] desierimus;[u] periculum est, ne omnes duces, omnes[15] copiæ conveniant. Tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces nostri, ita separati ac divisi opprimi possunt hostes. Alia belli gerendi via nulla est. Proinde nihil, præter noctis proximæ opportunitatem, expectemus. Ite, Deis bene juvantibus, corpora curate, ut integri vigentesque eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo vestra tutati estis.' Læti et audiere ab novo duce novum consilium, et, quo audacius erat, magis placebat. Reliquum diei expediendis armis et curatione corporum consumtum: et major pars noctis quieti data est. Quarta vigilia movere.

39. Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copiæ Pœnorum. Vallis cava intererat, condensa arboribus. In hujus sylvæ medio ferme spatio[16] [x] cohors Romana arte Punica abditur et equites. Ita medio itinere intercepto,[17] ceteræ copiæ silenti agmine ad

Crevier. Olim legebatur *amissam queraris.*—13 *Nunc aggredientibus par aliqua opportunitas est* Edd. ante Gronov.—14 *Contenti* Edd. ante Gronov.—15 *Omnesque* Edd. ante Crevier.

16 *Stadio* Edd. ante Gronov. et omnes fere Mss.—17 ' *Ita medio itinere*

NOTÆ

[t] *Aggredientibus spes aliqua*] Ita Gronov. ex Palat. calamo exarato: alii *per*, vel *par aliqua est*. Editi habent *par aliqua opportunitas est:* sed nomen *opportunitas*, nec habent scripti, et ex superioribus supplere licet.

[u] *Hesternæ eruptionis fama contemni desierimus*] Hæc melior lectio ex melioribus codicibus, quam quod vulgo in editis, *eruptionis fama contenti desierimus.* Quamvis enim *desinere* accipiatur aliquando pro, cessare: attamen aptior videtur sententia eruì ex illis verbis *contemni desierimus.* Vult enim ex contemtu ipsorum oriri hostium negligentiam: et si emanaverit fama egregie et feliciter navatæ operæ in eruptione, futurum ut, contemtu cessante, hostes rebus suis magis invigilent, omnesque copias conjungant.

[x] *Medio ferme spatio*] Plures libri, in his Regiorum unus, cum editis, *stadio.* Alii aliter. Sed quanquam vulgata illa lectio tolerari forte posset, indubia mihi fere videtur correctio Gronovii jubentis scribi, *medio ferme spatio.*

proximos hostes ductæ; et, cum statio nulla pro portis, neque in vallo custodiæ essent, velut in sua castra, nullo usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt, et tollitur clamor. Pars semisomnos[18] hostes cædunt: pars ignes casis, stramento[19] arido tectis,[y] injiciunt: pars portas occupant, ut fugam intercludant. Hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quicquam sinunt. Incidunt inermes inter catervas armatorum: alii ruunt ad portas, alii obseptis itineribus super vallum saliunt; et, ut quisque evaserat, protenus ad castra altera fugiunt: ubi ab cohorte et equitibus ex occulto procurrentibus[20] circumventi cæsique ad unum omnes sunt: quanquam, etiam si quis ex ea cæde effugisset, adeo raptim captis[1] propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut prævenire nuntius cladis non posset. Ibi vero, quo longius ab hoste aberant, et quia sub lucem pabulatum,[2] lignatum, et prædatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac soluta invenere: arma tantum in stationibus posita: milites inermes, aut humi sedentes accubantesque, aut obambulantes ante vallum portasque. Cum his tam securis solutisque Romani, calentes adhuc ab recenti pugna, ferocesque victoria, prælium ineunt. Itaque nequaquam resisti in portis potuit. Intra portas, concursu ex totis castris ad primum clamorem et tumultum[3] facto, atrox prælium oritur; diuque te-

intercepto, hostibus prærepto et intercluso, vel interrupto, impedito, ut IX. 43. XXIX. 9. ap. Curt. IV. 2. 9. nisi malis cum Oudend. ad Front. I. 5. 11. legere *intersepto*, ut VI. 9. VIII. 25. XXIV. 23. et aliis locis, quæ laudavit Duk.' *Rupert.*—18 Al. *semisopitos.*—19 *Pars ignis escas stramenta* Edd. ante Gronov. et plurimi Mss.—20 *Proruentibus* Edd. ante Gronov.—1 'Perplacet conjectura J. F. Gronovii, *raptim a captis.*' Doering.—2 '*Sub luce publica pabulatum* Edd. vett. ante Ascens. *sub luce pura pab.* rell. ante Ald. *sub lucum* Drak. operarum errore, quem Cl. Ernestius servavit, annotato *lucem*, pro varia Gron. et Crev. lectione.' *Stroth.*—3 *Ex tumultu* Edd. plerique ante Gronov.

NOTÆ

[y] *Pars ignes casis, stramento arido tectis*] Verisimilis hæc Lipsii emendatio ex Put. nihil tamen absurdi habet vulgaris lectio, *pars ignis escas stramenta arida tectis injiciunt*: vel, ut Reg. et Colb. *stramento arido.* Tecta enim per se casas sive tuguria militum satis designant, quæ nostris *huttes* vocantur: nec Latinis tritum admodum hac in re casarum nomen.

nuisset, ni cruenta scuta Romanorum visa, indicium alterius cladis Pœnis, atque inde pavorem injecissent. Hic terror in fugam avertit[4] omnes; effusique, qua iter est, nisi quos cædes oppressit, exuuntur castris. Ita nocte ac die[5] bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii. Ad triginta septem millia hostium cæsa, auctor est Claudius, qui annales Acilianos[z] ex Græco in Latinum sermonem vertit:[6] captos ad mille octingentos triginta: prædam ingentem partam. In ea fuisse clypeum argenteum pondo centum triginta octo,[a] cum imagine Barcini Hasdrubalis. Valerius Antias una castra Magonis capta tradit, septem millia cæsa hostium:[7] altero prælio, eruptione pugnatum cum Hasdrubale: decem millia occisa, quatuor millia trecentos triginta captos. Piso quinque millia hominum, cum Mago cedentes nostros effuse sequeretur, cæsa ex insidiis scribit. Apud omnes magnum nomen Marcii ducis est. Et veræ gloriæ ejus etiam miracula addunt: flammam ei concionanti fusam e capite,[b] sine ipsius sensu, cum magno pavore circumstantium militum. Monumentumque victoriæ ejus de Pœnis, usque ad incensum Capitolium, fuisse in templo clypeum, Marcium appellatum, cum imagine Hasdrubalis. Quietæ deinde aliquamdiu in Hispania res fuere, utrisque, post tantas acceptas in vicem illatasque clades, cunctantibus periculum summæ rerum facere.

40. Dum hæc in Hispania geruntur, Marcellus captis

—4 Al. *Hinc* et *vertit*.—5 *Ita nocte et die*. Vet. lib. *Atque ita nocte et die*. Sigon.—6 Vet. lib. apud eundem, *ex Græco sermone vertit*.—7 Vet. lib. apud eund. *septem millia ferme cæsa hostium*.

NOTÆ

[z] *Annales Acilianos*] Q. Claudius Quadrigarius, cujus nunc 'Annales' nunc 'Historiæ,' nunc 'Romanorum libri' citantur a Gellio, aliisque Veterum; an idem sit qui annales Caii Acilii, Plutarcho etiam memoratos in Romulo, Latine transtulit, an vero ab eo diversus, ambigitur.

[a] *Pondo centum triginta octo*] Qui scilicet libras 138. Romanas pendebat, argenti ejus pretium nunc esset librar. Francicarum ferme 4968.

[b] *Flammam ei concionanti fusam e capite*] Marcii effigies, flammas e capite velut cornua quædam fundentis, in nummis conspicitur. Vide in hanc rem quæ de Servio Tullio lib. I. c. 39. Simile quid de Salvidieno tempore Augusti narrat Dio Cassius l. XLVIII. c. 21.

Syracusis, cum cetera in Sicilia tanta fide atque integritate composuisset, ut non modo suam gloriam, sed etiam majestatem populi Romani, augeret, ornamenta urbis, signa, tabulasque, quibus abundabant Syracusæ, Romam devexit. Hostium quidem illa spolia et parta belli jure: ceterum inde primum initium mirandi Græcarum artium opera,[c] licentiæque huic[8] sacra profanaque omnia vulgo spoliandi factum est: quæ postremo in Romanos Deos, templum id ipsum primum, quod a Marcello eximie ornatum est, vertit. Visebantur[9] enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa, propter excellentia ejus generis ornamenta, quorum perexigua pars comparet. Legationes omnium ferme civitatium Siciliæ ad eum conveniebant. Dispar ut causa earum, ita conditio erat. Qui ante captas Syracusas aut non desciverant, aut redierant in amicitiam, ut socii fideles accepti cultique; quos metus post captas Syracusas dediderat, ut victi a victore leges acceperunt. Erant tamen haud parvæ reliquiæ belli circa Agrigentum Romanis; Epicydes et Hanno duces reliqui prioris belli, et tertius novus ab Hannibale in locum Hip-

8 *Hinc* Edd. ante Gronov.—9 *Videbantur* Grut.—10 'In primis Edd. legi *Hippocinatis* et *Hipponatis*, in Put. et Cantabr. *Hippacinates*, in aliis Mss.

NOTÆ

L. MARCIUS.

[c] *Mirandi Græcarum artium opera*] Eleganter eam in rem Velleius Paterculus lib. I. ubi de L. Mummio, Corinthi expugnatore, ejusmodi artium rudi, non dubitandum ait, 'quin magis pro republica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum, quam in tantum ea intelligi;' et 'quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit convenientior:' quod ait *hac prudentia* respondet ei quod hic Livius ait *licentiæque huic*, quod scriptum in uno e Colbertinis: id est, licentiæ hujus temporis, quo scilicet scriptor vivebat: ceterum editi et scriptorum plerique habent, *licentiæque hinc sacra prophanaque vulgo spoliandi:* in quibus nihil vitii.

pocratis missus, Libyphœnicum generis[d] Hipponiates,[10 e] (Mutinem populares vocabant,) vir impiger et sub Hannibale magistro omnes belli artes edoctus. Huic ab Epicyde et Hannone Numidæ dati auxiliares: cum quibus ita pervagatus est hostium agros, ita socios, ad retinendos in fide animos eorum, ferendumque[11] in tempore cuique auxilium,[f] adiit, ut brevi tempore totam Siciliam impleret nominis sui, nec spes alia major apud faventes rebus Carthaginiensium esset. Itaque inclusi ad tempus mœnibus Agrigenti dux Pœnus Syracusanusque,[g] non consilio Mutinis,[h] quam fiducia, magis ausi egredi extra muros, ad Himeram amnem[i] posuerunt castra. Quod ubi perlatum ad Marcellum est; extemplo copias movit, et ab hoste quatuor ferme millium intervallo consedit, quid agerent pararentve expectaturus. Sed nullum neque locum, neque tempus cunctationi consiliove dedit Mutines, transgressus amnem ac stationibus hostium cum ingenti terrore ac tumultu in-

Hippacinantis, Hippaciates, et similia. Hinc emend. *Hippacrites.*' Rupert.— 11 ' Optimi Mss. *ferendoque,* et quidam *ferendosque.* Illud recepit Drak. Sed tum *τὸ que* delendum. Mox *τὸ tempore* male repetitur et glossatori de-

NOTÆ

[d] *Libyphœnicum generis*] Africani erant populi, inde dicti, quod mixti essent ex indigenis Africæ seu Libyæ populis, et Pœnis advenis ex Phœnicia. Hi inter Bagradam fluvium et Syrtim minorem positi ex Ptolemæo, Byzacium incolebant, regionem fertilitatis eximiæ, ubi Leptis, Adrumetum, &c.

[e] *Hipponiates*] Oriundus nempe ex Africæ urbe Hippone. Sed duæ fuere ejus nominis urbes in Africa, Hippo regius, qui proprie in Numidia, hodie *Bona,* in regno Constantinæ, ditionis Algerianæ: et Hippo Diarrhytos, Græce cognominatus, Latinis Dilutus, propter aquarum irrigua, in Zeugitana sive Africa proprie dicta: unde sinus Hipponensis, nunc *Rasamilara* in regno Tunetano: quæ, ni fallor, Mutinis illius Libyphœnicis patria.

[f] *Ferendumque in tempore cuique auxilium*] In optimis est *ferendoque;* recte, modo particulam conjunctivam *que* deleveris, ut sit, *ferendo in tempore cuique auxilium,* aut *ferendo .... auxilio.*

[g] *Dux Pœnus Syracusanusque*] Pœnus Hanno, Syracusanus Epicydes.

[h] *Non consilio Mutinis*] Alias *non tam Mutinis consilio, quam fiducia,* nimirum fiducia quam in Mutine habebant: qua lectione non variatur sententia.

[i] *Ad Himeram amnem*] Cum duo sint in Sicilia fluvii ejus nominis, dubium non est quin de illo accipiendus Auctor hoc loco sit, qui in meridiem fluens decidit in mare Africum ad ortum Agrigenti. Vide notas lib. XXIV. cap. 6.

vectus. Postero die prope justo prælio compulit hostem intra munimenta. Inde revocatus seditione Numidarum in castris facta, cum trecenti ferme eorum Heracleam Minoam concessissent, ad mitigandos revocandosque eos profectus, magnopere monuisse duces dicitur, ne absente se cum hoste manus consererent. Id ambo ægre passi duces, magis Hanno, jam ante anxius gloria ejus: 'Mutinem sibi modum facere,[r] degenerem Afrum[k] imperatori Carthaginiensi, misso ab senatu populoque.' Is perpulit cunctantem Epicyden, ut, transgressi flumen, in aciem exirent. Nam si Mutinem opperirentur, et secunda pugnæ[12] fortuna evenisset, haud dubie Mutinis gloriam fore.

41. Enimvero indignum ratus Marcellus, se, qui Hannibalem subnisum[13] victoria Cannensi ab Nola repulisset, his terra marique victis ab se hostibus cedere,[s] arma propere capere milites et efferri signa jubet. Instruenti exercitum[14] decem effusis equis advolant ex hostium acie Numidæ, nuntiantes, populares suos, primum ea seditione motos, qua trecenti ex numero suo concesserint Heracleam, dein quod præfectum suum ab obtrectantibus ducibus gloriæ ejus, sub ipsam certaminis diem, ablegatum videant, quieturos in pugna. Gens fallax[l] promissi fidem præstitit. Itaque et Romanis crevit animus, nuntio celeri per ordines[15] misso,[m] destitutum ab equite hostem esse, quem maxime

[r] *Mutinem ipsis moderari, et quasi leges dare, qua ratione et quatenus bellum gererent.*

[s] *Marcellus existimans dignitati ac decori suo nullatenus convenire se, cum Hannibalem post Cannensem victoriam repulisset a Nolæ mœnibus, cedere Hannoni et Epicydæ, quos sæpius terra et mari superaverat.*

betur.' *Rupert.* *Ferendoque* dant Stroth. et Kreyssigius.—12 Mss. plerique *secundæ pugnæ.*

13 Al. *subnixum.*—14 *Ad instruentem ex.* Edd. ante Gronov.—15 *Per ordi-*

NOTÆ

[k] *Degenerem Afrum*] Nec mere Afer, nec mere Pœnus Mutines, sed utroque genere mixtus, hibris, Gall. *un métis.*

[l] *Gens fallax, &c.*] Promissorum minime tenacem, sive fraudulentam in promissis gentem Numidarum significat.

[m] *Per ordines* [*ordinêm*] *misso*] Legunt Tan. Faber et Gronov. *per ordines misso;* sed tam exarati manu quam typis expressi habent, *per ordinem misso*, potestque intelligi nuntius ad omnes copias missus ordinatim.

timuerant:[n] et territi hostes, præterquam quod maxima parte virium suarum non juvabantur, timore etiam incusso, ne ab suo et ipsi equite oppugnarentur. Itaque haud magni certaminis fuit.[16] [o] Primus clamor atque impetus rem decrevit. Numidæ, cum in concursu quieti stetissent in cornibus, ut terga dantes suos viderunt, fugæ tantum parumper comites facti, postquam omnes Agrigentum trepido agmine petentes viderunt, ipsi metu obsidionis passim in civitates proximas dilapsi. Multa millia hominum cæsa captaque et octo elephanti. Hæc ultima in Sicilia Marcelli pugna fuit. Victor inde Syracusas rediit. Jam ferme in exitu annus erat. Itaque senatus Romæ decrevit, ut P. Cornelius prætor literas Capuam ad consules mitteret: dum Hannibal procul abesset, nec ulla magni discriminis res ad Capuam gereretur, alter eorum, si ita videretur, ad magistratus subrogandos Romam veniret. Literis acceptis, inter se consules compararunt, ut Claudius comitia perficeret, Fulvius ad Capuam maneret. Consules Claudius creavit Cn. Fulvium Centumalum [17] et P. Sulpicium Servii filium Galbam, qui nullum antea curulem magistratum gessisset. Prætores deinde creati, L. Cornelius Lentulus, M. Cornelius Cethegus, C. Sulpicius, C. Calpurnius Piso. Pisoni juris dictio urbana, Sulpicio Sicilia,[p] Cethego Apu-

nem Mss. et Edd. ante Drak.—16 *Haud magna vis certaminis fuit* Edd. ante Gronov.—17 Al. *Centimalam*.—18 Vid. inf. et Not. Var.

NOTÆ

[n] *Quem maxime timuerant*] Equitem nempe, sive equitatum Numidicum.

[o] *Haud magni* [*magna vis*] *certaminis fuit*] Placet magis Gronovio, *haud magni certaminis fuit*: quod et in Colbert. altero extat: placeret et mihi, si additum alicubi reperiretur nomen *res*, quod ille ex proxime sequenti periodo revocat.

[p] *Pisoni juris dictio urbana, Sulpicio Sicilia*] Livii verba mutila aut corrupta ubique. Sigonius legit, *Sulpicio Apulia, Cethego Sicilia*, quod M. Cornelii Siciliæ prætoris mentio fiat lib. proxime sequenti cap. 21. et 28. ita ut appareat ei Siciliam non Apuliam obtigisse. Neque audiendum ait Glareanu m qui putat ibi P. Cornelium intelligendum, qui in Sicilia propræ-tore erat, non Cornelium Lentulum. Verum a Livio ibi non P. sed M. Cornelius memoratur: notatque Sigonius, quod alibi a nobis quoque observatum, duas illis temporibus in Sicilia provincias fuisse: veterem, jamdiu Carthaginiensibus ereptam,

lia, Lentulo Sardinia evenit.[18] Consulibus prorogatum in annum imperium est.

NOTÆ

quam P. Cornelius in prætura sortitus, deinde hoc anno proprætore obtinebat: alteram, qua regnum Hieronis continebatur, et quam post M. Marcellum obtinuit hic M. Cornelius Cethegus prætor. Quia vero lib. sequenti cap. 1. dicitur C. Sulpicio Siciliam evenisse, hunc etiam locum idem Sigon. emendat, vultque legi *cui Apulia evenerat:* sed tamen in Sicilia prorogatum M. Marcello imperium dicitur ibidem. Pighius ita corrigendum censet hunc locum, *Pisoni jurisdictio urbana, peregrina Sulpicio, Sicilia Cethego, Lentulo Sardinia evenit.* Itaque M. quidem Cethego non Apuliam, sed Siciliam evenisse vult: Apuliam vero, teste ibid. Livio, non Sulpicio evenisse, aut alteri prætori, sed consulum hujus anni sortem fuisse. Verum non video cur de Sulpicio mutandum quicquam sit, cum diserte Livius lib. prox. cap. 1. non tantum ei Siciliam evenisse dicat; sed et decretas ei duas legiones, quas Pub. Cornelius habuerat, Cornelius nimirum Lentulus.